



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>



BIB. DOM.
LAVAL. S. J.



V

石一

A B 191/21

IOANNIS SELDENI
MARE CLAVSVM

SEV DE
DOMINIO MARIS

LIBRI DVO.

Quorum argumentum
pagina versâ.



Iuxta Exemplar
LONDINENSE,
VWill. Stanesbeii pro Richardo Meighen.

clō lōc xxxv.

ARGUMENTVM.

Libro Primo, *Mare*, ex *Iure Natura* seu *Gentium*, omnium hominum non esse Commune, sed *Dominii* privati seu *Proprietatis* capax, pariter ac *Tellus*, esse demonstratur.

Secundo, Serenissimum *Magna Britannia Regem Maris* circumflui, ut individuae atque perpetuae *Imperii Britannici* appendicis, *Dominum* esse, asseritur.

— *Pontus quoque* serviet illi.



Serenissimo Potentissimoque

PRINCIPI

C A R O L O

Dei Gratia

MAGNÆ BRITANNIÆ

FRANGIÆ & HIBERNIÆ

R E G I,

FIDEI DEFENSORI;

*Humilissimus atque devotissimus
ejus subditus*

IOANNES SELDENVS.

QUod imperare pri-
dem dedignatus non
es, Regum Optime
Maxime, id propen-
sissimo obsecundandi animo
quàm potuit maturissime abso-
lutam,

* 2.

lutum , venerabundus offero .
Dissertatio est de *Dominio Maris* ;
ideo instituta ut in compendio
cerneretur Jus illud exploratissi-
mum, quo, ab omni ævo, Ocea-
nus Britannicus in Sacro Bri-
tannici tui Patrimonio census
est. Divi Parentis tui jussu ten-
tata olim adumbrataque, inter
schedas sive neglectas sive disje-
ctas per annos amplius sedecim
mecum latuit ; ut imperfecta ni-
mis, sic etiam ceu intermortua.
Postquam autem Recognitioni
ejus Instaurationique totus, id-
que ea intensissimi studii ala-
crite quæ, clementissimis ut-
pote Majestatis Tuæ auspiciis
excitus, carere nequibam, per
menses aliquot vacaveram, non
tam ut evocata revixit quam
plane renata est. Tot scilicet in
ea sunt emendata, tot dispun-
cta, recocta, limata, immutata,
tanta

tañta insuper accessio ubiq; facta est, ut pristino, quantum erat, lineamento plerunq; disparente, exeat omnino Nova; tam nimirum ex iterata Origine, quàm ex Natura Sui, Tua. Sunt inter Scriptores Exteros qui Mare Tuum Australius Orientaliusque Principibus suis temere attribuunt. Nec pauci habentur qui Maria qualiacunque, ex Jure Naturæ atque Gentium, univetsitatis hominum esse Communia, Cæsarianos aliquot Jureconsultos veteres maxime secuti, aut adstruere satagunt aut patientiùs quàm par est admittunt. Ne quid deforet quod & utrunque genus refellat & Majestatis Tuæ causam rite adferat, diffusam Testimoniorum indaginem inivi; eaque simul cum Rationum momentis, ex omnimodo Jure petitis,

* 3 expen-

expendi, selegi, contextui. Nec
indiligenter. An vero feliciter,
id Perspicacitas tua summa &
vere regia Prudentia dijudica-
bit. Ipse interea in universum
impensissime contendi, ut tum
Serenissima Majestati Tue, tum *Ve-*
ritati exactissima, veluti Numi-
num Pari, sacris socialibus co-
lendo, tempestive litarem. In-
exuperabilem Tibi Felicitatem
Sanctissima illa Majestas, quæ
Tuæ archetypa est, præstet con-
servetque.

PRÆ-

P R Æ F A T I O.

Sunt qua pramonenda heic
duximus nonnulla, quorum
pars etiam Lectoribus aliis
scientissimis fuerit, necessa-
ria. Cetera itidem iis qui solenni memo-
ritatis vitio in ipso impingunt livine,
cum libros obiter salutant, non inutilia.
Spectant illa aut Testimoniorum, qua
adhibentur, Sedem, aut Dominii Ma-
rini quod demonstratur Circumstan-
tias aliquot, aut Operis Titulum: In
Testimoniis, prater Typis edita & Ma-
nuscripta Privatorum Bibliothecis la-
tentia, non pauca (maximè in libro se-
cundo) adducuntur è Tabulis seu Mo-
numentis Publicis; quorum fidem aliis
testibus potiore esse (saltem si discri-
men intersit) adeoque plenam, tam puto
concedet aequus rerum quilibet aestima-
tor quàm senatus olim censuit ¹ Roma-
nus. Quae privatorum Bibliothecis la-
tent, ea ubinam adserventur plerunq;
docet Margo. Quoties id non fit, penes
memet habentur. Tabularum autem
publicarum è quibus crebrò desumun-
tur Testimonia, aliis similiter in mar-
gine, siue Archivi seu sacrorum Scri-
niorum

¹ Mar-
cellus l. 9.
ff. tit. de
Proba-
tionibus.

P R Æ F A T I O.

niorum locus sive Archaotarum Scri-
nariarumve muneris nomen sic adji-
citur, ut inde statim occurrat ubi-
nam reperiantur. Harum verò alis
(quarum nempe usus frequentior) nul-
lus prorsus locus nec archaota nomen,
sed Rex ut plurimum & Annus, præ-
ter vocamen earum forensis, distan-
tax adnotatur. Quotquot hujus sunt
generis, alia attinent ad annos qui Iohn-
nis Regis initia & Eduvardi quarti
exitum interueniunt, alia ad eos qui
inde ad ætatem excurrunt nostram
Quæ prioris sunt intervalli, nec locum
aut archaota nomen habent adjectum,
adseruantur in Archivo Arcis Londi-
nensis; quæ intervalli sunt posterioris,
in illo quod Capellæ Rotulorum nomi-
ne est notissimum. Facile nimis fuisset
tantundem eis, qui Archivum Anglica-
nis assueti sunt, heic indicasse; quip-
pe quibus ex ipso forensi vocamine (vel-
uti Rotulorum Parentium, Rotulo-
rum Clausorum, Rotulorum Parla-
mentariorum, Rotulorum Franciæ,
Vasconiæ, Alemanniæ, id genus alio-
rum quæ sunt Tabula Cancellaria An-
glicana) & Regis nomine satis digno-
scitur ipsa etiam Tabularum sedes. Sed
tam

P R Æ F A T I O

sam popularium meorum qui Seriniis
 sacris alieni fuerint, quam Extero-
 rum gratia, imprimis erat hoc praliban-
 dum, ut scilicet, si horum alterutri te-
 stimonii cuiuscunque ex hisce allati fon-
 tem seu autographum denudè inspicere ac
 perspicillatius consulti forte velint; eis-
 dem sedes ita designentur, commoditè
 id siue praesentibus ipsis pro libitu face-
 re siue absentibus ab amicis impetrare
 fiet integrum. Etenim Tabularum Ser-
 niarum (quibus summa religio est ut tu-
 tissimè conserventur) ex more recepto
 tum horis, qua inter postera non sunt,
 omnimodis aditum consulentibus præ-
 bent, tum ita eas dispositas habens ἡ δὲ
 τῶν δῶρον (quod voluit de Tabulis publi-
 cis etiam Iustinianus²) ἀπονομένη
 ὡς ἔστιν ἐπισημασμένων, seu ut facile à re-
 quirentibus inventiantur. Quod ad cir-
 cumstantias, quas diximus, Domini
 Marini attinet; cum bina heic demon-
 strentur (quæ in rebus civilibus voca-
 bulum illud ferri possit) propositiones, al-
 tera, Mare ex Jure Naturæ seu Gen-
 tium omnium hominum non esse com-
 mune, sed Domini Privati seu Proprie-
 tatis capax æquè ac Tellurem; altera
 Serenissimum Magnæ Britanniae Re-
 gem

² Novellæ
 Constit.
 15. cap.
 5. 2.

P R Æ F A T I O.

gem Maris circumflui, ut individuae ac perpetuæ Imperii Britannici appendicis, Dominum esse; existimandum non est, aliusmodi admitti heic sive Causas sive Effectus Domini Maris quàm quales fuerint domini Insule, Continentis, Portus seu cuiuscunque alterius Territorii seu Provincia qua in sacro Principum Patrimonio censei solet. Nec minus in Iuris inter gentes de Dominio acquirendo recepti ipsiusque Iustitie ratione, veluti ex Causis, natum esse Maris quàm Telluris dominium; nec eius Effectus alios esse quàm qui pactis conventis, Federibus, Servitutibus sive constitutionibus sive prescriptionibus, id genus aliis pariter ac Effectus Domini Telluris, variatim subjaceant. Rectè ille³ olim,

³ Seneca
in Me-
dea act.
2.

Nunc jam cessit Pontus, & omnes
Patitur Leges;

Omnes scilicet quas patiuntur Territoria qualiacunque; pro rerum, personarum, seculorum atque Iuris Belli Pacisque discrimine. Et ad Tiberium Augustum Valerius; Penes te, inquit⁴. Hominum Deorumque consensus Maris ac Terræ regimen esse voluit. Alia sunt apud Veteres ejusmodi, quibus ita conjungitur

⁴ In pro-
logo.

P R A E F A T I O.

*jungitur Terra & Maris dominium ut
 nullo modo invicem dispar esse velint,
 aut dispare hujus ab illius domini sive
 Effectus sive Causas. Quin hoc, puto,
 cordatioribus satis manifestum est sine
 monito; quo tamen opus est eis qui Cau-
 sam Domini Marini solum in propollenti-
 um Classium, interdum etiam pirati-
 carum⁵, vi, Effectum verò, in omnibus
 aliis simpliciter perpetuoq; arcendis con-
 sistere, incogitanter nimis, nullâ Fede-
 rum Fidei ve interposita Iurî sive habitâ
 ratione, pronuntiare subinde audent.
 Titulus autem Libri defensione etiam
 eget apud aliquos quorum palato illum
 non satis placere audio. Nolunt, si diis
 placet, Mare Clausum id quod heic agi-
 tur; seu Domini Maris assertionem, sed
 Tempus quo veteribus claudi Maria di-
 cebantur, utpote non navigabilia, deno-
 tare. Nemo quidem nescit à III. Iduum
 Novembris⁶ usq; in diem VI. Id. Martii,
 seu inter ejusmodi temporis hyberni ini-
 tium atque exitum⁷ alium, ita olim
 Mare Clausum fuisse ac dici, ut tempore
 reliquo, seu aestivo, Apertum, id est clas-
 sium magis patiens. Quo sensu dixit Ci-
 cero⁸, dum à Quinto Fratre literas ex-
 pectabat; Adhuc clausum Mare scio
 fuisse.*

⁵ Videfis
 Ludov.
 Servin.
 in Placit.
 tom. 2.
 pag. 260.

⁶ Vege-
 tius de
 Re Mili-
 tari lib.
 4. cap.

⁷ L. 3. C.
 tit. de
 Naufra-
 giis. & l. 3

tit. eod.
 in Cod.
 Theo-
 dosiano;

Iul. Fer-
 ret. de R.
 Navali
 lib. 1 §.
 2. & 3.

⁸ Ad
 Quintū
 fratrem
 lib. 2. e-
 pist. 5.

P R Æ F A T I O.

fuisse. Aded ut hoc sensu tam Clausi & Patulsi cognomina Neptuna, quam Iano rite satis tribui potuissent. Sed verò, tametsi ex hac Maris Clausi notione titulus fuisset desumptus, non ita foret sanè reprehendendus. Nam cum domini sit, ita suo uti frui ut extra pacta conventa, federa, seu Ius aliquod singulare superveniant, alios quoscunq; ei arcere liceat, non male dixerat quis Maria qua in cuiuspiam dominium transirent, ceteris quibuscunq; nec Dominis nec iure eiusmodi singulari gaudentibus, ex Loge Domini Clausa esse, non dissimili ferè modo ab eo quo tempore illa hyemali classibus intractabilia sunt Lego natura, quemadmodum loquitur Vegetius. Nam ut crebra tempestates atque hyemis inclementia, à Novembri usq; ad novos in Martio Navigationis natales Liberum Maris usum vetabant, ita etiam cum, qui ut dominus Mare privatim ac iure occupaverit, alii liberum ejusdem usum non rarò intercludere, à ratione nò adeò obsonum esset dicere. Sed verò alia & clarior planè Tituli mens est. Ex simplice ejusdem vocabulorū vi denotatur, Mare, non aliter ac Tellurem seu Portum, finibus, limitibus, ceterisque privati domini

minii notis ac circumstantiis ita claudere seu in dominium privatum fecerit secludique, idque ex parte omnimodo, usque extra domini libitum & singularem quae variatim interveniunt, & dantur, reddunt Iuris temperantia, praehodantur aliis universis ejusdem usus. Nam Claudere non modo simplicem ipsum claudendi actum, quemadmodum in januis oculisve clausis, clauso agmine, sentit in illo Lucani,

Brachia nec licuit vasto jactare profundo;

Sed Clauso periere mari—

(quod de nautis versa carina rectis dicitur) verum etiam id quod Consequens est seu tum Liberi rei clausa usus Negationem, tum Proprietatem seu Imperium ejus qui clausit, sapius simul significare certissimum est. Venus apud Virgilium ¹⁰ ad Iovem;

Quid Troes potuere? quibus tot funera passis

Cunctus ob Italiam Terrarum Clauditur orbis.

Id est, liber orbis usus eis interdicitur, seu non permittitur. Et Propertius ¹¹ Lib. 4.

Non Clausisset aquas ipsa noverca suas.

De

P R Æ F A T I O.

*De sacris Iunonis fontibus loquitur, qui
sexui sequiori velut dominabus proprii,
Herculi adeoque Masculis quibuscumque
interdicebantur. Teneferorum itam le-*

22 Hist.
nar. 4.

*gatus ad Agrippinenses apud Tacitū¹¹;
Vobis gratulamur quòd tandem liberi
inter liberos eritis. Nam ad hunc diem
flumina ac Tetras, & cælum quodam-
modo ipsum, Clauferant Romani, ut
colloquia congressusque nostros arce-
rent. Et apud eundem, Cerialis ad Tre-
veros ac Lingonas. Exceptis tribus ce-
tera, inquit, in communi sita sunt. Ipsi
plerunque legionibus nostris præside-
tis. Ipsi has aliasque proyincias regitis.
Nihil separatum Clausumve. Eiusmodi
sunt alia non pauca. Plinius itam de ipsis*

23 Hist.
Nat. l. 2.
c. 97.
24 Ibid.
lib. 36.
cap. 15.
25 Hist. 2.

*Maribus²³; Interiora Maria Claudun-
tur ut portu. Et Mare Tyrrhenum à Lu-
crino molibus seclusum habet idem²⁴*

26 Pane-
gyric. Si
mih.

*alibi. Et Tacitus²⁵, turum, seclusum
Mare. De Francis etiam olim piratico
more tum per mare Mediterraneum tum
apertum Oceanum grassantibus, Pane-
gyristes ille ad Constantium²⁶; eventu
temeritatis ostenderant nihil esse Clau-
sum piraticæ desperationi quo navigiis
pateret accessus. Mare scilicet non esse
ab Imperatore Romano ita eis præclusum
quin*

P R Æ F A T I O.

*quis liberè eodem depraedando uteren-
 tur. Summa est; id quod D. Ambrosio¹⁷ ¹⁷ He-
 dicitur possidere fretum & spatia Ma-
 ris sibi vindicare jure Mancipii; ipsum <sup>lib. 5.
cap. 10.</sup>
 Columella¹⁸ est Maria ipsa Neptunum-
 que claudere; adeoque Mare Clausum ¹⁸ De Re
 est Mare privatim possessum seu tam jure <sup>Rustica
L. 8. c. 16.</sup>
 quàm occupatione ita seclusum ut com-
 mune esse desinat, id est jure Mancipii
 vindicatum. Inde anguli clusares dice-
 bantur anguli quibus Centuria in veter-
 rum Romanorum assignationibus ita se
 invicem contingebant, ut ex eis quatuor
 pars domini singularium jus exporrige-
 retur dignosci posset, uti videre est apud
 Hygenum¹⁹. Neq; exigendum est ut ex
 surgente munimento continuo aut con-
 tinuo alicujus limitis, qui emineat, di-
 stin- ¹⁹ Lib. de
 cludatur quod hac notione clausum <sup>limiti-
bus con-
struen-
dis.</sup>
 fuerit rectè dicendum. Sed ficta qualif-
 cunq; per rigores, gammata, coxas, linea
 aequè in Domini privati designatione
 seu re-possessa civiliter claudenda (quem-
 admodum in agris Occupatoris) atque
 Arcifiniis non rarò apud veteres locum
 semper habuit aequè ac limes qualifcunq;
 eminens ac continuus. Vnde fiebat quòd
 in coloniarum assignationibus tum loca
 Clausa tum Extraclosa vocabant qua
 ejus-*

²⁰ Lib.
de limi-
tibus A-
grorum.

²¹ Laër-
tius Che-
rubinus
Bullar.
tom. 1.
pag. 393.
Hiero-
nym. de
Monte
Brixia-
no, lib.
de fini-
bus re-
gundis,
cap. 7.
§. 8.

²² Plu-
tarch. in
vita Ci-
monis.

*ejusmodi etiam lineis tantum discrimi-
nabantur. Julius Frontinus²⁰; Ager ex-
traclusus est qui intra finitimanam lineam
& centurias interjacet, ideoque extra-
clusus quia ultra limites finitima lineam
clauditur. Sic lineis per coeli gradus dis-
positis, seu longitudinis & latitudinis;
clauduntur, ut privatim occupentur,
territoria assignata tam in Colonis ho-
die in Americam deductis quam in im-
mense illo in superiore seculo Alexan-
dri VI Pontificis Romani dono quod li-
nea à Polo²¹ Arctico ad Antarcticum
ficta terminatur. Sic Mare Græcum,
quod est intra insulas Cyaneas & Che-
lidonias, ex federe²² clausum est & in-
terdictum Persarum Imperatori ab A-
theniensibus. Ita intra arcem sacri Im-
perii Britannici Patrimonii clauditur
Oceanus circumfusus. Eiusmodi sunt
passim alia. Sed nimis sum in re tam
manifesta. Facula igitur Solem illu-
strare superfluo. Vale lector. Ex adi-
bus Templi Interioris xv Novembrio
MDGXXXV.*

LIBRI

LIBRY PRIMI

CAPITVM SYLLABVS.

CAP. I.

O Pasculi Distributio, & Eius primus Ordo. Pag. 1.

CAP. II. Qualia sint, qua Maris dominio reluctari videntur, & adversus illud tollere objici. Pag. 3.

CAP. III. De Maris, in questione prodr, vocabulo. Et Iuris Distributio, qua disquisitioni inserviat. Pag. 4.

CAP. IV. De Dominio, non communi omnium, non privato. Flosus initia sive per distributionem, sive per Occupationem. Pag. 19.

CAP. V. Dominii Effectus privati. Et qualis, in vetustioribus rerum Distributionibus, Maris habita factio ratio. Pag. 28.

CAP. VI. Ius Divinum, seu Divina in Sacris literis effata Dominio Maris privato favore. Etiam & diffusissimum Mare Occidentalem Terris sanctae plagam alluens seu insignem saltem ejus partem, ex assignatione Divina, juxta Jurisconsultos Ebraeorum, Territorio Israelitico coefferit. Pag. 33.

CAP. VII. Ius Naturale Permissivum (cujus hęc usus est) & Gentium illustriorum civitiorumque, tam prisca tum recentia sua Moribus Placitisq; esse elicendam. Pag. 55.

CAP. VIII. Ordo quo & seculorum Populorumque complurium moribus, Ius de Dominio Maris Privato Permissivum elicitur. In seculo Fabuloso expressa satis esse hujus.

C A P I T U M

*hujus testimonia. Et obiter de Romanorum
 Mari Mediterraneo, cujus Imperium Cneo
 ?Pompeio mandatum est.* Pag. 61

C A P. IX. *Primum apud Græcos, in tem-
 pore Historico, Maris Dominium; id est
 Minos seu Cretense.* Pag. 68.

C A P. X. *Dominium Maris Syriaci, Ægy-
 ptiaci, Pamphylii, Lydii, Ægzi, Gentes in
 Oriente illustres septemdecim invicem suc-
 cedentes, per complures quamlibet annos co-
 nitiones, non aliter ac Continentis seu Insula-
 rum, post Minocem Cretensem, obtinuisse*
 Pag. 73.

C A P. XI. *De Laconico atque Attico do-
 minio Marino; quin & hoc per modum
 Græcis, verum etiam a Persis, in federe,
 agnito.* Pag. 82.

C A P. XII. *Alia, qua sparsim occurrunt, de
 Maris dominio in Orientalium moribus
 Testimonia.* Pag. 88.

C A P. XIII. *De Spinetis, Tyrrenis, Car-
 thaginienibus, aliis in Occidente Maris
 Dominii.* Pag. 95.

C A P. XIV. *Populi Romani & qui in O-
 rientali Imperio mores eorum sunt secuti
 Dominium Marinum.* Pag. 98.

C A P. XV. *Privatorum Hominum in Im-
 perio Romano Dominium Marinum cum
 Imperatoriâ in Oriente Sanctippe, quâ
 abrogata prorsus Maris communione, qua à
 nonnullis obtendebatur, perpetua, idque ut re
 injustâ, etiam privatorum in ea dominium
 stabilitur.* Pag. 114.

C A P. XVI. *De Maris dominio in Gentium,
 qua etiamnum florent, moribus. Primo de
 Venetorum Mari Adriatico, Genuen-
 sium*

S Y L L A B U S.

- fidem Ligustico, Tuscorum Tyrrhenò, & demum de Mari Ecclesie Romanæ, seu Romani Pontificis. Pag. 126.
- CAP. XVII. De receptis apud Lusitanos & Hispanos, circa Marii dominium, moribus. Pag. 136.
- CAP. XVIII. Quatenus in Gallorum moribus sententiisve admittatur Marii dominium privatum. Pag. 141.
- CAP. XIX. Dominium Marii privatum in Danorum, Norwegorum, Suecorum, Polonorum, Turcarum moribus receptum. Pag. 150.
- CAP. XX. Respondetur ad objectionem, de libero Mercatoribus, Peregrinis, Navigantibus Transitu. Pag. 156.
- CAP. XXI. Respondetur Objectioni, de Natura Marii fluxili & perpetuo mutante. Flumina etiam & Aërem conterminum (qua magis fluxilibus) in proprietate transire. Pag. 161.
- CAP. XXII. Obiectis de Finium & Terminorum Marii defectu, ejusque magnitudine & inexhausta abundantia, respondetur. Pag. 170.
- CAP. XXIII. Testimonium, quæ Scriptoribus aliud agentibus excidere & in Marii dominium afferri solent, respondetur. Pag. 183.
- CAP. XXIV. Ad objectionem ex Jurisconsultis veteribus depreceptam, responsio. Pag. 188.
- CAP. XXV. De Responsione Antonini Augusti, se Dominum esse Mundi, legem autem (ut vulgo vertitur) Marii, in l. De precatio. ff. tit. de lege Rhodia. Verus ejusdem responsi sensus, & nova versio, sed genuina. Pag. 190.

C A P I T V M

In eo nihil cemperiri quod dominio Maris omnino refragetur. Pag. 197.

C A P. XXVI. *Recentiorum Iuriscoſultorum ſententiis, quæ aduerſantur, maxime Ferdinandi Valquii, & Hugonis Grotii, reſpondetur.* Pag. 211.

LIBRI SECUNDI

CAPITVM SYLLABVS.

C A P V T I

Dicendorum in libro hoc ordo. Oceanus Britannicus quadrifariam partitius. Pag. 222.

C A P. II. *Britannos Oceanum cognominem, maxime qui Australis eſt & Orientalis, in Romanorum poteſtatem nondum redactos ut dominos cum Inſulâ occupâſſe.* Pag. 229.

C A P. III. *Septentrionalis Maris dominos fuiſſe Britannos, antequam ſubjugati ſunt Romanis. Et Mare & Tellurem unicum Impesii Britannici corpus conſtituiſſe.* Pag. 246.

C A P. IV. *Oceani Britannici Dominium ipſam Britanniam Magnam deviſtam ſequabarur, ſub Claudio & Domitiano Caſaribus.* Pag. 250.

C A P. V. *De Romanorum Dominio in Mari Britannico, ut Inſulæ appendice, à Domitiano ad Conſtantium Chlorum Caſarem ſeu Diocletianum.* Pag. 257.

C A P. VI. *De Dominio Maris Australis & Orien-*

••• Orientalis Britannicum comitante Imperium & Constantini Magni tempore usque dunt Insulae valēdicebant Romani. Id totum praefectura Comitum litoris Saxonici per Britanniam subsistit. Et de Classe, sub Romano, Britannica. Pag. 264.

CAP. VII. Expenditur sententia virorum aliquot doctorum, qui litus Saxonicum, cuius Comes ille per Britanniam maritimus dicitur est, litus voluit esse Britanniae Cismarinum; & plane refertur. Pag. 287.

CAP. VIII. E Claudiano & Numismatis aliquot Antonini Pii Augusti indicia de Britannia Insulae & Oceani sui Imperio & Dominio individuo. Pag. 297.

CAP. IX. De Maru Britannici Dominio postquam Romanorum Imperium exuerant incolae. Pag. 300.

CAP. X. Anglo-Saxonum & Danorum Britannia Australis imperium occupantium Dominium marinum tum ex Saxonici regni iuribus, tum copiis eorum victorisque Navalibus elicitor. Pag. 305.

CAP. XI. Imperium Marinum Anglo-Saxonum & Danorum in Britannia regnantium, ex Tributis & Clientum fiduciario- rum officiis ad rem Nauticam pertinentibus, itidem observandum. Et de Tributo seu stipendio Danoguldo dicto; quod & Maris Tutela praestari solitas. Pag. 316.

CAP. XII. Edgari & Canuti Regum Angliae, aliaque expressissima de Dominio eorum decessorumque Marinae testimonia. Et de adversi litoris, illo in aere, gentibus Monitum. Pag. 336.

- CAP. XIII.** Testimonia de Marino Regum Angliae Dominio, post Normannorum adventum, per Capita generatim indicantur. Pag. 345.
- CAP. XIV.** Reges Angliae post Normannorum adventum a Marii circumfluit dominos perpetuo fuisse, Primo ex ejus veluti provinciae seu Territorii Castodiâ seu praefectura, id est, jure Admirallatus Anglicani singulari, probatur. Pag. 348.
- CAP. XV.** Marii Anglicani dominium ex Tributis seu Vectigalibus ad ejus Custodiam, post Normannorum adventum, indicendi, postulari solitis, firmatur. Pag. 358.
- CAP. XVI.** Ex Codicillorum Regiorum seu diplomatum quibus praefici solitis Admiralli, tenore & varietate, de Marii Anglicani & Hibernici dominio Observationes. Pag. 369.
- CAP. XVII.** Satis expressis in Admiralli Angliae summi praefectura codicillorum formula, verbis, a potestate ad nostrum avo, Mare (cujus tutela ab Angliae Rege ut domino praeficitur) Aquitanico, Normannico, Picardico litore ad Austrum terminari. Pag. 378.
- CAP. XVIII.** De Admirallis Regni Gallicani seu in adverso litore constitutis; eorum origine, Natura, varietate. Mare ipsum Britanniam, & Galliam interluens, ut praeficitur Territorium seu Provinciam ea in praefectura minime contineri, nec quid in ea haberi quod Regi Angliae dominio Marino relinqueretur. Pag. 389.
- CAP. XIX.** In dominio Insularum litorum Gallicano praesentium, perpetuo à Regibus.

gibus Anglia retento, possessionem Maris, in quo sitæ sunt, à Majoribus acceptam conspici.

Pag. 404.

C A P. XX. *Ex veniâ Transcendi seu perternavigandi sive indulgeri solitâ Exteris sive potitâ, dominium & possessio Maris Regibus Anglia assertur.*

Pag. 419.

C A P. XXI. *Piscandi in Mari veniam ab Anglia Regibus, concedi solitam Exteris, Piscatoribus item Tutelam ab eis, ut in suo Territorio, præstitam, Dominis eorum insigne vetus esse ac manifestum.*

Pag. 433.

C A P. XXII. *Leges & Termini Exteris in vicem hostibus sed Anglo amicis, in Mari à Regibus Anglia poni soliti, Dominiorum eorum testantur. Et de Regis in Mari Conclayibus seu Cameris De singulari item perpetuarum in Mari circa insulas Notmannico litari præiacentes induciarum iure.*

Pag. 443.

C A P. XXIII. *Tabulæ Sacrorum Scriniorum publicæ, in quibus antiquitus Dominium Maris Regibus Anglia, obiter & tum à Rege ipso tum ab Ordinibus Parliamentariis, aliud agentibus, idque verbis expressissimis & summâ eam deliberatione ut jus certissimum exploratissimumque, tribuitur.*

Pag. 461.

C A P. XXIV. *De Iuris Patrii commentariis moribusque receptissimis, quibus sive assertitur sive admittitur Dominium Regum Anglia Marinum.*

Pag. 471.

C A P. XXV. *Minoris notæ Testimonia aliquot Vetera de Dominio, quod tractamus, Marino.*

Pag. 486.

C A P. XXVI. *Ab Exteris, quorum maxime*

me

CAPITVM SYLLEAVS.

- me interest, *Dominium Regum Anglia
marinum solenni, ex vetari instituto, volo-
rum demissione recognosci. Et de Edictis
bonis, ea de re) Regum Galliarum. Pag. 491.*
- CAP. XXVII.** *Quamplurimarum Gen-
tium circumvicinarum, Domini Regu
Anglia Marini, in libello antiquis pu-
blice edito, seu Actione ab iis sumebatur
Angli in Regnerum Grimbaldum Fran-
cicae classis praefectum instituta, Recogni-
tio. Et de implicata etiam in ipsius defen-
sione, huiusmodi recognitione. Pag. 497.*
- CAP. XXVIII.** *Libelli superioris in Capite me-
morati Exemplar & Autoritas. Pag. 512.*
- CAP. XXIX.** *Dominii Regum Anglia Ma-
rini in Flandrensi ad Edwardum secun-
dum legatione, Recognitio. Pag. 524.*
- CAP. XXX.** *De Regis Magna Britannia in
Mari, quod Insulae Occiduum est, domi-
nio forsium agitur. Pag. 529.*
- CAP. XXXI.** *De Regis Magna Britannia
dominio in Mari Scotico, Orientali maxi-
mo & Septentrionali. Pag. 544.*
- CAP. XXXII.** *De Iure quod Regis Magna
Britannia in vasto & aperto Septentrio-
nis Mari competit. Et Conclusio. Pag. 551.*

IOAN-



IOANNIS SELDENI
MARE CLAVSVM

SEV
DE DOMINIO MARIS

Liber Primus.

CAPVT I.

Opusculi Distributio, & Libri primi Ordo.

DE *Mari Clauso*, seu de Dominio Serenissimi REGIS Magnæ Britanniaë, in Oceano circumambiente, disputaturo, Duo imprimis capita sunt perpendenda. Horum alterum *Iuris* est, alterum *Facti*. Denominatione à maiori parte pro more, utrique tributâ. Tam enim id quod *Iuris* est heic, plurima immista habet quæ planè sunt *Facti*, quàm id quod *Facti* est, quæ sunt *Iuris* non pauca. Quod *Iuris* est, in eo potissimum versatur, *Utrum* scilicet *Mare sit Domini privati, seu proprietatis, iure capax.* Id verò quod *Facti* heic

A nuncu-

nuncupatur, Testimoniorum duntaxat est cumulus, seu luculenta velut Instrumentorum editio, quâ & Regis & Deceptorum adstrui posset atque asseri disuturna Occupatio seu Possessio continua seu Usucapio legitima, cui, ut firmissimo titulo, Dominium ejus innitatur, postquam nimirum Mare ipsum Proprietati nullo jure adversari, sed omnimodo ejusdem capax esse, manifestum factis redditum fuerit. Capitum horum utrique Libellum suum tribuimus. Et Primo de eo quod est *Juris*; Secundo, quid *Facti* fuerit, diligenter expendimus. Nam nisi de Prima quæstione planè constiterit, de Secunda, frustra & incassum controvertitur. Dicendorum autem libro primo ordinem adhibere visum est ejusmodi, ut primò designetur undenam orta sit & in disputationibus locum habuerit illa *Juris Quæstio*, cum sententiis eorum qui negant Mare domini privati esse capax, sive ita in cujuspiam, ex jure, transire posse Proprietatem, ut reliquo humano generi non intereà maneat Commune. Deia prælibantur quædam, quibus ipsa Quæstionis Vocabula ita explicantur, ut tam quo Mediorum genere, quàm quâ de re sit

re sit dispiciendum, dilucidè inde statuatur. Ne, si illud prætermittamus, in Notione sive Verborum sive Controversiæ dubia hæsitemus. Apparatu hujusmodi ritè tradito, non solum nullum omnino Juris genus rectè intellectum refragari Maris dominio, sed Jure omnimodo, cujus in hujusmodi disceptationibus usus esse potest, eoque exploratissimo, tam Maris dominium privatum, quàm Telluris, agnosci demonstramus. Et demùm Responsione diluimus ea quæ adversus qualecunque Maris dominium privatum solent adduci: à quibus auspicandum. Nam Secundi libri Ordo commodiùs ipsi præfigitur.

CAP. II.

Qualia sint, quæ Maris dominio relaxari videntur, & adversus illud solent objici.

TRiplici ferè in genere cernuntur, quæ, ut Dominio Maris adversantia, solent afferri. Alia ex Commercio, Transitus, ac Peregrinationis libertate; Ex Natura Maris, alia; atque ex disertis Scriptorum testimoniis, alia petuntur. Quod ad Commercio ac Peregrinationis libertatem attinet;

4 MARE CLAVSVM.

eam a deo Naturalem esse volunt nonnulli, ut tolli jure nullibi posse ajant. Et jure Gentium nefas esse, portu, com meatu, commercio, navigatione Mercatoribus aut Peregrinis interdicti. Justa bella, ob Fori usum & Portum prohibitum & commercia negata, coepisse. Exempla objiciunt Megarensium ¹ in Athenienses, Bononiensium ² in Venetos, Hispanorum item in Occidentalis Indiae incolas. Nam justam praetexunt viri doctissimi ³ causam belli ab Hispanis in Americanos suscepti, ob communem portuum ac litorum usum prohibitum. Atque huc trahunt illud Virgilii, velut ex jure Gentium pronunciatum;

Quod genus hoc hominum, quaeve hunc tam barbara morem Permittit patria? hospitio prohibemur arena.

Jam vero, si dominium Maris ejusmodi admitteretur, ut, domini arbitratu, Maris ac Portuum inde usus prohiberetur, Juri tunc huic commerciorum & peregrinandi (quod Naturale vocant) derogatum iri ajunt; quod nolunt ferendum. Ex Natura autem sui (quod secundum est objectorum genus) Mare in

¹ Thucyd. lib. 1.

& Diodor. Sicul. lib. 12.

² Sigon. de Regno Italia lib. 20.

³ Franciscus Victoria de Indis, tract. 2.

§. 2. 3. & 4. Ioannes Solorzanus de Indiarum Jure lib. 2. cap. 20

§. 34. & seq. Gregor. Lopez in Partid.

2. tit. 23. l. 2.

⁴ Aeneid. 1.

in momenta mutari, adeoque esse perpetuò, a quibus aliis aliisque in priorum locum, nunquam non succedentibus, fluxile, & tam non sibi omnino (si alveum excipias) idem, ut nec idem aut singularis possit esse. ejusdem Dominus, dici solet. Quin, ubi ipsa domini ejusmodi natura maximè in Finium ac Terminorum distinctione consistit; in Mari non haberi nec haberi posse idoneam ejusmodi distinctionis sive materiem sive instrumenta, quibus finium regundarum jus, in Domini controversiis principem obtinens locum, subniti queat. Etiam & illud ex D. Ambrosio s. afferunt, de Piscium domiciliis loquente; *Geometram audivimus, Thalassometram nunquam audivimus; & tamen Pisces mensuras suas norunt.* Tantam etiam Maris magnitudinem esse ut omnibus Populis sufficiat ad aquam hauriendam, ad piscatum, ad navigationem. Ideo privatum ejus dominium non admittendum. Tertium genus argumentorum heic, quod è Scriptorum testimoniis habetur, partim ex Poëtis veteribus, Theologis, aliisque aliud agentibus, partim ex Jurisconsultis rem ex professo tractantibus desu-

^s Hexaë-
mer. lib.
5. cap.
10.

6 MARE CLAVSVM.

mitur. Prioris classis est illud Gripi piscatoris & Trachalionis servi, de vidulo in mari reperto disputantium, apud

6 *In Ru-* Plautum 6,

dente act. Gr. *Mare quidem commune certò 'st*
4. *omnibus. Tr. assentio;*

Qui mihi hunc communem quaso
mibi esse oportet vidulum?

In mari inventum est. commune est.—

Affertur etiam Latonæ ad Rusticam in Lyciâ turbam, supplicis orationis pars apud Ovidium 7,

7 *Meta-*
mor. 6.

Quid prohibetis aquas? usus commu-
nis Aquarum est.

Nec Solem proprium Natura, nec Aë-
ra fecit, (veni.

Nec tennes Undas. in Publica munera

8 *Aeneid.* Item illud Virgilii 8,

7.

— *Listisque rogamus*

Innocuum, & cunctis undamque au-
ramque patentem.

9 *Dipno-*
soph. 8.

Et Phœnicides apud Athenæum 9, τὸ
μὲν Ἰτέλασαν κρινὴν εἶναι, Mare commu-
ne esse, ait. Quibus accedat scitum illud
Rabbinorum aliquot Hierosolymita-
norum, qui Alexandro Magno Orbis
quidem totius Imperium agnoscebant;
ita tamen ut Aridæ seu Telluris tan-
tummodò, non omninò Maris domi-
nium

nium eum acquisivisse sentirent; utpote soli Numini, ut Domino, subjacentis. Verba sunt ¹⁰ אֵינוֹ שְׁלוֹם בְּיָם אֲבֵל הַקָּבֵר שְׁלוֹם בְּיָם וּבִישָׁר
Non dominabatur in Mari: sed Deus O. M. dominatur tam in Mari, quàm in Tellure. Classis secunda, seu quæ apud Jurisconsultos occurrunt, hujusmodi sunt. *Naturali jure omnium communia sunt illa, Aër, Aqua profluens, & Mare, & per hoc litora Maris;* Item, *Nemo ad litus Maris accedere prohibetur piscandi causa, dum tamen villis & ædificiis & monumentis abstinenceatur; quia non sunt Iuris Gentium sicut & Mare.* Idque Divus Pius piscatoribus *Formianis & Capitanis rescripsit:* quæ verba sunt Marciani ¹¹ Jurisconsulti, & Justiniani ¹² in Institutis. Et Ulpianus ¹³; *Mari, quod Natura omnibus patet, servitus imponi privata lege non potest.* Et alibi idem ¹⁴; *Mare commune omnium est, & litora, sicut aër.* Et est sapissimè rescriptum, non posse quem piscari prohiberi. Quin Cælius ait ¹⁵, *communem esse usum omnibus hominibus, ut aëris.* Etiam ipsum Cæsarem Telluris, non Maris Dominum esse volunt aliqui. 2 ex eo quod Anto-

¹⁰ *Germania Hierosolymitan.*
tit. Aboda Zara seu de cultu extra-neo fol. 42. col. 3. cap. 3.
¹¹ *L. 2. & l. 4. ff. de Rerū Divisione.*
¹² *Tit. eodem. §. & quidem.*
¹³ *L. 13. ff. tit. Communia prædiorum.*
¹⁴ *L. 13. §. 7. ff. tit. de Injuriis. & vide eum l. 24. ff. de damno infecto.*
¹⁵ *L. 3. ff. Ne quid in loco publico. §. 1.*

16 DD. ninus 16. Cæsar responderit, *Se quidem*
ad l. 9. ff. Mundi Dominus esse ; legem autem,
ad legem Rhodiam. *Maris* (sic vulgo intelligitur ejus re-
 sponſio) ac ſi Maris dominium arroga-
 re ſibi nollet. Atque in Baſilicis 17, ſeti
 17 Eclog. Baſilic. Jure Orientalis Imperii, legitur, *Οἱ αἰ-*
lib. 50. χαλοὶ ἐν τῇ πάλῳ ἐξουσίᾳ εἰσὶ, Litora
Tit. 1. cap. ſunt in omnium poteſtate. Sic Michaël
 13. Attaliates Jurisconſultus Imperii O-
 18 Prag- rientalis 18, *πᾶν δὲ πάλῳ εἰσὶν. οἷον ὁ Αἴρ,*
mat. lit. τὸ ῥεῖον ὕδωρ, ἡ Θάλασσα, ἡ αἰχμαλὸς τῆ
 2. *ῥαλάσσης, καὶ οἱ Ποταμοὶ. Quædam ſunt*
omnium hominum ; quemadmodum
Aër, Aqua profluens, Mare, Litus ma-
ris, & Fluvii. Scilicet Mare omnium
 hominum commune eſſe ex Jure &
 Naturali & Gentium ſcribunt utriuſq;
 Imperii Jurisconſulti aliquot veteres.
 Quod ſi adeò aut ex ſui Natura, aut ex
 alterutro (quod diximus) Jure ita com-
 mune eſſet, fieri fanè nequiret ut id in
 cujuſpiam privatam tranſire poſſet do-
 minium, niſi aut jus Naturæ (quod
 prorsus immutabile dici aſſolet) im-
 mutaretur; aut Gentium (quarum pa-
 riter intereſt) conſenſus ejuſmodi do-
 minio accederet. Et proinde non Uſu-
 capione, non Præſcriptione, nullo de-
 nique titulo acquiri poſſe Maris domi-
 nium

nium velle videntur. Neque enim ad-
 versus Naturam ulla exceptio locum
 habet: Neque (ut respondet Papinia-
 nus ¹⁹) *Præscriptio longa possessionis ad* ^{L. 45.}
obtinenda loca juris Gentium publica ^{ff. 111. de}
solet concedi. Jurisconsultorum quos di- ^{Vsua-}
 ximus, veterum sequax est Interpretum ^{pionibus}
 turba non exigua; cum tamen sint in- ^{& usur-}
 terea non pauci, qui vetustam illam de- ^{pationi-}
 necessaria Maris communione senten- ^{bus.}
 tiam non uno modo temperent & re-
 stringant, ut infra docetur. Inter Re-
 centiores autem Jurisconsultos, in im-
 pugnando Maris dominio, primas te-
 nuere viri bini, clarissimi quidem utri-
 que, sed eruditione & nitore ingenii
 impares. Fernandum dico Vasquium
 Hispanum, & Hugonem Grotium Ba-
 tavum. Hispanus erat, in summo nuper
 Dominicæ rei Philippi tertii Hispania-
 rum Regis Prætorio, senator celebris.
 Batavus, Fiscalis olim advocatus Hol-
 landiæ, Zelandiæ, & VVestfrisiæ, aliisque
 honoribus patriis meritissimò auctus,
 vir acuminis & omnigenæ doctrinæ
 præstantiâ incomparabilis. Disputans
 autem Vasquius tum de Jure Naturali
 & Gentium, tum de Rerum dominio,
 præscriptionibus, id genus aliis, *Ex his,*

20 Fer-
nandus
Vasq.
Contro-
vers. Il-
lustr. lib.
2. c. 89.
§. 30.

inquit 20, apparet quàm suspecta sit
sententia existimantium Genuenses aut
etiam Venetos posse, non injuriâ, probi-
bere alios navigare per Galsum aut pe-
lagus sui Maris, quasi aquora prescri-
pserint, id quod non solum est contra le-
ges Casarum, (jam supra citatas) sed
etiam est contra ipsum Jus Naturæ aut
Gentium primævum, quod mutari non
posse diximus. Quod sit contra illud jus,
constat; quia non solum Maria aut Æ-
quora eo jure communia erant, sed etiam
reliqua omnes res immobiles. Et licet ab
eo jure postea recessum fuerit ex parte,
puta quoad dominium & proprietatem
Terrarum, quarum dominium jure Na-
turæ commune, distinctum & divisum
sicque ab illa communione segregatum
fuit; Tamen diversum fuit & est in
Dominio Maris, quod ab origine Mun-
di ad hodiernum usque diem est fuitq;
semper in communi nullâ ex parte im-
mutatum, ut est notum. Et quanvis ex
Lusitanis magnam turbam saepe audi-
verim in hac esse opinionem, ut eorum Rex
ita prescripserit Navigationem Indiarum
Occidentalis ejusdemq; vastissimi Ma-
ris, ita ut reliquis Gentibus aquora illa
transfretare non liceat, & ex nostrismet
Hispa-

Hispanis vulgus in eadem opinione ferè esse videtur, ut per vastissimum immensumque pontum ad Indorum regiones, quas potentissimi reges nostri Hispaniarum subegerunt, reliquis mortalium navigare, præterquam Hispanis, jus minimè sit; (quasi ab eis id jus præscriptum fuerit) tamè istorum omnium non minùs insana sunt opiniones, quàm eorum qui quoad Genuenses & Venetos in eodem fere somnio esse adsolent. Quas Sententias ineptire vel ex eo dilucidius apparet, quòd istarum Nationum singula contra seipsas nequeunt præscribere; hoc est, non Respublica Venetiarum contra semetipsam, non Respublica Genuensium contra semetipsam, non regnum Hispanorum contra semetipsum, non regnum Lusitanorum contra semetipsum. Esse enim debet differentia inter agentem & patientem. Contra reliquas verò nationes longè minùs præscribere possunt, quia jus Præscriptionum est merè Civile. Ergo tale Ius cessat, cùm res agitur inter Principes vel Populos superiores non recognoscentes in temporalibus. Iura enim Civilia cujuscumq; regionis, quoad externos populos, nationes, vel etiam homines singulos, non magis sunt in conside-
ratione.

ratione, quàm si reverà non esset tale jus aut unquam fuisset, & ad Jus commune Gentium Primarium vel Secundarium est recurrendum, eoque utendum; quo Iure talem Maris prescriptionem & usurpationem admissam non fuisse unquam constat. Alia id genus habet ille, in privatum omne Maris dominium audacissimè insurgens. Prodiit autem Lugduni Batavorù anno salutis MDCIX (id est, proximo post disceptationem prolixam inter Hollandos & Hispanum, de liberâ in Indias Orientales navigatione, Hagæ habitam) Hugonis Grotii *MARE LIBERVM*, sive *De Iure quod Batavis (sic se habet titulus) competit ad Indicana commercia, Dissertatio*. In ea probare nititur, Jure Gentium quibusvis ad quosvis adeò liberam esse navigationem, ut sine injuria per mare impediri nequeat. Dein Mare Atlanticum & Australe, sive Jus navigandi ad Indos, proprium non esse aut esse posse Lusitanorum. *Quippe* ²¹ *Mari Mare* (inquit ²¹, legibus & rationibus jam dictis usus) *proprium omnino alicujus fieri non potest. Quia Natura commune hoc esse non permittit, sed jubet.* Alia eâ de re habet ipse in eximiis illis
de

²¹ *Mari*
libero
cap. 5.

de Iure Pacis & Belli Libris, de quibus inferius. Et de Argumentis, quæ Maris Dominium impugnare solent, hæc summam. Quæstionis igitur ejusq; vocabulorum explicatio proximè ineunda.

CAP. III.

De Maris, in Quæstione, vocabulo. Et Iuris Distributio, qua Disquisitioni inserviat.

QUOD ad Quæstionem, *Vtrum Mare sit dominii privati Iure capax*, attinet; Capax sumimus eadem notione, quâ usus est Trajanus Augustus dum Plinio ¹ suo *solum peregrina civitatis* ^{Lib. 10. epist. 59.} *capax non esse dedicationis qua fit jure nostro*, rescripsit. Sed & *Maris* in quæstione, *Iuris & Dominii* vocabula insuper explicanda. *Mare* intelligimus universum, & tam Oceanum apertum seu Exteriora quæ sunt Maria, quàm quæ Interiora sunt, veluti Mediterraneum, Adriaticum, Ægæum, Britannicum, Balticum; & quæ sunt id genus alia, haud aliter ab Oceano, ac uti Partes undequaque homogeneæ à Toto, discrepantia. *Ius* autem (quod est Liciti atq; Illiciti Norma, Mensura, ac Index) consideratur bifariam. Aut quâ *Obligativum* est, quod & *Præceptivum* dicitur;

tur; aut quæ *Permissivum* est, *Concessivum* itidem scriptoribus nuncupari solitum. Quæ *Obligativum* est, in eis quæ vel jubentur vel vetantur, ut *Suum* cuique tribuere, *Non pejerare*, cæteris similibus cernitur; Quæ *Permissivum*, in eis quorum nec jubetur usus nec vetatur, sed permittitur tamen; quemadmodum in ipso *Emissionis*, *Venditionis*, *Manumissionis* actu, in *contrahentium* conditionibus, pro eorum arbitratu, *contractui* adjici solitis, id genus aliis. Utrumque autem hoc genus, aut *Universum Genus Humanum*, id est *Gentes universas* spectat, aut *non universas*. Quod *universum* spectat *genus humanum* seu *Gentes universas*, aut *Naturale* est, aut *Divinum*. Scilicet aut ex *Naturalis rationis* lumine seu recto *Rationis* usu manifestum, quod & *Lex Communis in Publico Mundi & Naturalibus Tabulis scripta* eleganter à *Tertulliano* ², & *ἡ γέννησις τῶν ἀνθρώπων διέγραψεν*.

² Lib. de
Corona
Militis.

Communia hominum jura Græcis; nominatur, ipsaque *Jus Gentium Præmarium* dicitur *Jurisperitis*; aut *Divinis* in eloquiis, *scripto mandatis*, præstitutum. Quorum utrumque *Jus Gentium universale*, seu *omnium Commu-*

³ Thucyd.
lib. 4. Po-
lyb. lib. 2.
alii.

ne rectè appellandum. Quicquid in horum alterutro *Obligativum* est, sive ex ipsa rei natura, seu potius ex Naturæ parentis authoritate, habetur apud homines immutabile. Unde toties Philosophis 4, Theologis 5, Jurisconsultis 6 pronunciatum illud asseritur, *Inra Naturalia esse immutabilia*. Id quod de *Permissivo* sive *Naturali* sive *Divino*, ad humanum genus universum attinente, dici nequit. Hoc enim pro eorum, qui rebus præsumt, iudicio, ex sui natura variatim esse mutabile, quâ *Permissivum* est, nemo non videt; ideoque *Obrogationes*, *Abrogationes*, *Temperamenta*, id est, *Mutationes* indies recipere. Cum interea *Obligativum* genus *Incrementa* seu *Additiones* (utpote quibus sive firmitus, sive decentius possit observari) non *Mutationes*, quibus ulatenus vis ejus minuatur, admittat. Ex *Obligativi* hujusmodi *Additionibus* & *Permissivi Mutationibus* conflatum est alterum illud Jus, quod angustius est, & ad *Gentes non universas* seu non ad totum genus humanum, sed ad aliquas ejusce tantum partes, spectat, atq; rectè *Positivum* (sive scilicet à *Nomine* sive ab *Hominibus* positum) nuncupari so-

let,

4 *Andronicus Rhodius, Michaël Ephesius, Eustratius, alii;*
ad Arist. Nicom. 5. cap. 10.
Cicero, apud Lactantium lib. 6. c. 8.
 5 *D. Thō. 1. 2. q. 94. ar. 5. & c.*
 6 *Instit. de Jure Nat. §. sed Naturalia.*

7 *Philo
Iudeus,
lib. de Io-
seph seu
de Viro
Civili.*

8 *Instit.
tit. de pa-
tria pote-
state, §.*

*Ius autē.
9 Demo-
sthen. O-
rat. contr.
Aristo-
cratē.*

let, interdum etiam 7 *Civile*, & rectæ
Rationis Naturalis additamentum. *Pos-
sitivum* hoc jus dispartire liceat in illud:
quod unica alicui Genti Populove in so-
cietatem coalescenti proprium fuerit &
singulare (qualis olim habita est patria
illa apud Romanos 8 potestas, atque ea
quæ Athenis 9 in more) & illud, *quod
in usu Pluribus*: Hoc rursum quod plu-
ribus in usu, bifariam dividimus: in id
cui plures simul, pariter, ac communiter,
seu ex *Communi aliqua Obligatione*,
Gentes Populive subsunt; atque *id cui
gentes populive plures non simul, pari-
ter, aut ex Obligationis Communione
aliqua subsunt, sed singulatim atque ex
accidente*. Triplicis hujus speciei *Iuris
Positivi* primam *Ius simpliciter Civile*
nominemus, putà ad Civitatem aliquã
unicam attinens; Secundam *Ius plu-
rium Gentium Commune*, ob commu-
nionem Obligationis ità dicendum;
Tertiam *Ius Gentium aliquot seu plu-
rium Civile* seu *Domesticum*, propter
obligationem quã tenentur tantum
domesticam, atque sibi singulis, sine
Obligationis Communione, civilem.
Leges, verbi causa, XII Tabularum A-
thenis Romam allatæ, utramque apud
Gentem

Gentem tam Romanam, quam Atticam obtinere. Sed ex nulla Obligationis aut Populorum communione. Ius igitur Tabularum commodius multò harum Gentium Civile, quam utrarumque gentium simpliciter (qualis locutio communionem indicat) erat dicendum. Quòd verò Plures simul gentes ex obligationis Communionem spectat, id est *Ius plurium Gentium commune*, bipartitò est itidem tribuendum. In id nempe quod Gentibus populisve pluribus est *Imperativum*, atq; id quod est pluribus *Interveniens*. *Imperativum* vocamus *Ius gentium*, quod à diversis gentibus populisve, singulis alioquin imperiis ac potestatibus supremis subjacentibus, ex communi singulis, nec dispari sed aliunde derivata obligatione, eaque five à Numine five ab Homine imperata, observatur aut vim debet habere. Tale erat jus *Dolopum, Magnetum, Phthiotarum, Theffalorum*, aliorum Græciæ populorum: qui pariter ex obligatione communi ab Acrisii Argivorum regis imperio accepta, conventus Amphictyonici jurisdictioni suberant. Tale item, singulare Jus belli à Numine præscriptum non Ebræis solùm

¹⁰ Pausanias in Phocicis, Strabo lib. 9. Aeschines in Orat. pro ei πρεσβυτεροις Βετας.

II Deute-
ron. cap.
20. 10.

lùm sed & Cananæis ^{II} quibuscum bel-
lum gerendum. Nam utrique, licet di-
versimodè, ex imperantis auctoritate
tenebantur. Et ubi Gentes aliquot ex
Pontificis Romani auctoritate atq; im-
perio, pariter in idem jus conveniunt,
Imperativum jus Gentium id rite ap-
pellandum. *Intervenientis* autem *Ius*
Gentium dicimus, quod non ex com-
muni pluribus Imperio, sed Interve-
niente sive Pacto sive Morum usu na-
tum est, & *Ius Gentium Secundarium*
ferè solet indigetari. Hujus capita cer-
nuntur in Clarigationis, Legationum,
Captivorum, Obsidum, Postliminii,
Federum, Commerciorum, id genus
aliorum pluribus Gentibus intervenire
solitorum jure. Etenim quantùm, in hisce,
ex *Additionibus* quæ *Juri Gentium*
universali Obligativo & Mutationibus
quæ *Permissivo Universali* accesserint,
inter Gentes diversas est conflatum, id
totum, nec amplius, aut *Imperativi* aut
Intervenientis nomen meretur. Reli-
quum, *juris Gentium universalis* seu
Primævi nomen retinere palam est.
Etiam & *Ius Casareum*, quod adeò in
dictis *Juris Intervenientis* capitibus dif-
cutiendis locum habere solet, quà cum
Gentium

Gentium jure *Universali*, five *Naturali* five *Divino*, consonum est, sub eodem etiam nomine est ponendum; quæ verò ex aliquot, quibus est in usu, Gentium consensu sic adhibentur ejus capita ac scita nonnulla quæ Juris non sunt *Universalis*, planissimè *Juris Gentibus aliquot Interveniens* vocabulo est rite denotandum. Quæ demum singulis aliquot populis domi in foro est receptum, *Gentium plurimum Ius Civile* appellandum est, seu *Domesticum*. *Juris* notio- nis omnigenæ, quæ in quæstione tra- ctanda adhibenda est, systemate ad hunc modum ob oculos posito; de Do- minio restat ut proximè videamus.

CAP. IV.

De Dominio tum Communi omnium, tum Privato. Hujus Initia, sive per Distribu- tionem, sive per Occupationem.

D*ominium*, quod est Jus utendi fruendi, alienandi, liberè dispo- nendi, aut omnium hominum, pro in- diviso possidentium, *Commune* est, aut aliquorum tantum *Privatum*; id est; inter Universitates singulares, Princi- pes, Personas qualescunque, privatim ita tributum, ut libertas utendi fruendi aliis aut intercludatur aut saltem mi- nuatur.

nuatur. Primi generis dominium, seu quod omnium commune est, in rerum, priscis Seculis, communione solet memorari. De ea Virgilius ¹:

¹ Geor-
gic. 2.

*Nec signare quidem aut partiri limite
campum*

Fas erat; in medium quarebant. —

Et Seneca ²:

² In Olla-
via all. 2.

—pervium cunctis iter;

Communis usus omnium rerum fuit.

³ Eleg.
lib. 1. 3.

Et Tibullus ³ ad Messalam:

*Non domus ulla fores habuit; non fixus
in agris,*

Qui reget certis finibus arva, lapis.

⁴ Divin.
Instit.
lib. 5. seu
de Iusti-
tia cap. 5.

Ejusmodi sunt plura. Quæ tamen ita intelligi vult Lactantius ⁴, non ut existimamus nihil omnino tum fuisse privati; sed more Poëtico figuratum, ut intelligamus tam liberales fuisse homines ut natas sibi fruges non includerent, ne soli absconditis incubarent, sed pauperes ad communionem proprii laboris admitterent. Certè non obscura rerum planè communionis vestigia occurrunt in donatione illa Numinis, qua Noachus & tres Filii ejus Semus Chamus & Japhetus (qui velut Adæ, in generis humani post diluvium instaurationē, personam jam simul induerant) domini pro indiviso

viso rerum omnium facti sunt. Formulá donationis est ⁵; *Crescite & multiplicamini* — & *Replete terram*. *Pavor vester* ^{5. Genes. cap. 9. 2.} & *Tremor vester erit super omne animal terra & super cunctum volatile coeli cum universis quae moventur super terram & cum omnibus piscibus maris. In manus vestram tradita sunt*. Et Justinus historicus ⁶ appositè, *Erant*, inquit, ^{6 Lib. 43.} *Saturni a vo omnia communia & indivisa omnibus, veluti unum cunctis patrimonium esset*. Unde illa in Saturnalibus bonorum communio. Neque aliter Cicero ⁷; *Privata nulla Natura; sed aut* ^{7 Offic. lib. 1.} *veteri occupatione, ut qui quondam in vacua venerunt; aut bello etiam & victoria potiti sunt; aut lege, aut passione, conditione, forte*. Sed veri non est simile hujusmodi communionem diu obtinuisse. *Privatum autem Dominium seu rerum finiumq; distinctionem, quae ceteris, praeter agnitum dominum, libertas utendi fruendi aut negata est aut minuta, secula illa aurea subsequutam fuisse ajunt.*

Communemq; prius, seu lamina Solis & aera;
Cantus humum longo signavit limite
mensor;

Ut

8 Ovid. Ut canit ille . Et scimus ex sacris literis
 Meta. L. Tellurem à Noachidis, seculis aliquot
 9 Gen. 10. post diluuium, esse diuisam . A Japeto
 25. & 3. & filiis ejus *diuisa sunt in sula Gentium*
in terris suis, unusquisq; juxta linguam
suam & juxta familias suas, in natio-
nibus suis; quod ait Moses. Scilicet à Ta-
 nai fluvio usq; in Mare Atlanticum seu
 per magnam Afiz occidentalis, quæ in
 Septentrionem vergit, partem, præter
 totam Europam, limitibus juxta fami-
 liarum numerum designatis, sedes ut
 domini privati acceperet. Quemadmo-
 dum Chamus posterique ejus, non dis-
 simili modo, quod Austro & Africo ex-
 positum est; & Semus plagas Orientales
 usque ad Indiam. Qua de re Iosephus,
 Eusebius, author Chronici Alexandrini,
 Zonaras, Cedrenus, Eustathius Antio-
 chenus, Freculphus, alii. Invaluit etiam
 traditio, ipsum Noachum, perinde ac
 si Totius dominus in solidum aut Arbi-
 ter per compromissum fuisset, distribu-
 tionis hujus seu privati hujusmodi do-
 minii post diluuium instaurationis au-
 torem fuisse, idque *ἡ δὲ θεοῦ ἐπιτομή,*
juxta oraculum divinitus acceptum;
 eamque anno ætatis suæ DCCCXXX
 (qui à diluuiò erat CCCXXX & ante
 obitum

obitum ejus vigesimus) testamento firmâsse, atque moribundum illud in Semi filii primogeniti manus tradidisse, cunctosque simul monuisse, *ne quis eorum fratris fines invaderet, nec injuriis alter alterum afficeret; quoniam inde, ut discordiarum atque bellorum intestinorum causa oriretur, foret necessum.* Ita disertè legitur tum apud Eusebium tum apud Cedrenum. Ut autem se res hæc habuerit; certum satis est, instaurata esse post Diluvium privata rerum Domina, quæ itidem, ab Adæ temporibus, antea juris fuerant receptissimi. Nam ipse quidem, qualem postea habuisse diximus Noachum cum Filiis, donationem à Numine acceperat: ¹⁰ dominusq; rerum fiebat universalis, non sine ejusmodi dominio sibi privato, quod sine illius cessione (quantum de rebus illius ævi, ex receptâ apud Posteriores ratione, judicare possumus) liberos ejus excludebat. Ex donatione autem, assignatione, seu qualicumque cessione (antequam ex successione heredem habebat mortuus) liberi ejus sua habuerunt territoria privati jure domini distincta. Hinc Abeli pecora & compascua sua. Caino agri & sua fata. Dein etiam locus *Nod* seu *Noids* dictus,

¹⁰ Genes.
1.28.

¹¹ *Ioseph.*
Orig. In-
daic. lib.
1. cap. 3.
Eustath.
Antioch.
Hexaem.
pag. 46.

dictus, ubi, urbe Henochiâ conditâ, sedes fixit. Inde permutationes ¹¹, emptiones, & venditiones, & præter pondera ac Mensuras, fidos conventuum Interpretes, Agris & compascuis Termini seu limites accessere. Et de Caino ajunt, ἔργον ἡμῶν ἀπέστειλε ἔθνη, *Terminos agris primus posuit.* Ita demum introducta sunt dominia privata, quæ ex illorum, quorum (sive ex universali tantum præeunte Unici dominio, ut in Ada; sive ex rerum communione universali, ut in Noacho filiisque ejus) intererat, donatione, assignatione, aliave cessione, sive principibus sive universitatibus unius personam induentibus, sive aliis quibuscunque, ut dominis singularibus, primò evenere. Ut id scilicet fieret neque expressim jubebat nec vetuit Jus sive Naturale sive Divinum quod Universale erat (nisi oraculum illud Noacho datum heic admittere velis) sed permisit Utrumque; tam nempe rerum communionem, quàm privatam dominium.

In Territoriis ita distribuendis, consensus veluti humani generis Corporis seu Universitatis (interpositâ fide, quæ etiam posteros obligaret) intervenit, ut
 à com-

à Communione seu pristino jure eorum
 quæ ita distributim singulis dominis
 cederent, plane discederetur. Non ali-
 ter ac ubi socii seu cohæredes partes
 aliquas rerum pro indiviso possessorum
 inter se dividunt. At verò de reliquis,
 ætenuam distributim possessis nec
 pro indiviso expressim retentis, id est
 quæ vacua seu derelicta mansero, quid
 dicendum? Obtinuit sane antiquitus in
 Gentium illustriorum moribus atque
 etiamnum obtinet, quæ vacua sunt ea
 fieri Occupantis; scilicet, ut dici solet,
 nullius in Bonis. Obvium id habetur
 in jure Cæsareo, atque nullibi gentium,
 quantum scimus, non receptum est; ex-
 tra quàm ubi ex jure Gentium aliquot
 Civili, res hujusmodi aliquæ ad Princi-
 pes, non ad subditos occupantes atti-
 nent. Nam ibi etiam Occupationis ti-
 tulo à ceteris satis est renunciatum. Et
 temperamenti hujus hac in re est sem-
 per habenda ratio. Sed nobilissima est,
 de ejusmodi Bonorum occupatione,
 decisio vetus in causa Andriorum &
 Chalcidensium. Utrisque in Thraciam
 profectis ¹² novarum sedium quæren-
 darum causâ, renunciatum est Barba-
 ros Acanthum reliquisse. Speculatores
 B bini,

¹² *Plu-
 tarch. in
 Quest.
 Græc.*

¹³ *Rerū
Indica-
tarum
lib. 5. tit.*

21.

¹⁴ *Misna
& Gema-
ra utraq;
tit. Baba
Metzia
cap. 1. &
Maimo-
nides tit.*

*Zachia
Wemi-
thna c. 1.*

¹⁵ *Al-
coran.
Azoar.*

*12. de
Venatu;
& A-
zoar. 34.
de adibus*

*عند
البحر*

*id est, de-
relictis.*

*In Ara-
bico,*

*Azoara
sunt 5.*

& 24.

bini, quorum Andrius alter, alter Chal-
cidenſis, electi, fugâ & ſolitudine fatiſ
animadverſâ, capere curſu contendere,
uter urbem pro derelicto habitam
prior occupando iacquireret. Chalci-
denſis cum vinceret pernecitate, An-
drius haſtam ejaculatus portis infixit.
Hic jaculo, Ille corpore præveniffe ex-
clamat. Diſſenſione hinc ortâ, arbitri
adſciſcuntur Erythræi, Samii, ac Parii.
Vicere Andrii numero ſententiarum.
Nam pro iis cenſuerunt Samii & Ery-
thræi. Pro Chalcedenſibus autem Parii.
Rationes utrinque optimè exhibet Pe-
trus Ærodius ¹³. Illis hic non eſt locus.
Sed interea manifeſtum eſt, univerſos,
tam litigantes quàm Gentes quorum in
arbitrium res eſt permiſſa, occupan-
tium fieri derelicta cenſuiſſe. Neque
aliâ ſane ratione nititur jus, quò feræ,
piſces, volucres, id genus alia ſive non-
dum occupata ſive derelicta capien-
tium ſiunt. Quod itidem tam in Ebræo-
rum ¹⁴ ac Mahumedanorum ¹⁵ jure,
quàm in Chriſtianorum moribus locum
habet. Iam verò ſi communiter & pro
indiviſo fuere univerſi domini, ante
partium aliquot diſtributionem; earum
quæ in diſtributionem non venerant,
ut

ut manerent pariter universi, quemadmodam ante, pro indiviso domini, necessum est ut existimemus; nisi Pactum aliquod intervenerit, quo pristino omnimodo communionis titulo juriq; ita renunciatum fuerit, ut deinceps eorum, quæ vacua manerent seu in distributionem non venirent, domini fierent singulares quicumque primò animo possidendi, insistendi, utendi fruendi, corporaliter occuparent. Neque aliter in causâ sociorum aut cohæredum (quales in rerum communiōe homines fuisse videntur universi) fingi potest, quomodo ea quæ in distributionem non veniant, non (ut antea) maneat communia. Itaque Pactum ejusmodi primariis Domini privati initiis intercessisse, ejusque vim à primis, quorum post diluvium intererat res distriburim possidere, ad posteros transmiffam esse (puto) est statuendum. Adeò ut non minùs de Distributione per assignationem, quàm de Occupatione rerum derelictarum ad libitum, pactum universale, sive verbis disertis sive tacitè ex morum usu, initum esse decernamus. Quod ipsum sanè amplecti videtur V. C. Hugo Grotius. *Res,*

16 De
Iure Bel-
li ac Pa-
cis, lib. 2.
cap. 2.
§. 2.

inquit ¹⁶, *in proprietatem* (de cuius ex-
ordio loquitur) *ibant, non animi actus*
solo (neque enim scire alii poterant, quid
alii suum esse velint, ut eo abstinerent;
& idem velle plures poterant) *sed pacto*
quodam aut expresso, ut per Divisionem;
aut tacito, ut per Occupationem. Si-
mulatque enim Communio displicuit,
nec instituta est divisio, censeri debet in-
ter omnes convenisse, ut quod quisque
occupasset id proprium haberet. Parilis
sanè ratio etiam ejus quod quisquam
postea, ex eo quod derelictum erat, oc-
cuparet.

C A P. V.

Dominii Effectus privati. *Et qualisnam, in*
vetustioribus rerum distributionibus,
Maris habita fuerit ratio.

EX Dominio, ad modum jam di-
ctum, privato introducto evenit, ut
Territorii seu Agri, cuius usus antea
universis pariter erat in arando, ædifi-
cando, depascendo, arbores cædendo,
fructus percipiendo, transeundo libere,
Proprietas ita possidenti, sive per Di-
stributionem sive per Occupationem,
privatim acquireretur, ut is liberum
ejusmodi usum jure posset impedire,
nec

nec ejus injussu alius licitè uti possit. Atque ab hâc origine manavit omnis rerum Proprietas seu Dominium quod sive alienatione, seu quacunq; aliâ cessione, in alios transfertur sive possessione continuâ retinetur. Habitâ semper ratione specialium modorum ac temperamentorum quæ, sive ex Legibus moribusque sive ex pacto, dominio solent, pro variis populorum institutis, accedere. Nam hisce restringitur & minuitur libera, in re, domini potestas. Quæ ubi prorsus desinit, ita suum est quod privatim possidet dominus, ut alius esse, ejus injussu, omnino jure esse nequeat. Atque hæc omnia ex Mutatione *Iuris Gentium Universalis* seu *Naturalis* quod *Permissivum* est, orta sunt. Inde enim introductum Dominium privatum; ex *jure* nempe *Positivo*. Sed interea stabilitum est ex *Iure Universalis Obligativo*, quo Pactis standum est & servanda fides.

His ita positis, videndum erit qualisnam in rerum sive primaria sive vultuosa aliqua distributione, Maris habitata sit ratio. Nam si cum Agris, etiam Mare fuerit assignatum, certè fatendum eadem ex origine natum esse Ma-

ris, quâ Telluris dominium privatum, adeoque illud esse ejusdem æquè cum hac capax. Certè in distributione Telluris post diluvium instaurata (quantum scire possumus ex Veteribus qui eam tradidere) Maris alicujus nomen, ut pars assignata, non disertè occurrit. Sed verò interdum ut limes parti assignatæ adjicitur Oceanus. Quemadmodum ubi pars Chamidis primò assignata extenditur à Rhinocoruris Ægypti per Africam usque ad Herculis columnas

¹ *African. apud Euseb. in Chronic. pag. 10. Cedrenus, pag. 10.*

¹ ἡτοι ἔως τῆς δὲ Ἰουδαίας ὀκείαν, seu usque Occidentum & Africanum Oceanum. Et Cananæorum pars (quæ in Chamidarum territorio) in Pentateu-

² *Pentateuch. Samaritan. Ms. Genes. 10. 19. & Deuteronom. 34. 3.*

cho Samaritano bis ita describitur, ut expressum protendatur à fluvio Ægypti seu Nilo ad fluvium magnum, id est, Euphraten ועד הים האחרון Et usque ad mare novissimum, seu Postremum quod est Occidentale seu Magnum. Quæ postrema vocabula habentur etiam in partis illius designatione quam exhibet codex Judæorum in Deuteronomio. Interdum verò in parte assignata includi videri possunt Maria aliquot, adeo ut non minùs quàm Tellus, assignari videantur. Nam

Jape-

Japetidis assignantur ³ τὰ δὲ Μῆδ' αὖ ³ Esseb.
 ἀπὸς Ἀρχὸν καὶ δυσμὰς ἑως Γαδέρων καὶ ³ & Cedre-
 Βριτανικῶν νήσων, *En qua à Media in nus, locus*
Septentrionem & Occasum vergunt us- *citatis.*
que ad Gades atque insulas Britannò-
cas. Maria videmus in assignationis
 areâ contineri, Ægæum, Mediterra-
 neum, Adriaticum, Britannicum. An
 donata, nescimus. Quin in vetusta Ter-
 ræ sanctæ designatione (cujus autor
 ipsum Numen) limes potius quàm pars
 territorii assignati haberi videtur Ma-
 re. De plaga Meridiana, verba sunt,
Habebit + terminos contra Orientem, ⁴ Numer.
Mare salissimum. Et paulo post, *ibis-* ^{34-6, 7,}
que per Gyrum terminus ab Asemone ^{& 12.}
usque ad Torrensem Ægypti, & magnè
Maris litora finiatur. De Occidentali
 item plaga; *Plaga autem Occidentalis*
à Mari Magno incipiet & ipso fine clau-
detur. Ita scilicet ibi vulgatus interpres.
 Et ad eum sensum ferè, recentiores.
 Sed de eo loco atque aliis heic allatis,
 plura capite proximo. Sequitur dein
 juxta Ebraicam Veritatem; *hic eris ter-*
minus vester septentrionalis. A mari
magno describetis vobis Montem Hor.
 Et paulò infra; *& descendat terminus*
ille (de Orientali verba jam fiunt) &

pertingat usque ad littus Maris Cœnarethi, ad orientem, & rursus descendat terminus ad Iordanem, & desinant exitus termini in Mari salso. Atque haec erit Terra vestra cum terminis suis per circuitum. Quæ fermè iterantur in di-

3 Iosua
cap. 15.
& seqq.
6 Psal.
72. 8.
Syracid.
cap. 44.

*strubutione à Josua instituta. Atque à Mari usque ad Mare ° alibi terminatur dominium in Sacris literis. Et, si detur tandem Maria in vetustiores illas Territoriorum distributiones non venisse, restat dispiciendum utrum titulo Occupationis, ut res vacuæ ac derelictæ, potuerint jure postmodum adquiri; id est, siue *Jure Naturali* siue *Divino Universalis* quod *Permissivum* est, siue *Jure Gentium plurium* seu *Communi* seu *Civili*, quod, in rebus hujusmodi expendendis, *Naturalis Juris* quod est *Permissivum*, interpretis vicem obtinet præstantissimi. Nam si ex *Permissivo* quod *Universale* est, nihil heic adversetur, aut (quod idem ferme est) si ex *Jure Positivo Gentium*, Marinarum dominium, quale quærimus, fuerit seculorum populorumque illustriorum suffragiis introductum ac admissum; dubitandum (puto) non erit, quin *Jure* quidem omnimodo domini privati*

vati Maria sint, ut Tellus, undiquaque capacia.

CAP. VI.

Ius Divinum, seu Divina in sacris Literis effata, dominio Maris privato favere. Etiam & diffusissimum Mare, Occidentalem Terra Sancta plagam alluens, seu insignem saltem ejus partem, ex assignatione Divinâ, juxta Jurisconsultos Ebraeorum, Territorio Israëlitis celsisse.

QUod ad Jus heic attinet Divinum; in eo planissimè reperiuntur quæ dominio Marino haud parùm favent. In donatione illa rerum, post diluvium, primaria, quâ Noachum atque posteros ejus ditavit Numen, Telluris universæ (cujus Orbis pars sunt ipsa Maria) Aërisque contesmini non aliter concedi videtur dominium ac quâ Animalium, Terræ, Volucrumque coeli mentio adjicitur. Scilicet expressa usufructus donatione, ipsa res concessa est. Atqui nec aliter conceditur ibi Maris dominium. *Pavor vester* ¹ & *tremor* ¹ Gen. 9. *vester* (quæ vocabula sunt dominium ² indicantia) *etiam in omnes pisces Maris*. Paulò aliter primis parentibus dictum est; *Implete* ² *terram* & *subjicite eam* ² Gen. 2. & *וַיִּרְדּוּ* id est, *dominamini in Pisces* ²⁶.

*Maris, & in Volucrem Cœli & in omne animans quod reptat super terram. Sed res heic etiam ipsa suo usufructu indicatur. Fatemur de Privato dominio, seu quod omnium hominum commune non erat, heic verba non fieri. At verò in humani generis dominium commune ita primò nec dispari formulâ transit cum Tellure simul Mare, ut ex ea Numinis donatione, parilem utriusque, ut unius globi, pro hominum arbitrio, fuisse in futurâ rerum distributione seu dominio privato introducendo conditionem, fas sit dijudicare. Neutrius jubetur proprietas, Neutrius communio. Sed utraque ex ipsâ donationis formulâ æquè permitti videtur. Et frivolum nimis est quod opponunt nonnulli, *Terram filiis* ³ *hominum dantem, Mare autem ipsius* ⁴ *Numinis esse;* ac si dominium, ne quidem commune, sed usus tantùm Maris communis permitteretur ex sacris verbis. Quasi verò nō ipidem dicatur, *Domini est Terra* ⁵ *& plenitudo ejus, & cacumina montium ejus sunt.* Quis nescit hujusmodi effata humanum dominium nequaquam omnino minuire? Quicquid enim acquirant homines, restat semper Deo*

³ *Psal.*
115. 16.
⁴ *Psal.*
95. 5.

⁵ *Psal.*
24. 1.
50. 12.
89. 11.
93. 4.

Deo O.M. ut Naturæ uniuersalis patienti, dominium illud supremum tam hominum quàm rerum proculs omnium: quod nemo sanus negauerit. Sed de dominio humano controversia est; eo scilicet quod usumfructum & proprietatem qualemcunque, integro semper Numinis, quod nequit minui, dominio, complectitur. Et in Scholis ea de re distinctio est obuia. Et primo domini genere nihil omnino, nedum Mare, esse in hominum bonis: secundo omnia quidem esse aut esse posse, quæ prehendi, occupari, possideri queunt. Accedat, in veteri Fœdere expressum non semel haberi occupationis, possessionis, domini, quale tractamus, privati Maris mentionem. Idque ut rei legitime introductæ. Phœnicii Maris Principes ac domini ibi sunt Tyri; Ægyptiaci autem Alexandrini. De Phœnicio, propheta ad Tyrum; *Descendent*
de solis suis cuncti דַּיָּוִד אֶרְצֵי אֲשֶׁר-⁶ *Ex-*
tes & ἡμετέρας, id est, Domini seu Prin- *chiel.*
cipes Maris &c. leuabunt proinde su- *cap. 26a*
per Te lamentum, & dicent tibi, Quo- *16a*
modo peristi, qua habitas in Mari? Vrbs
incluta, qua fuisti fortis in Mari. Ty-
tiorum heic Dominium marinum pla-
nè

7 Cap. ne indicatur. Et in Capite^o proximo
27-3. גבולות ימים וכו' In medio seu Corde
Maris sunt termini sui; ut habent co-

8 Biblio- dices Ebraei, uti & Arabs MS. qui reddit

theca A-
rundel-
liana.

و تكويناك في قلب البحر

quod idem ipsum sonat. Nam tam Græca quam Vulgata versio ab origine ibi discedit. Et sequitur; *Omnes Naves Maris cum Gubernatoribus earum fuerunt tunc ad negotiandam negotiationem tuam.* Pro quibus vocabulis postremis substituitur in Codicibus Græcis ἐν τῇ θύρῳα ἐν τῷ μῶν, usque ad Occidens occidentis, sive in magnam partem Maris Magni seu Occidui; id est Phœnicii seu Syriaci. Rursus; *Eo quod exaltatum est cor tuum, & dixisti, Deus ego sum; in cathedra Dei sedi in corde Maris.* Nec verò Tyrio minatur, quòd maris alluentis dominium sibi asciverat, sed quòd superbia elatus Dei nomen sibi usurpârat. Etiam & ipsum *Mare & Fortitudo Maris* nuncupatur alibi^o in Sacris literis Tyrius. De Mari autem Ægyptiaco, alter^o ad Niniven locutus; *Num melior es Alexandria populorum* (in origine No vocatur; urbs quæ pro Alexandria heic sumitur) *quæ habi-*

9 Isaias
cap. 23.

4.
10 Na-
hum. cap.

3.9.

*Habitat in fluminibus & sunt aqua in
 circuitu ejus* **וְיָרֵךְ אֶת הַיָּם** Cujus di-
 vitie, robur, seu (ut Græci habent) **דְּבָרָא**,
 id est imperium seu dominium, est
 Mare. Quin Reges tam Maris quàm
 Insularum in eo memorari videntur;
 Reges ¹¹ *Tharsis & Insula dona afferent.* ^{Psal.}
 Etenim Tharsis Ebræis Mare deno- ^{72, 10.}
 tat ¹², quod ab interpretibus tum Græ- ^{Hieron}
 cis tum Chaldæis aliquoties agnoscitur. ^{nym. ad}
 Et temerè ad locum citatum Munste- ^{Isaia}
 rus, vir alioquin doctissimus, Tharsis ^{cap. 2.}
 ibi Mare non vult significare, quia non
 sunt (sic ille) Reges Maris; sed in terris
 tantum regnant. Oblitus nimirum
 Principes maris disertè apud Ezechie-
 lem (quod diximus) memorari. Ad illud
 item ¹³, *Et ponam manum ejus in Mari* ^{Psal.}
& dexteram ejus in fluminibus, adno- ^{89. 25.}
 tat Aben-Ezra Deum O.M. dominium
 assignâsse ibi Marinum Davidi Regi
לְהִתְגַּבֵּר בְּהַיָּם עַל הַסְּפִתוֹת בַּיָּם
Ut dominaretur in eos qui si-
ve Mare sive Flumina navigarent. Et
 in Apocryphis ¹⁴; *O viri, num prae-* ^{Esdras}
lunt homines qui Terram & Mare ob- ^{lib. 3.}
tinent, & omnia quae in eis sunt? Rex ^{cap. 4.}
autem super omnia praeclit & domi-
natur eorum. Atque alibi ad Esdram
 Ange-

15 *Idem*
lib. 4.
cap. 7.

Angelus, ' Mare positum est in spatioso loco, ut esset altum & immensum. Erit autem ei introitus in angusto loco positus, ut esset similis fluminibus. Quis volens voluerit ingredi in mari & videre eum, vel dominari eius, si non transierit angustum. Parile utroque in loco admittitur Telluris Marisque dominium.

16 *Esther*
cap. 10.
1.

De Assuero etiam Rege memoratur '6, eum non solum Terram, sed, & cunctas Insulas Maris facisse Tributarias, ubi expressa sanè Marini domini vestigia. Ita nempe habet editio vulgata ex origine Ebraicâ, quæ intercidit, deprompta. Sed Græci ibi codices expressius; Ἐξαίρη δὲ ἡ Βασιλεία ἐπὶ τῆς Βασιλείας τῆς Γῆς καὶ τῆς Θαλάσσης, Scripsit autem Rex ad Regnum Terra & Maris. Nec prætereundum est illud ex benedictionibus Moïsi;

17 *Deuter.*
33.
23.

Et Nephthali '7 dixit; Nephthali abundantia perfruetur, & plenus erit benedictionibus Domini, *יהודה ויהודה ים* Mare & Meridiem possidebit seu hereditabit; quemadmodum locum illum vertunt Vulgatus & Græci. Sed verò aliis plerisque Mare pro Occidentali plaga, ut non rarò in sacris literis, ibi sumitur. At sanè de Mari Galilæo seu Tiberiadis lacu, non de Mari Magno

Magno seu Phœnicio, quod in Occidente alluit, verba illa fieri, manifestum est ex eo quod ad lacum illum, Mare etiam dici solitum, Nephthali sedes fuere. Uti etiam liquet ex paraphrasi Onkeli, ubi expressa fit mentio Maris Genesar, quod ipsum est Tiberiadis lacus seu Mare Cenereth item dictum, atque eo nomine in Orientalis Terræ sanctæ plagæ descriptione sacra ¹⁸ cum Mari salis, seu Asphaltitide lacu, memoratum. In loco autem Deuteronomii indicato hallucinatus legebat Rupertus Abbas Tuitiensis ¹⁹ *Mare & Meridiem possidebit*, pro *Mare & Meridiem*. Utcunque autem, ex allatis manifestum (puto) fit, divinis in eloquiis ejusmodi de Maris dominio testimonia haberi, ut non minùs ac Teluris, ex Jure Universali Permissivo, id posse quem adipisci, interim admittatur. Certè & quæ superiore capite de Meridionali, Occidentali, seu Maritimo atq; Aquilonari Terræ Sanctæ Terminò inde adducta sunt, ea ita Ebræorum & Jurisconsultis & Theologis intelliguntur, ut aut ipsum Mare Magnum sive Phœnicium, aut saltem partem ejus conterminam aliquam à Numi-

¹⁸ Num-
mer. 34
11. & 30

¹⁹ Ad
Deute-
ron. lib.
2. cap.
18.

Numine Israëlitis, ceu dominis futuris, simul assignatam velint; qua de re fusius paulò differendum. Pro eo quod ex Vulgata ibi, de termino Meridionali, legitur, *usque ad Torrentem Ægypti; & magni maris littore finietur*; Ebræa sunt

תְּהֵאֵתֶּרֶם הַיָּם הַזֶּה תּוֹצֵאֹתָיו הַיָּם
ad Torrentem Ægypti (seu Nili ostium septentrionale quod Terram Israëliticam ab Ægypto, ad Mare, disternabat) *& erunt exitus ejus in Mare.*

Adeo ut de termino illo litore finiendo (quod habet Vulgata) nihil ibi in origine reperiatum aliter expressum. Proximè dein subjungitur, de Termino occidentali seu qui ad Mare Magnum;

²⁰ Num.

34. 6.

תְּבֹרַח יָם יִהְיֶה לָכֶם הַיָּם הַגָּדוֹל
 תְּבֹרַח זֶה יִהְיֶה לָכֶם גְּבוּל יָם

Quæ rectè verbo tenus sonare possunt, *Quoad terminum maritimum; sit vobis Mare magnum, Et terminus hic sit vobis, seu vester sit, Terminus-scilicet Maritimus; seu terminus Maris.* At-

que ibi Græci, τὴ ὄρια τῆς Θαλάσσης ὑμῶν ἴσται ὀρίαι ἢ Θάλασσα ἢ Μεγάλη.

Fines Maris vobis erunt, seu vestri erunt. Mare magnum terminabit. Ubi Samaritani Codicis lectionem planè (ut sæpiùs) sequuntur. Nam in eo legitur

תְּבֹרַח

מבול ומה יהיה לכם הגדל תבול : וזה
 Et terminus ma-
 ritimus sit vobis. Terminabit mare ma-
 gnum. Hic sit vobis terminus mariti-
 mus seu Occidentalis. Atque ex usu vo-
 cabuli Maris tam pro plaga Occiden-
 tali quam pro ipso Mari, ita pletum-
 que vertitur ille locus ut in eadem tam
 brevi periocha Mare pro utroque su-
 matur. Terminus verò Occidentalis,
 sit vobis Mare magnum. Et terminus
 hic sit vobis terminus Occidentalis.
 Quemadmodum expressum etiam Ju-
 dæi Hispanienses, y termino de Ponente
 ; y sera à vos el Mar el grande : y
 Termino este sera à vos termino de Po-
 nente. Atque ita sanè Onkelas & A-
 rabs Erpenianus ; nisi quod Onkelas
 habeat. Terminus vero Occidentalis sit
 vobis mare magnum & terminus ejus
 idem erit vobis terminus Occidentalis.
 Tralatio autem Arabica MS. quam Bi-
 bliothecæ Arundellianæ debemus, post
 verba illa ad Tarrentem Ægypti, habet

ويكون مخرجة الى ناحية
 البحر ويكون حد البحر
 حدهم

حدكز والبحر الاعظم بحدود
هذا حدكم من ناحية البحر

Et erit exitus ejus ad regiones seu partes Maris: Et erit terminus Maris terminus vester. Et Mare Magnum in terminis suis. Hic sit terminus vester. ex parte maritima. Plaga autem Septentrionalis monte Hor, ut in allatis, capite in superiore, designatur. Adeo ut ex hisce fiat manifestum, septentrionalius Nili ostium, id est Pelusiacam (ut videtur, nam de ipsissimo loco non satis convenit) plagæ terræ Israëliticæ Australi, quæ maritima erat, uti & Montis Hor sive promontorium sive radices ei quæ Boream ad mare occupabat, terminorum vices præstitisse. Mons autem ille idem

¹ *In glossa Iarchii, ad cap. 4. Cantici Canticor.*

² *In Num.*

³ *4. & vide gloss.*

Talmud. ad tit.

Gittin. c.

1 fol. 8.

³ *Lyræ. ad Num.*

est qui in vulgata dicitur *Mons altriffimus*. In commentariis Ebraeorum nuncupatur etiam *רמון אמאן* & *רמון אמאן*, & *רמון אמאן* & *רמון אמאן*.

nullis pro monte in Cantico Salomonis

¹ Amana item dicto, sumitur. Atque in Targum Hierosolymitano ² *רמון* *Mafsus*

pro Hof monte substituitur. Pro Libano sumitur iis qui septentrionalem

Terræ sanctæ terminum Libanum mon-

tem in descriptionibus suis ³ facere solent.

lent. De hoc autem monte Hor seu Amano (monti qui in Issicum sinu procurrit, cognomine; etiam & à nonnullis pro eodē⁴ seu potius Tauro monte sumpto) ad hunc modū Salomon Jarchius; *היה במקצוע צפונה משרנית וראש משפיע תכנס לתוך הים ויש מרחב הים לפניו הימנו וחוצה הימנו*
Situs est in angulo qui sub Cauro ponitur. Caput ejus declive in ipsum Mare protenditur. Atque hinc inde aquor habet diffusum. Inter terminos hosce, scilicet, Australem seu Nili ostium Pelusiacum & Borealem seu montis jam dicti promontorium, Mare Magnum, qui terminus fit Occidentalis, litus sinuosis recessibus variatum alluens, ita per miliaria amplius ducenta porrigitur, ut si à termino Boreali ad Australem linea ducatur recta, plurimum Maris intra eam per tot miliaria porrectum interceptiatur. Quod etiam sine tabula chorographica ob oculos posita satis intelligere est facilimum. His ita ad plagam Terræ sanctæ seu Israëliticæ Occidentalem, quæ tota maritima est, idque ex veterum Ebræorum scitis, non ex recentiorum descriptionibus, breviter, sed quantum res quæ præ manibus est, postulat,

34. *Andr. Masius ad Iosua, Adricomini, Jacob Bar Abraham in Tab. Chorographica Terra sancta, &c. Et vide Abulens. ad Numer. 34. 9. 2. 4 Gloss. ordinar. ad Numer. 34*

postulat, indicandam præparatis; advertendum est, Theologos & Jurisconsultos Ebræorum, de סגרות התלויות סגרות התלויות בארץ ישראל *Præceptis ex Terra Israëlita pendentibus*, id est, eis quibus extra Terram Israëlitam ex ipsa lege sacra obligari se nolunt, disputantes, accuratius de Territorii sui, quâ Sacro Numinis effato designatum est, limitibus, etiam ad extimas lineas agere. Scilicet de finibus Territorii sui quâ nomen Territorii universitatem denotat, non solum agrorum sed fluminū etiam & aquarum qualiumcunque intra fines cujusq; Civitatis, quemadmodum apud Jurisconsultos Cæsareos⁵ item recte sumitur. Præcepta quæ diximus, Ebræis sunt ea quæ de Anni Sabbatici observatione, Oblationibus frugum, Levitico decimandi modo, id genus aliis habentur. Nam ex lege sacra nolunt hæc extra territorium Israëliticum observari⁶, tamen, ex superinductis Majorum institutis, in Ægypto, Idumæa, Terra Moab, & Senaar, tum ob frequentiam in eis Israëlitarum tum ob viciniam observari solerent. Jam verò quod ad Territorii Israëlitici, quâ primum à Numine assignatum est, limites occidentales

seu

³ Capola
de Servi-
tutibus
Rustic.

Præd. cap.
26. §. 26.

Hieron.
de Monte,
lib. de Fi-
nibus re-
gundis c.

6. §. 8. Al-
beric. Gē-
til. de Jure
Belli lib. 3
c. 17. Dd.
in l. 9. ff.
de Indis-
ciis.

⁶ Moses
Maimo-
nides ha-
lach. The-
rumoth c.
1. & Mi-
kots. s.
Præcep.
Affirm.

333.

seu maritimos in Præceptis hujusmodi ex lege sacra observandis, attinet; Binæ in eorum commentariis occurrunt Sententiæ, quarum quidem utrâque Mare, æque ac Tellurem, Israëlitis, ut dominis, idque à Numine, assignatum esse videbimus, licet alterâ, ampliora ejusdem spatia, alterâ multò angustiora assignentur. Adeo ut de re consentiant omnes; de areæ amplitudine tantùm discrepantes, Prior Sententiâ est eorum qui ipsum totum Mare Occidentale (quantum Terræ Israëliticæ Plagæ Occidentali prætenditur seu lineis rectis, à Boreali & Australi quem diximus termino, in Occidentem per Oceanum illum ductis utrinque introrsus finitur) simul cum continente à Numine fuisse eis tributum volunt; ideoque præcepta illa, in peramplo illo æquore, velut in Territorio Israëlitico, observanda. Hujus sententiæ autor fuit primarius, Jurisconsultus priscus & celeberrimus, Rabbi Jehuda, qui & ex disertis sacre Legis verbis superius allatis, ipsum Mare Occidentale, ita utrinque terminatum, ait assignari. Scilicet ad hunc modum docuit ille, ut habetur in vetustissimis Sibræorum Juris Pandectis;

7 Gemara
 Babylonia, ad
 tit. Gittin
 seu de li-
 bellis Di-
 vortii &
 Manu-
 missio-
 nis. cap. 1
 fol. 8. a.
 Idem, sed
 deprava-
 te, legi-
 tur in
 Gemara
 Hieroso-
 lymita-
 na, ad tit.
 Shebiith,
 seu de
 Anno
 Sabbati-
 co, cap. 6.
 fol. 36.
 col. 4.
 8 Numer.
 34. 6.

כל שכנגד ארץ ישראל הרי הוא כארץ
 ישראל שנ' תבול ים והיה לכם הים
 הגדול תבול זה יהיה לכם גבול ים והנסוים
 שבצדדין רואין אותן כאילו חוט מתוח
 עליהן מקפלוריא ועד ים אוקיינוס ומנחל
 מצרים ועד ים אוקיינוס מן החוט ולפנים
 ארץ ישראל ומהחוט ולחוץ חוצה לארץ:
*Quicquid ex adverso obtenditur Terra
 Israëlita, id. ipsum est ejusdem cum
 terra Israëlita rationis; Iuxta id quod
 scriptum est⁷; Quantum ad terminum
 Occidentalem, vester sit, seu, vobis sit
 Mare Magnum. Et terminus hic sit vo-
 bis; seu, vester sit. Terminus scilicet
 Maris, seu, Occidentis. Etiam & In-
 sulae collaterales utrinque in eodem ri-
 gore posita, ejusdem sunt cum lateribus
 rationis. Unde si funiculus per Insulas
 ducatur à Cephalonia in Oceanum, & à
 Torrente Ægypti in Oceanum, à funi-
 culo introrsus quod habetur, pro Terri-
 torio Israëlita; quod extorsus, pro eo,
 quod est extra Territorium illud, sumen-
 dum est. Funiculus à Cephalonia ductus,
 per Montis Hor seu Amani promon-
 torium, quod supra memoratum est,
 ducebatur. Nam in vertice montis il-
 lius, qui terminus hic Borealis, sedes
 habuit*

habuit urbs illa ; uti in glossa ad locum
 citatum, alibiq; adnotatur. In ea etiam
 ad hunc modū explicatur hæc sententia;
 רבי יהודה אומר כל היל שכנגד אזור של
 ארץ ישראל ואפילו עד אוקיינוס למערב
 שהוא בסוף העולם הרי הוא כאי שנ' ים
 הגדול תבול האי תבול קרא יתירה הוא
 למיטר דאף רחב הים בכלל התחום :

*Ex sententia hæc Rabbi Iehuda, totum
 ipsum Mare quod obtenditur longitudi-
 ni Terra Israëlita, etiam in Oceanum
 usque ad Occidentem quo orbi terrarum
 limes positus est, in territorio Israëliti-
 co est censendum; secundum illud quod
 scriptum est, Mare Magnum, & Termi-
 nus (locus integer ex Numeris pau-
 lò ante heic exhibetur) ubi signantius
 [& Terminus] adjicitur, ut scilicet in-
 nuatur ipsam Maris amplitudinem in-
 tra limitem etiam contineri. Et postea*

יבן שני החומין היו הנסין ארץ
 ישראל והוא הרוץ למים תסין ות :

*Inter funiculos illos seu lineas (in Ocea-
 num, ut dictum est, utrinque ductas)
 Insula sunt ex Territorio Israëlitico; &
 idem jus est Insularū & aquarum, &c.*

Hinc etiam glossa Ebræorum ordina-
 ria ad verba illa in Numeris; *Et sit
 vobis*

vobis *Mare magnum*, הגסין שבתוך, *Insula*. inquit, *que in medio Maris, etiam & ipsa sunt pars termini seu limitis.* Quin paraphrasis ibi Hierosolymitana expressius; ותחום ימא רבא הוא אוקיינוס נסוי ומחדוי וספירתא עם מנא קדמא דאית בגיח
Et terminus sit Mare magnum, id est Oceanus & Insula ejus & Vrbes & Naves cum Aquis primariis, qua in eo. Neque aliunde factum est, quod Rabbi Aben-Ezra⁹, Rabbi Bechai¹⁰ aliique; Maris tantam partem assignatione illa Israëlitis cessisse putârint, ut etiam per Mare הספרדי id est *Hispanicum*, tot parasangis in Occidentem à Contidente Israëlitarum distitum, Mare magnum interpretentur. Utrifque jam memoratis verba sunt, הים הגדול הספרדי תבול כלומר מערב נחלתכם יהיה הים הגדול והוא הגבול בעצמו *Mare Magnum; scilicet Hispanicum.* *Et Terminus. ac si dictum fuisset, possessio vestra sit Mare Magnum, quod ipsum per se etiam Terminus est.* Sed est interea animadvertendum Mare illud Occiduum totum usque in fretum Gaditanum, Arabibus adeoque Ebræis recentioribus; qui ex Arabum Scholâ pro-

9 Ad Num.
mer. 34.
10 Ad Num.
mer. pag.
199. co-
lum. 3.

prodire , indiscriminatim nuncupari

Mare Romanum, Mare الشام *Al-Shem*

seu *Damascenum* (id est Syriacum)

Mare الأندلس *Al-Andalus* (seu

Hispanicum) & demùm Mediterra-

neum. Ab oris aliquot singulis toto de-

nominato. Id quod disertè liquet tum

ex Geographiâ Nubiensi, tum ex com-

pendio Geographico Abu Elhasen

Hali Arabis ¹¹. Id verò certissimum est,

neutiquam è promiscua ejusmodi Ma-

ris denominatione, sed ex assignatio-

nis primariæ Territorii Israëlitici inter-

pretatione, qualem memoravimus, Ma-

ris Hispanici nomen apud Rabbinos

locum heic obtinuisse. Ita Sententia

hæc prior totum Mare Occiduum usq;

ad fauces Gaditanas, quas orbis terra-

rum limitem statuere veteres, Territo-

rii Israëlitici partem intra lineas à pro-

montorio Montis Hor seu Amani &

ostio Pelusiaco in Occidentem ductas

inclusam, censerì volebat. Sententiâ

autem alterâ, quæ rationi multò proxi-

mior videtur, angustiora quidem Maris

hujus spatia, sed tamen Maris spatia sa-

tis diffusa, assignationem Territorii

Israëlitici divinam complecti decerni-

C

tur.

¹¹ MS. in
Biblio-
theca O-
xonienfi.

tur. Scilicet hâc, limites Borealis & Australis sub ipsum litus, seu in extremitate promontorii, quod diximus, ad Boream, atq; in ostio Pelusiaco ad Austrum, finiuntur; in Occidentem, non ultrâ porrecti. At verò hujus autores lineam duci volebant rectam à promontorio illo ad ostium Pelusiacum, à Borea nempè in Austrum, eaque claudi & terminari plagam Territorii Israelitici Occidentalem; ita ut quicquid sive Maris sive Insularum intra hujusmodi lineam contineretur, seu eam ab Oriente respiceret, id totum non minus Territorii Israëlitici pars esset quam regio qualiscunque continentis. Atque ad hunc modum, arcuato atque sinuoso Territorii illius litori (à tribubus Aser, Ephraim, Dan, Zabulon, Simeon occupato) per ampla Æquoris spatia linea quâ diximus inclusa, atq; ejusdem cum litore ipso juris habita, per ducenta amplius milliaria præjacebât. In Pandectis Juris Ebræorū¹² ita explicatur hæc sententia;

אזוהו ארץ ואזוהו חוצה לארץ כל ששופע ויורד מטורי אמנון ולפנים ארץ ישראל מטורי אמנון ולחוץ חוצה לארץ הנסין שנים רואין אותן כאילו חוט

¹² Gemara Babylonia, ad tit. Gittin seu de libellis Divortii & Manumissionis. cap. 1 fol. 8. 2. Idem, sed depravate, legitur in Gemara Hierosolymitana, ad tit. Shebiith, seu de Anno Sabbatico, cap. 6. fol. 36. col. 4.

חוט מתוח עליהם מטורי אמנון עד
נחל מצרים מן החוט ולפנים ארץ
ישראל מן החוט ולחוץ חוצה לארץ :

*ut dignoscatur quid nomine Territorii
Israëlitici veniat, & quid extra terri-
torium illud esse fuerit censendū (quan-
tum ad Borealem & Occiduum pla-
gam.) Quicquid citra atq; intra Mon-
tem Amanum exporrigitur, Territo-
rium est Israëliticum. Quod ultra mon-
tem illum habetur, est extra hoc Terri-
torium. Etiam & de Insulis Maris qua
monti prætenduntur, eadem ratione di-
judicandum est. Funiculus seu linea
transeat super eas à Monte Amanusq;
ad torrentem Ægypti. Quod intra li-
neam continetur, Territorium est Israë-
liticum. Quod extra lineam, Territo-
rium Israëliticum non est. Huc spectat
illud Ezekielis ¹³ de plaga Terræ sanctę
maritimę postquam Australem quę ad
Mare est designaverat, ^{21.} ^{cap. 47}
ופאתים הים,*

הגדול מגבול עד נכח לבוא חמת זאת
פאתים. Et pars Occidentalis Mare
magnum; à termino usque ad id quod
adversum est introitui quo ducitur ad
Hamath. Hac pars (seu plaga) occiden-
talis, seu maritima. Vulgata ibi, Et pla-
ga Maris Mare magnum, à confinio per
C 2 directum

*directum donec venias Emath. Hac est
 plaga Maris. Hellenistæ autem; τῦτ τὸ
 μέρⓄ νίτⓄ κ̄ λήψ, hac pars Auster &
 Africus. quæ proximè præcedentium
 versio est. Dein pro allatis ex Ebræo,
 sequitur, τῦτ τὸ μέρⓄ θαλάσσης τ̄ μα-
 γάλης διορίζι, ἕως κατέναντι τῆς εισόδου
 Ημεῖς, ἕως εισόδου αὐτῆ. ταῦτα ἐστὶ τὰ
 ὁρῶς θαλάσσαν Ημεῖς. Quod sonat tam
 Hac pars, quam hac partem Maris Ma-
 gni determinat usque ad id quod ad ver-
 sum est introitui quo ducitur ad He-
 math, usq; ad introitum eius. Hac sunt
 quæ ad Mare Hemath. Cujuslibet ver-
 sionis mens eadem. Ea autem quam
 Ebraicis subjecimus tum paraphrasi
 Chaldaicæ, tum Judæorum Hispanien-
 sium interpretationi consona est. Jam
 verò ex veterum scitis ibi Salomon Jar-
 chius ad hunc modum rem explicat:*

מסקצוע דרומית האמור למעלה והוא
 נחל מצרים עד נכה לבנה חמת עד
 מקצוע צפונית מערבית הוא הר ההר
 שהוא נכה לבנה חמת כי חמת ב
 במקצוע צפונית מערבית אצל הר ההר
*ab Angulo meridionali superius dicto
 (sic interpretatur illud, à termino) qui
 est fluvius Ægypti, usque ad id quod
 ad ver-*

adversum est introitui quo ducitur ad Hamath; nimirum usque ad angulum sub Cauro positum, qui ipse est Hor montis adversus introitui ad Hamath. Quia Hamath in Cauro plaga sita est juxta Hor montem. Ita quod termino heic per directum, ut habet vulgata, ducto à Nili ostio ad Hor montis promontorium intercipitur, haud exiguum maris velut assignati partem complectitur. Atque hæc sententia, quæ viciniora duntaxat Maris spatia parili jure, ex ipsa assignatione divina, cum continente æstimantur, receptior est; quod scimus non solum ex ipsis Pandectis vetustioribus; seu Corpore utroq; Tabnudico, sed ex præstantissimis illis Rabbini: Mose Maimonide ¹⁴ & Mose Cotzeni ¹⁵; præter alios minorum gentium, qui eam disertis verbis amplectuntur. Et juxta utranque sententiam, illud quod de provinciis transmarinis; generatim apud Salomonem Jarchium ¹⁶, Rabbenum Nissim ¹⁷, Obadium Bartenoriam ¹⁸, alios traditur, satis interea obtinet, scilicet

כל חל קרי מדינת הים בר סנהל
 Quidquid est extra territorium Israëliticum id totum Provincia seu Civitas. Maris novius contineri, excepta Ba-

¹⁴ Ha-lach. Theru-moth, seu de Oblationibus cap. 1.

¹⁵ Precept. Affirm. 133.

¹⁶ Ad Tit. Gittin c. 1. fol. 1.

¹⁷ Ad Al-phabetum part. 2. pag. 554.

¹⁸ Ad Misnaiot. tit. Gittin cap. 1.

ubi & vide Rabbi Iom Tob

bylonia. Ad exemplum provinciarum maritimarum procul in Occidente extra lineas secundum five hanc five illam sententiam ductas positarum, etiam & provinciarum atque urbes mediterraneæ, quæ procul extra fines Territorii Israëlitiçi plagis in ceteris sedes habuere, Provinciarum seu Urbium maris nomen, pro eo quod est Tellus aliena, sortitæ sunt. Qua de re optimè Rabbenu Nissim loco citato. Sed verò ut hæc, quæ extra Territorium in Continente positæ, civitates Maris ex dicto locutionis tantum usu nominabantur, ita etiam in eadem locutione, alias intra Territorium etiam in ipso Mari locum habere admissum esse, ex ostensis liquet. Et demum ex utraque, quam exhibuimus, sententia, satis probatur divinæ assignationis interpretationem ejusmodi priscis Ebræorum, quibus ipsa fiebat assignatio, Jurisconsultis receptâ esse, ut Mare, æquè ac Tellurem, dominii privati capax esse non dubitaret; adeoq; Insulas in alluente mari positas, velut continentes Territorio Israëlitiço, ob interfluentis Maris dominium, æstimarent. Neq; obest, quòd toties *to usq; ad Mare* in assignationibus occurrat

ut

ut superiore liquet capite; aut quòd Mare limes fuerit. Nam non solùm *usque* est dictio sæpe inclusiva ¹⁹, verum etiam ipsi limites limitato cedunt ²⁰ nõ raro. Quemadmodum Termini omnes terminati. Qua de re Jurisconsulti & Pontificii & Cæsarei affatim; uti etiam in jam dictis Ebræi. Et hisce igitur elicitur, neque quod *universale* est *Ius Divinum*, neque *Positivum*, quã pluribus quibuscunque gentibus, in sacris literis, *Imperativum* videatur (nam in finibus jam dictis assignandis Imperativi imago manifesta est) Maris dominio privato reluctari, sed utrunque satis ei favere; etiam & exempla domini ejusmodi (si Ebræis ipsis fides) exhibere luculenta. De Naturali igitur & *Jure* (quod reliquum est) *Gentium*, dein videndum.

¹⁹ Bar-
tol. ad l.
35. pa-
tronus. ff.
tit. de le-
gat. 3. &
l. Nupta-
ff. de Sen-
natori-
bus.

²⁰ Ar-
chidiac-
in c. Ec-
clesias 13
q. 1. Hie-
ronymus
de Monte.
lib. de Fi-
nibus. Re-
gundis
cap. 23.

CAP. VII.

Ius Naturale Permissivum (cujus heic usus est) è *Gentium illustriorum civiltorumque, tum prisca tum recentis ævi, Moribus placitisque esse eliciendum.*

Quod ad *Ius* heic attinet *Naturale* seu alterum, in Juris suprã habitã distributione, *Juris Gentium Universalis* seu *Prima vi* caput, ex recto huma-

no rationis usu peti solitum ; id sanè non omnino Dominio Maris Privato adversari sed manifestò illud permittere, ex eo evincetur, quòd in Jure *Gentium Positivo omnimodo* quod humanum est (nam de Divino jam est dictum) id est tam *civili Plurium gentium* seu *Domestico*, quàm *Plurium Gentium Comuni*, sive illud *Intervenens* fuerit, sive *Imperativum*, nempe in moribus omnium ferè quas exploratas habemus atque illustriorum, Dominium ejusmodi Marinum passim admittatur. Diffitendum quidem non est, rectum Humanæ rationis, quæ pro Naturalis Juris indice haberi solet, usum circa res Divinas seu quæ ad Numinis attinent cultum, ex plurimarum gentium moribus non ritè edisci. Neque inde sive *Obligativi* sive *Permissivi* generis Juris Naturalis capita illuc spectantia, statuenda. Nam per omnia secula & Orbis Terrarum quas novimus regiones, Homines, de ejusmodi rebus, aut sine examinis congrui accuratatione, aut commodis suis aut Populorum (qui imperio continendi) indoli inservientes, decernere sæpe sunt soliti; ut Pagani, Mahumedani, id genus alii
 tam

ram recentioris quam priscaevi. Et re-
 cte Antisthenes Athenis olim (ut Phi-
 losophi alii non pauci) docere ausus est
Populares Deos esse multos, sed Naturam
unam esse, contra quod communis-
 simus Humanæ, apud Gentium vul-
 gus, rationis usus ac Mores induxerant.
 Unde, ut in Ecclesiâ olim Ebraicâ, ita
 etiam in Christianâ, usus humanæ ra-
 tionis apud ipsum Vulgus, aliàs liber,
 ubi in sacrorum contemplationem seu
 disquisitionem ascenderit, præstitus
 quibusdam axiomatis, principiis, & ju-
 ris sacri Normis, velut sanctis animæ
 repagulis, meritissimò coërceri solitus
 est. Ne sive in veteres tum Gentium
 tum seculorum plurimorum errores,
 sive in nova liberè discurrentis ingenii
 commenta petulcus evagaretur. Et si-
 milis sanè semper in politica sacra ratio
 servata est. At verò in rebus quæ merè
 sunt Humanæ, adeoque Humanæ ut
 mutua duataxat hominum officia spe-
 ctent, neque ex Divino aliquo præce-
 pto interdicaatur (cujus generis nihil
 sanè ne fingi potest apertius esse quàm
 Territoriorum Dominiæ distinctio ejus-
 que ratio quæ hominum consensu tota
 nititur) quid permissum fuerit ex jure

² Cicero
 de Natu-
 ra Deorū
 lib. 1.

Naturali, non minùs rectè decernitur ex plurium Gentium ac seculorum veterum recentiorumque scitis, placitis, moribusque receptis, quàm ex diligenti Regionum, fruticum, arborum, factorum, cæterorum, quæ ad universam agriculturam attinent, observatione elicitur, quid quæque ferat regio quid quæque recluset. Quotquot enim Gentes dominium, quale quærimus, privatum sive ex Civili suo sibi Jure seu Domestico; sive ex Jure cum vicinis sibi gentibus Communi admisere, aut idonei habendi sunt Juris Naturalis Permissivi (quanti heic usus est) testes; aut tot gentes easque illustriores per tot secula contra Naturam commisisse (quod nemo puto somniat) pronuntiandum.

² *Instit. de Jure Nat. §. Jus Naturale.*

De Jure Naturali Justinianus ²; *Quod Naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes populos peraquè custoditur, vocaturq; Jus Gentium, quasi quo jure omnes Gentes utuntur.*

³ *L. I. ff. de Acquir. rerum dominio.*

Et Caius ³; *Jus Gentium ratione Naturali inter omnes homines peraquè servatur.* Sed verò ubinam omnes Gentes? Nondum quot sint exploratum est, nedum quos in mores consenserint. Neque earum, quas habemus explora-

tas,

tas, omnium in moribus reperitur omnino quod nonnullis tamen est Juris Permissivi. Quid gentibus mediterraneis cum Jure de Naufragorum bonis fisco suo applicandis, quod apud Anglos, Aremoricos, Siculos, alias aliquot gentes maritimas obtinuit? Evanuit, ut non permissum, apud Christianas gentes in bello captorum servitus quæ tamen apud Mahumedanas in usu. Frustra igitur ex omnium moribus petitur heic norma & index; maximè etiam, cum nec defuerint, quæ

— non fœdera legum

Vlla colunt, placidas aut Iura tenentia mentes;

quod ait ille ⁴ de Beryciis. Quales ⁴ Valz. item disertè memorat fuisse aliquas Aristoteles ⁵. Et Sallustius ⁶ ex Hiempsale de Getulis & Libybus, Africæ vultis incolis, *Neque moribus, inquit, neque lege, neque imperio cujusquam, regebantur;* Alibique ⁷ de Aboriginibus; *Genus Hominum agreste, sine legibus, sine imperio liberum atq; solutum.* Ad Gentes igitur præteriti præsentisque ævi illustriores civilioresq; & quorum mores habemus exploratiores, heic recurrendum. Atque in iis sanè non,

⁴ Valz. Flaccus, Argonautic. 4.
⁵ Nico- mach. lib. 7. cap. 6.
⁶ In bello, Jugurthino.
⁷ In Conjurat. Catilina.

non solum Gentes illæ quas ipsæ, quarum heic potissimum interesse potest, magni semper habuere; verum & ipsæ, quarum jam interest, testes satis comperientur.

Testimoniorum autem, quibus usursumus, genus est duplex. Alia sunt quæ Imperium & Dominium Maris Privatum Principibus, Populis, aliisque, ab Historicis atque aliis Scriptoribus per omnia ferè secula agnitum ac tributum ostendunt. Alia quæ Maris Dominium ejusmodi, Juri itidem consonum, ex Jurisconsultis, Fœderibus, id genus aliis demonstrant. Quæ utraque, ut serum ducit ordo, interferimus. Ita tamen ut quæ ad Mare Britannicum, five Facti five Juris, attinent, cumulo in hoc testimoniorum prorsus prætermittantur, librum secundum seorsim occupatura. Atque sic demum tum quid *Civile Gentium jus*, tum quid *Gentium Commune plurium*, quid denique *Ius Naturale Permissivum* (ex Gentium scilicet moribus hâc in re eliciendum) de Dominio Maris Privato statuerit, simul erit apertissimum.

Ordo, quo è seculorum populorumque complurium moribus, ius de Dominio Marii privato permissivum elicietur. In seculo Fabuloso, expressa satis esse huius testimonia. Et obiter de Romanorum Marii Mediterraneo, cuius imperium Cn. Pompeio mandatum est.

SEcula è quorum monumentis gestisque Mores, Scita, Placita, quæ diximus, Populorum Gentiumq; ediscenda sunt, bifariam tribuo. In tempus Fabulosum & Historicum. Fabulosum autem non illud quod Olympiadum initia prævertit totum, cum Varrone, appellamus; sed id quod vetustissimis duntaxat fabulis, fabularum saltem facie, obducitur. Dispartito interim Historico in illud quod vetustius est & Imperiorum atq; Rerumpublicarum quæ aliquot abhinc seculis desiere, mores complectitur; & id quod est Recentius atque earum gentium, quæ etiamnum florent, usum hac in re ostendit. Ceterum dum Fabulosum adhibemus tempus, non è fabulis, quæ fabulæ sunt, argumenta petimus; sed involutam Poëtarum & Theologorum gentium mysteriis historicam veritatem è vetustissimis

vatum, non aliter ac Telluris ex distributione humana heic naturam comperimus. Ita se rem habuisse docuit olim Euhemerus Messenijs autor vetustus in historia de rebus eorum, qui Dii putati sunt, conscripta & ab Ennio versa. Lactantius *De Naptuni forte*, inquit,

*manifestum est, cujus regnum tale Loca-
fuisse dicimus, quale Cæcis Pompeii fuit jam cito
infinutum illud imperium, cui totius ora
maritima potestatem senatus decreve-
rat, ut Prædones persequeretur, ac mare
omne pacaret. Sic Neptunus maritima
omnia cum suis insulis obtulerunt.
Quomodo id probari potest? Nimirum
veteres historia docent. Antiquus au-
thor Euhemerus, qui fuit ex civitate
Messana, res gestas Iovis & ceterorum
qui Dii putantur collegit historiamque
contexuit ex titulis & Inscriptionibus
sacris qua in antiquissimis Templis ha-
bebantur, maximèque in fano Iovis
Triphylis, ubi auream columnam posi-
tam esse ab ipso Iove titulus indicabat:
in qua columna sua gesta perscripsit, ut
monimentum esset posteris rerum sua-
rum. Hanc historiam & interpretatus
est Ennius & secutus, cujus hæc verba
sunt; Iupiter Neptuno imperium dat
Maris,*

simis historicis exhibemus. Nam etiam
Vera sunt qua loquuntur Poeta (ut re-
 ctè Lactantius ¹) *sed obsecutu aliquo spe-*
cieque velata. Et sic veritatem men-
dacio velaverunt, ut Veritas ipsa per-
suasione publica nihil derogaret. Fabu-
 loso, quod diximus, tempore devictis
 scribunt Titanibus, forte mundum di-
 vifisse Deos fratres, Jovem, Plutonem,
 Neptunum. Jovi Cœlum, Plutoni in-
 ferna, Neptuno Mare cessisse. Reje-
 ctis autem nugis illis de sydereo heic cœlo
 seu Æthere, de Infernorum seu Mor-
 tuorum regno & demùm de Terra tota
² fratrum omnium, post divisionem,
 communi, quibus patienter sibi impo-
 ni vulgus sinebat, res ipsa quam in lar-
 vatâ hâc historiâ latere veterum ali-
 quot docuere, alia omnino erat. Non
 Deos hosce, sed homines fuisse asse-
 runt. Nec Cœli sed plagæ Orientalis
 ex quâ Mortalibus lux datur (unde &
 superior visa est, ideoque Cœlum di-
 ctum) *Jovem* Regem fuisse. Plutonem
 autem Occidentis, quæ solis recessum
 Noctemque ostendit, unde Inferior ea
 dicta & Inferna. Maris denique & in-
 terjectarum Insularum dominum fuis-
 se Neptunum. Ita dominium Maris pri-
 vatum,

De fal-
 sa Reli-
 gione lib.
 L. cap. 11

² Homer.
Ilîad. 15.
sen o'.

vatum, non aliter ac Telluris ex distributione humana heic natum comperimus. Ita se rem habuisse docuit olim Euhemerus Messenius autor vetustus in historia de rebus eorum, qui Dii putati sunt, conscripta & ab Ennio versa. Lactantius De Neptuni sorte, inquit, ³ manifestum est, cuius regnum sale ³ *Loco.* fuisse dicimus, quale Cneii Pompeii fuit jam citat¹⁰ infinitum illud imperium, cui totius orae ¹⁰ *maritima* potestatem senatus decreverat, ut Pradones persequeretur, ac mare omne pacaret. Sic Neptuna *maritima* omnia cum suis insulis obvenerunt. Quomodo id probari potest? Nimirum veteres historia docent. Antiquus author Euhemerus, qui fuit ex civitate Messana, res gestas Iovis & ceterorum qui Dii putantur collegit historiamque contexuit ex titulis & Inscriptionibus sacris qua in antiquissimis Templis habebantur, maximéque in fano Iovis Triphylia, ubi auream columnam positam esse ab ipso Iove titulus indicabat: in qua columna sua gesta perscripsit, ut monumentum esset posteris rerum suarum. Hanc historiam & interpretatus est Ennius & secutus, cuius hac verba sunt; Iupiter Neptuno imperium dæ
Maris,

*Maris, ut insulis omnibus & qua loca
offens secus Mare, omnibus regnaret.* Sed
intercidit tam Ennii versio, quàm Eu-
themeri Commentarii ipsi; nec sine Jo-
vis ceterorumque Deorum Antistitum
industriâ intercidisse putandum. Eò
enim magis invisum procul dubio erât
quicquid de Deorum originibus scri-
ptum esset, quò id eas magis pateface-
ret, & magna quæ sacrariis venditaban-
tur nomina ex magnorum sive Regum
sive Heroum coetu mutuò accepta &
vulgo credulo obtusa fuisse proderet.
Nam hinc etiam Atheus cum Diagora
& nonnullis aliis dictus est Euhemerus,
qui non Lanctantio solum, sed Cle-
menti etiam Alexandrino, Eusebio,
D. Augustino, Arnobio, aliis, author est
singularis; cui, in argumentis adversus
futilem gentium theologiam confar-
cinatis, fidem haberi scimus maximam.

⁴ *De Pla-
citis Phi-
losopho-
rum. lib.
1. cap. 7.
⁵ Lib. de
Iside &
Osiride.*

Idem (puto) est, qui Plutarcho ⁴ Te-
geata dicitur, ubi cum Diagora me-
moratur. Sed ab eodem etiam Messe-
nius nuncupatur, ubi ut ingentē men-
daciorum artificem eum sugillat ⁵ Ma-
jorum superstitionis cum primis tena-
cissimus, nec Triphylios aut Panchæos
(Panchæa insula est in Oceano circa
Ara-

Arabiam Australiori sita, in quo fanum Jovis Triphylîi, unde historia illa de regno Marino sumpta est, collocat Euhemerus) ullibi gentium, odio, ut videtur, in Euhemerum ductus, existimat extitisse. Sanè Diodorus ⁶ eodem, ut autore gravi, etiam utitur. Quin Iuriconsultus nuperus illud Neptuni apud Homerum,

⁶ Bibliothec. lib. 2
6. atque
apud Eusebium de

Præparat. Evāgelic. lib. 2. cap. 4.
Adde Gerard.

Vossium de Historiæ Græcæ lib. 2. cap. 11.

⁷ Io. Græphander. de Insulis cap. 31. §. 79.

⁸ Genes. 10.

Ἡ τοὶ ἐγὼν ἔλαχον πολὺν αἶμα ναίειν αἰὲς Παλλορόων, —

Ego verò ex eis quæ sorte tribuebantur accepi Cæruleum Mare ut in eo semper habitarem, ita interpretatur; ut de tribus Noachi filiis rem totam de tribus Diis narratam fidenter capiat. Verba ejus ⁷ sunt; *Id proculdubio ex partitione terrarum inter tres filios Noachi, ex quibus Iapheto insula obvenit, causam traxit.* Adeo ut Iapheto non solum Insularum ⁸ sed etiam Maris dominium, in fabula illa, velit assignari. Quod verò ait Lactantius de infinito Pompeii imperio, ut de Neptunii domini ex. emplo, id ita intelligendum est, ut tam eorum qui imperium Pompeio mandarunt, quàm ipsius cui mandatum est, simul habeatur ratio. Nimirum *Cilices invaserant maria* (quod ait Florus.)
subla-

sublatiſque commercii, rupto fœdere generis humani, ſic maria bello quaſi tempeſtate præcluſerant. Rei igitur frumentariæ maximè proſpicientes Romani, ex ſenatuſconſulto Gabiniano Pompeium emiſere ἀφαιρησόμενον τὸ πηγαῖον τὴν θάλασσαν, *ad vindicandam à Piratis mare.* Et dabatur ei, ea lege, ἀρχὴν τὴν ἐν τῷ Ἑρεκλείωνι τηλῶν Θαλάσσης, ἢ πέραν ἢ πείρας ἐπὶ σταδίους τετρακοσίους ἀπὸ Θαλάσσης, *imperium Maris quod intra eſt Columnas Hercules; Continentis vero totius ad quadringenta à Mari ſtadia.* Inde claſſis ingentis præfectus, diſpoſitis per imperii ſui ſpatia pluribus legatis, Mare totum à faucibus Gaditanis ad litus Cilicium ita pacavit *ut neque* ¹⁰ *in terra neque in mari eſſet qui reſiſtere poſſet.* Certè ipſe Pompeius mandatum tantummodo habuit imperium, ut Admirallus Populi Romani; ſicut biennio ante itidem M. Antonius, quod docet Paterculus. At verò ipſe qui mandavit Populus, Maris huius, ut territorii Romani, æquè dominus erat ac ſtadium Continentis quadringentorum, quæ cum Mari in imperio mandando ſunt pariter conjuncta, ut non magis, atque Mare, dominum ferentia.

Et

Platarch. in Pompeio, & Appianus Alexandrin. in Miſthradaticis.

10 Dio lib. 36.

Et Florus ¹¹; *Tiberius Nero* (qui è legatis erat Pompeianis) *Gaditanum fretum, quàm primum Maris Nostri limen aperitur, obsedit.* Nostrum Romanus (uti etiam Sallustius ¹² non semel) rectè ¹² *In bell. Jugurthino.* appellat, quod ita in Romanorum potestatem prorsus redactum. Et Dio Cassius ¹³; *Θάλατταν τὴν τῶν Ῥωμαίων πᾶσαν,* ¹³ *Lib. 42.* *Mare universum, quod Romanis parebat, pacavit.* Et Mela, de Mari Mediterraneo, *Id omne, inquit* ¹⁴ *, quàm venit,* ¹⁴ *De situ Orbis lib. 1. cap. 1.* *quàmque dispergitur, uno vocabulo Nostrum Mare dicitur.* Sic alii ¹⁵. Et Nostrum maris nomine sic utitur Mela sæpissimè postea. Sed hac de re plura inferiùs ubi de Romano maris imperio fusiùs agitur. Neque in Piratas, ut humanæ societatis hostes, jurisdictionis tantùm à Pompeio exercebatur (quemadmodum in Piratas, qui in mari quocunque nondum occupato deprædantur, exerceri indies videmus) sed ipsam territoriam marinum, quod invaserant Cilices, armis recipiebatur. Vnde Manilius ¹⁶,

*Quis te Nilivaco periturũ littore Magne,
Post victas Mithridatis opes, pelagus-
que receptum
Crederet? —*

¹⁶ *Astro-
nomic.
lib. 4.*

Itaque

Itaque non tam Pompeii, quàm ipsius Populi Romani, utpote Maris Domini; similis habendus erat à Laetantio Neptunus ille. Alia sunt in Fabuloso tempore, quæ de Diis dicta, quid de hominum heic jure sentirent Veteres, etiam indicare videantur. Nā ubi Deos hominum personis induunt, quæ humana sunt de iis fermè loquuntur. Vnde Hesiodus Jovem ait Hecaræ permisisse

Μαίρων ἔχει γαίης τε ἔ ἀτρυγέθιο Θαλάσσης

ut partem haberet tam Maris, quàm Telluris. Huc spectat item, quod habet Oppianus ¹⁷ de Amphitrite Regi-
nā maris à Neptuno constitutā,

¹⁷ Ha-
liantia.
lib. 1.

— ἀλὸς Βασιλείω ἔθηκεν

Reginam maris eam constituit. Quia Nonnus ¹⁸,

¹⁸ Dio-
nyfiac.
lib. 43.

— Βεροῖ κρείττω ἔχει Θαλάσσης

Beroë imperium seu Dominium habuit Maris. Similia sunt innumera. Et de Tempore Fabuloso, hætenus.

C A P. IX.

Primum apud Græcos in Tempore Historico Maris dominium; id est, Minois, seu Cretense.

Historici Temporis partem priorem, seu quæ Regna ac Respublicas,

cas, quæ aliquot ab hinc seculis defie-
re, complectitur, ab Imperio *Creten-*
sium Marino auspicamur. Dein verò
non solùm complurium veteris Græ-
ciæ populorum, aliorumque in Orien-
te olim illustrium, imperii ac domini
similis in Mari Syriaco, Ægyptiaco,
Pamphylia, Lydia, Ægæo, ejusque vi-
cinitudinum recensioem persequi-
mur; verùm etiam & Romanorum &
Carthaginiensium in maribus circum-
vicinis, veluti Supero, Infero, Orienta-
liori etiam, aliorum id genus in Occi-
dente dominium planè consuetum, at-
que, ut juri consonum, in mores rece-
ptum esse ostendimus.

L. Minos Lycasti filius, Jovis dictus,
Cretæ Rex, Mare circumquaque Cre-
ticum & magnam Ægæi partem ut
dominus obtinuit. Thucydides ¹, *Mi-* ² *Lib. 1.*
nos, inquit, ³ *Ἐλλωικῆς Θαλάσσης ἐπι-*
πλεῖστον ἐκράτησεν, Maris Græci partem
maximam ut Dominus obtinuit. Ita
sanè *κρατῆν* tum heic, tum in sequen-
tibus interpretandum. Neque sic *im-*
perium habere (quod sonat vulgò *κρα-*
τῆν) quinquam ut navium aliorum nu-
mero, transitui, vectigalibus, per ma-
ris spatia terminata, modum & leges
præsti-

præstituat, (non aliter ac ubi agri usus pro suo arbitratu sive impeditur sive permittitur colonis) aliud omninò fingi quidem potest, quàm planissimè Dominum esse, aut saltem ejus, qui Dominus est, seu procuratorem seu indultu agere. Quod in idem heic recidit. Vt cunque non nescimus, *Θαλασσοκρατεῖν* interdum duntaxat ² *Copis*

² *If. Ca-* *σαροπέλειν* interdum duntaxat ² *Copis*
saubon. in *navalibus præstare* interpretandum. De
Commēt. Minois dominio, expressè itidem Dio-
ad Polyb. dorus Siculus ³, Nicolaus Damascenus ⁴,
pag. 209. Strabo ⁵, Cedrenus ⁶, Suidas ⁷, alii. A-
³ *Bi-* pud Senecam item Phædra ⁸:

⁴ *Apud* *O magna vasti Creta dominatrix freti,*
Stobæum *Cujus per omne litus innumera rates*
Eclog. *Tenuere pontum; quicquid, Assyria*
cap. 42. *tenus*
⁵ *Geo-*

graph. 10 *Tellure, Nereus pervium vestris secas.*

⁶ *Pag. 11* Et primum Maris dominium, id est pri-
⁷ *In Mi-* mam ejusce, quod nondum occupa-
noë. tum erat sed in vacuo relictum, occu-
⁸ *In Hip-* pationem (unde ortum dominium hu-
polyto jusmodi) Minoi plerunq; tribuunt. Sed
act. 1. mendum est in Hieronymiana Chroni-
ci Eusebii versione ⁹, de hac re; nec præ-
Hiero- termittendum, nisi id quod celeberrimo,
nym. & primario apud Græcos Maris
num. 765 dominatui apertis verbis reluctari vi-
 dea-

deatur, oscitanter neglexerimus. *Minos* (ita versio illa) *Mare obtinuit & Cre-*

tensibus leges dedit, ut Paradisus memo-

rat, quod Plato falsum esse convincit. Quid igitur? Falsumne esse convincit

Plato Minoem leges Cretenfibus de-

diffe & maris imperium obtinuisse? aut eorum alterutrum falsum esse? Locus

planè fallit & corruptissimus est tum in ficto authoris *Paradisii* nunquam alibi

audito nomine, tum in ipsâ Græcorum Eusebii translatione. *Paradisus* nescio quâ

oscitantia (de Hieronymo viro sancto & doctissimo credere nolim; sed scioli forte alicujus, qui breviusculas ejusce in Chronico illo periochas temerè ad-

augere ausus est) ex ipso *Paradisios*, id est *ex Iove*, quod habetur in Eusebii Græcis, natum est. Nam ibi Eusebius,

Minos, inquit ¹⁰, ἠνδρασοκεράτη *Mare* ^{10 Chron.}

obtinuit & Cretenfibus ἠνδρὰ διὸς ἄ. *Iove* ^{Canon.}

leges dedit quas tulit ex antro ubi per no- ^{110. in}

vennium secesserat. De legibus illis à ^{Tbesauro}

Minoe acceptis, quæ nec ante Cretam ^{Tempo-}

à Cæcilio Metello triumphatam ^{rum.}

desiere, & de antro ejus Idæo, & Noven- ¹¹ *Estro-*

nio, res est notissima ex Homero, Pla- ^{prius lib. 6.}

των ἐν τοῖς Νόμοις ἐλέγχει. quod certifi-
 simum est heic sonare, id quod *Plato in*
Legibus adprobat, seu confirmat. Nam

²² *Plato*
de legibus
lib. 1.

ipsum librorum Platonis de Legibus ²²
 fundamen est Minois legum ejusmodi
 à Jove acceptio. Tantum abest, fuisse
 vertendum, quod *Plato falsum esse con-*
vincit, aut quod Plato refellit. Quum
 tamen posterius minori multò quàm
 par erat, aut ipse adhibere est solitus, di-
 ligentiâ heic usus vir maximus Jose-
 phus Scaliger substitui ibi velit. Nam
 utcunque ex vi & usu frequentiori vo-
 cabuli ἐλέγχει, id rectè ita verti videat-
 ur, ipsa tamen res & alia vocabuli signi-
 ficatio versionem nostram esse veram
 manifestò convincit. Id ipsum verò
 quod habet versio Hieronymiana, legi-
 tur, ut exscriptum, apud Marianum
 Scotum ²³ & Florentium V Vigornien-
 sem, nisi quod in Florentio legatur
Plato falsum esse affirmat.

²³ *Ann.*
Mundi
2944.

CAP.

CAP. X.

Dominium Maris Syriaci, Ægyptiaci, Pamphylis, Lydii, Ægæi, Gentes in Oriente illustres Septendecim invicem succedaneas, per complures quamlibet annos continuos, non aliter, ac Continentis seu Insularum, post Minoem Cretensem, obtinuisse.

POST Minois Cretenfis tempora, recensitæ sunt, in Eusebii atq; Africani Chronicis, Gentes septendecim Orientales, partim Europææ partim Asiaticæ, quæ singulatim per annos plurimos Mare interius sibi circumvicinum uti domini ita obtinere, ut, ex jure Gentium hisce univèrsis Interveniènte, privatam Maris dominium locum habuisse sit manifestissimum. Nam per vices & per diutinas occupationes, bello, victoriâ, cessioneque qualicunq; mutantes, suam dominandi singulæ sunt periodum sortitæ, annos quingentos amplius sexaginta continuos simul implentes. Ab initiis autem Minois seu Cretenfis imperii Marini ad proximum quod in Chronicis (quæ diximus) sequitur, intercedunt anni centum septuaginta quinque. Initia illa sub Judicium Israëlitarum ævo collocantur. Qui successere, ad hunc se habent modum.

D H. Se-

¹ Pag. 31.
 & pag.
 115. Nu-
 mer. 940.

II. Secundò, Lydi Maris fuere Domi-
 ni. Græca Eusebii ¹, Λυδοὶ οἱ καὶ Μαίονες
 ἔθαλασσοκρατοῦσαν ἔτη 43'. Lydi, quæ
 & Maiones, Domini erant maris annos

XCII. Sub Æneæ seculum, hujus Im-
 perii initia habentur. Quod verò ad nu-
 merum attinet annorum; tametsi idem
 fuerit tum in uniuersa Eusebii historia,
 tum in Canone ejus Chronico; cum ta-
 men Pelasgorum imperium, quod pro-
 ximè sequitur, annorum CXX. aut cir-
 citer intervallo disjungatur, corrigend-
 us forsitan fuerit & κ' seu CXX substi-
 tuendus. Quod dubitanter etiam mo-
 nuit vir præstantissimus Isaacus Casu-
 bonus in Commentario suo ad Poly-
 bium, ubi de illis, qui in Oriente Maris
 sunt dominati, doctissimè agit. Absque
 numero marium Lydorum Domi-
 nium memorant etiam Marianus Sco-
 tus & Florentius Monachus, uti & Pe-
 lasgorum.

III. Tertii in hac recensione Maris
² Chronic.
 lib. 1. pag.
 34. &
 Numer.
 960.

domini fuere Pelasgi. Eusebius ² Πηλασ-
 γοὶ δεύτεροι ἔθαλασσοκρατοῦσαν ἔτη κ'.
 secundò mare obtinuerunt Pelasgi annos
 LXXXV. Quod ad Solomonis & quæ se-
 quuntur tempora refertur. Sed Thra-
 cum, qui mox succedunt, initia poscunt
 ut

ut anni heic potius LV putentur. Secundi autem fuere Pelasgi Maris domini, si aut Lydos primos cum nonnullis facias, aut primos à Minoë seu Cretensibus appellas. Nam ita Pelasgi planè secundi, alioquin tertii sunt. Quod in sequentibus etiam observandum.

I V. Quartò, Maris domini fuere Thraces, annos (ut in Eusebii³ Græcis habetur) 9' seu LXXIX; qui tamen in versione Hieronymiana novendecim non excedunt. Sed putat Isaacus Casaubonus magis π 9' seu LXXXIX rescribendum esse, ex initiis Rhodiorum, qui proximi domini, suasis. Marianus & Florentius, versionem Eusebii sequuti, annos tantum XIX Thracum imperio tribuunt. Atque apud hosce, ut in versione, quam diximus, Thraces dominos Maris fuisse, non semel adnotatur. Cum Jeroboamo Rege convenit.

³ Ibid. &
Numer.
1014.

V. Quintò Rhodii Mare, ut domini, obtinuerunt annos XXIII⁴. Atque eorum hinc studium circa rem nauticam laudat Strabo⁵, qui de Rhodo, ἑθαλασσοκρασίῳ, inquit, πολὺν χρόνον καὶ τὰ λησιεῖα κατέειλεν, Dominus erat Maris diu & Piratas sustulit. In Latinis Eusebii, Rhodii dicuntur quartò Mare obtinuisse.

⁴ Chron.
Canon.
pag. 128.
& Num.
1100.
⁵ Lib. 4.

In Græcis verò quartos fuisse Maris dominos, & juxta nonnullos, quintos. Unde discrimen illud ortum fuerit, liquet ex eo quod in Pelasgis est memoratum. Celeberrimi omnium sunt Maris Dominorum veterum Rhodii; inde imprimis quòd eis acceptæ feruntur leges Nauticæ in Pandectas à Justiniano relatae, quæ in utroque Imperio mirè ob-

6 *Ad legem Rhodiam ff. l. 9. ἀξιωματικῶν. De legibus hisce vide etiam Basilic. lib. 53. tit. 8. 7 Prochir. Iustin. lib. 2. tit. 11. 8 Ius Græco-Rom. tom. 2. pag. 265.*

tinere solebant. Antoninus Imperator ad Eudæmonem Nicomediensem ^ο, τῶν Νόμων, inquit, τῶν Ῥοδίων καὶ ἐνίοθα τὰ Ναυτικὰ, lege Rhodiorum decidantur lites Nauticæ. Et sunt legum omnium Nauticarum, quæ non interciderunt, vetustissimæ, ut testatur Constantinus Harmenopulus ⁷ Judex Thessalonicensis. A Tiberii ⁸ tempore in Romanorum mores sunt receptæ. Initia eorum sub Jehosaphati regnum collocantur. Sed prætermittuntur Rhodii tum à Mariano tum à Florentio.

9 *Chron. Canon. pag. 129. Numer. 1127.*

VI. Sextò Maris sunt dominati Phryges, annos xxv; sed (ut habent Eusebii ⁹ Græca) secundum alios vi. Latinis occurrunt tantum xxv, uti in Mariano & Florentio. Sed verò cùm, in Græcis Eusebii, Quinti numerentur (ratione superius dicta) Maris domini Phryges, nume-

numerum illud senarium non annos sed Imperii ordinem rectè (opinor) animadvertit Isaacus Casaubonus denotare. Lycurgi seculo Dominatus hic tribuitur.

VII. Septimo Cyprii Mare obtinuerunt, ut alii, annos **xxiiii**; ut alii, **xxx**. Hoc enim in nonnullis Hieronymianæ Eusebii versionis exemplaribus ¹⁰ reperitur. Illud in Mariani & Florentii ^{10 Edit. Basih} Chronicis, ex Eusebio & Hieronymo ^{1549.} plerumq; compilatis. Sed neque in Græcis, quæ extant, Eusebii, neque in versione quam edidit Josephus Scaliger, locum habent Cyprii. Neq; sanè in Isaaci Casauboni recensione. Cum Iosifi seculo convenit.

VIII. Octavo Phœnices Mare ¹¹ obtinuerunt. Sic Eusebius, Marianus, Florentius; nisi quòd septimos faciant, ob ^{11 Euseb. Nuraer.} diversam, quæ ostensa est, numerandi ^{1192.} rationem. De horum dominio Maris satis apertè loquuntur Sacræ Literæ: quod & suprâ notavimus, ubi de Jure divino verba fiunt. Collocatur hujus domini memoria sub Uziâ Judææ Rege. Quin ipsa gens Phœnicum in gloriâ magnâ navalium artium, quod docet Plinius, alii. Atque huc forsân refe-

D 3 rendum

rendum est illud ab Antipatro Tarsensi & Mnaseâ, scriptoribus vetustis, traditum de Gatide regina Syrorum, (qui & ipsi Phœnices) quam ideo Atergatin dictam volunt quoniam edicto jusserit ¹²

¹² Apud Athenâ
Dipno-
soph. 8.

ἄνευ Γάτιδος πυνθῆναι ἰχθυῶν ἰδιῶν (ut Antipater) id est, sine Gatide seu ejus iussu non vinem piscem comedere, ἀλλὰ ὅς αὐτῶν ἀναψῆς, sed ut quisque pisces captos ad ipsam perferret, quemadmodum Mnaseas. Quod de etymo habent, ridiculum satis videtur, dum nomen Syrum seu Phœnicium è Græco petunt fonte. Res autem ipsa, quam (opinor) voluere, hæc est; Atergatin non Syriæ modò seu Phœniciz (quæ maritima Syriæ pars) sed & præjacentis Maris ita Reginam seu Dominam fuisse, ut neque liberè piscari in eo, saltem non piscationis Commodo frui, nisi ea annuente, cuiquam liceret. Unde etiam ei, apothecâ postea donatæ, aureos & argenteos pisces sacrare consuetum.

IX. Nonò Ægyptii post Phœnices Mare ¹³ obtinuerunt sub Regibus suis Psammide & Bocchoride, qui Olympiadum initia proximè anteverunt. Habent etiam Marianus & Florentius.

¹³ Euseb.
Numer.
1230.

X. De-

X. Decimò Maris sunt dominati¹⁴ Milesii. Annorum numerum non exhibent codices Eusebiani. Cæterum tam apud Marianum, quam Florentium legitur, *Mare obtinuerunt Milesii annis xviij.* Stephanus de Urbibus, *Nauoratis*, inquit, *Urbis Aegypti condita est dicitur Milesiis tunc Julii Augusti temporibus, à Milesiis tunc mare obtinentibus.* Et civitatis illius conditam, cum imperio horum Maris, memorat simul Eusebius, sub tempora Romuli. Ab illis item Sinope, ad Pontum Euxinum sua, condita est, quæ *Ἰσσηία* quod ait Strabo¹⁵ *Ἰσσηία* *Κοιτίων* *Θυρίων*, in sua habuit potestate Mare, quod intra Cyaneas insulas volvitur.

XI. Undecimò Mare obtinebant¹⁶ Caros. Horum domini Marini meminit etiam Diodorus Siculus¹⁷ Sub Ezechie Regis ævum.

XII. Duodecimo, & Caribus proximi, obtinuerunt Mare Lesbii¹⁸ annos xlix. Sic in latinis Eusebii. Sed Marianus habet, *annis lviii.*

XIII. Decimotertio Phœcenses mare obtinuerunt. Circa captivitatem Babylonicam. In annos xlii præteritur eorum imperium. Græca Eusebii

29 Chron. 27 Φωκαῖες ἠπλοασοκροτίησιν ἴτη μίση'.
 Lib. 1. pag. Phocaenses domini Maris fuere apnos
 42.

X L I V. quibus verbis præfigitur nume-
 rus 12 seu duodenarius, quo duode-
 cimos eos à Lydis fuisse, & à Minoë de-
 cimos tertios, denotatur.

20 Lib. 1. X I V. Decimoquarto Corinthii fue-
 re Maris domini. Eos ita collocatos qui-
 dem non reperio. Sed manifestò liquet
 ex Thucydide 20, mari præpotentes eos
 fuisse, & corporibus navalibus latrocinia ma-
 ritima ita coercuisse, ut tam à Mari,
 quàm à terrâ emporium sibi nancisce-
 rentur amplissimum. Et egregiam eo-
 rum in re Nauticâ instaurandâ indu-
 striam idem memorat Author. Nec re-
 fragatur tempus, quin rectè hunc lo-
 cum occupent ipsi, uti & Iones proxi-
 mum. Sed decimos quartos hos & deci-
 mos quintos præsertim in eorum, qui ita
 mare obtinuerunt, catalogum à Scrip-
 toribus receptos comperimus.

21 Lib. citato. X V. Decimoquinto Iones vicini
 Maris domini fuere, seu Ionii. De iis
 Thucydides 21, Μὴτὸ πρῶτ' (scilicet post
 Corinthiorum vires maritimas) πρῶτος
 Ἴωνες τὰς ναυαλίας εἶπεν, ἀπὸ τοῦ Κυρίου πρώτου
 Περσικῆς Regia οἷοςque filii Καπποβύσις
 ἔπειτα καὶ ἰαυτὸς Θιολάσσης Κόρη πύλα-
 μῦτες

πεῖθες ἐπερίτησεν ἡνὰ γένον, *Etiam Cyro pugnantibus suo Mari aliquantidū positi sunt. Ubi adnotat scholiastes vetus, γένον ὅτι ἡ πύσης. Mari vicinos: Neque enim toto.*

XVI. Decimosexto domini Maris fuere Naxii. Eusebius ²³; *Νάξιοι ἐθαλασσοπερίτησεν 11' ἔτη 1'. decimoquinto* ^{22 Chron. lib. 1. pag. 43.} *Mare obtinebant Naxii, annos decem.*

Sub Cambyfis tempora. De Naxiis insulæ cognominis, quæ è Cycladibus una est, dicitur.

XVII. Decimosextimo Eretrienteses in dominium hoc marinum successere. Eusebius ubi de Naxiis loquitur, καὶ μετ' αὐτῶν, inquit, Ἐρετριεῖς 15' ἔτη 7', *Et post illos Eretrienteses, decimosexto, annos VII.* Eretria urbs erat olim insignis opibusque potens in Eubocæ insulâ.

XVIII. Et demum in hac recensione ultimi seu decimi octavi Maris domini fuere Æginetæ. Latina Eusebii ²³; ^{23 Num. 1508.} *Mare obtinuerunt Ægineta annos XX, usq; ad transitū Xerxis; quod in Olympiadis LXVII anno IV adnotatur. Ceterum Olympiade LXXV transit Xerxes, ejusque anno primo. Intercedunt igitur anni XXVIII.* Sed verò animadvertit heic Josephus Scaliger, ex hâc in an-

nis putandis supinitate, nugatoria esse quæ habent Latina. *Et ex Grecis*, inquit, *arguuntur*, in quibus legitur tantum, *Αἰγινηται ἰψαλασσοκράτησιν ἔτη ἰ*, *Ægineta Maris dominium obtinere annos x.* Quod quidem occurrit tam in Chronico Eusebii priore, quàm in Canone; nec aliter collocatum ac in Latinis. Horum item potestatis marinz meminere Strabo ²⁴ & Ælianus ²⁵.

²⁴ Lib. 8.

²⁵ Var.

Histor.

lib. 12.

C A P. . X I.

De Laconico atque Attico dominio marino; quia & hoc non à Græcia, verùm etiam à Persis, in fadere, agnito.

NEquè solùm in moribus dominioque Marino tot Gentium illustrium (quorum Imperiorum anni à Mari subjugato putari soliti) ita invicem continuato reperiuntur quæ ex Oriente huc afferenda, sed in aliorum etiam, quæ sanè & illustriores, tametsi recensione ejusmodi nullibi contextantur. Notissimus ille Samiorum Rex Polycrates, sub imperii Persici initia, devictis navali prælio Lesbii & Milesii, adeo Maris dominium adfectasse scribitur, ut dominii id capax esse palam interim agnosceretur. Herodotus, Polycrates, inquit, *ἰνὰ τὸν ἑὸν ἰμῶν ἰδμεν*

¹ In Thalia.

ἰδμεν

ἔδραρ Ἐλάων, ὅς ἡγασσεκράτης ἐπι-
 νοήσῃ, παρὲς Μινωὶς τε ἔκ Κνωσὶς κὶ εἰ δὴ
 τις αἰὶα. Ἐπειὶ ἡγεῖς τὸ ἡγεῖς τὸ ἡγεῖς τὸ ἡγεῖς
 quis est eorum, quos novimus, quæ Men-
 vis imperium sibi adquirere in præsentem
 insulas, præter Minoim Gnossim &
 siquis alius illo prior mari positus est.
 De Regibus loquitur, puto. Nam aut
 Democratici aut Aristocratici formulâ
 imperii gubernabantur fere Græci illi,
 penes quos dominiam Marmum (ut
 supra ostensum est) toties variabatur.
 Neq; eorum dominium, opinor, igno-
 rare potuit Herodotus magis, ac Mi-
 nois Regis. Etenim floruit ipse post fi-
 nitam Æginetarum (quod diximus)
 imperium, seu sub Olympiadem LXXX.
 Aut igitur de Regibus tantum est lo-
 cutus, aut mirè hallucinatus.

Circa Olympiadem LXXV, & sequen-
 tia in Monarchiam Græcam tempora,
 nobilissimè illi Græcorum populi, non
 solum Athenienses, sed & Lacedæmo-
 nis, interdum dominium circumfluen-
 tis Maris occupavere. De Lacedæmo-
 nis Demosthenes²; ἡγεῖς τὸ ἡγεῖς, inquit,
 ἡγεῖς κὶ τὸ ἡγεῖς τὸ ἡγεῖς, Maris dominaban-
 tur & terra universa. Alii tantundem.
 De Atheniensibus sive Idem, sive He-

² Philippi
 pic. 3. vii-
 de etiam
 Themis-
 tocles,
 Epist. 14.

gesip-

gesippus, in Oratione illâ de Halonesso, verba faciens de Philippo Macedonum Rege maris imperium affectante, De Prædonibus, inquit, aquum esse ait Philippus ut communiter & ille nempe & vos eos, qui in mare delinquunt, pellatis, ἐδὲν ἄλλο ἢ τῦτο ἀξίω ὑφ' ὑμῶν εἰς τὸν θαλάτταν καθίστασθαι, καὶ ὁμολογήσαι ὑμῶς ὡς ἀνὰ Φιλίππου ἐδὲ τ' αἰ τῆ θαλάττης φυλακῆ δυνάσκειτε φυλάττει; nihil aliud quàm hoc postulans, ut à vobis Mari ipse præficiatur, utque consteamini vos sine Philippo nec Mare (hactenus vestrum) tueri & custodire posse. Modum etiam qualitati & quantitati navigiorum, quibus Vicinis uti liceret, fœdere ponebant. Caput est fœderis cum Laconibus iſti³; Mari quidem Laconas & socios uti posse, sed οὐδὲν μὴ μακρῆ νηὶ, ἀλλὰ ἢ κατὰ πλοῖα ἰς πεντάσια πύλας ἀγνοῦε μίτρα, minimè navigare navi longa, verùm alio navigio quod remis actum vecturam talentorum quingentorum non excederet. Non scilicet navi uno remorum versu, nedum biremi triremi aliisque bellicis, sed navigiis utcunque remorum paribus aliquot agendis & onerariis, illisque satis exiguis. Id genus sunt alia apud

³ Thucyd. lib. 4.

apud Thucydidem. Huc spectat illud
 Æmilii Probi, de Timotheo Athenien-
 sium præfecto illustri. *Corcyram*; in-
 quit, *sub imperium Atheniensium vede-*
git, sociosque idem adiunxit Epirotas,
Athamanas, Chaonas, omnesque eae
gentes quae mare illud adjacent. Quo
facto Lacedæmonii de diutina contentio-
ne destiterunt, & sua sponte Athenien-
sibus imperii maritimi principatum
concesserunt, pacemque his legibus con-
stituerunt; ut Athenienses mari duces
essent. Quae Victoria tanta fuit Attici
laetitia, ut cum ara PACI publicè sine
facta, eique Dea pulvinar sit institu-
tum. Et Demosthenes + de Archebio + Orat.
 & Heraclide, οἱ Βυζάντιον ἠγάγοντες *advers.*
 Θεσσαλονίκη, Κυβελὸς ὑμᾶς ἐποίησε τῆ *Leptinā*
 Ἐπιφανοσίη, ἧς τὸ Διηγῆται δῶκε δῶξ, quæ
 Byzantium Thrasybulo cum tradidif-
 sent, Dominos vos (Athenienses allo-
 quitur) Maris fecerunt; adeo ut Doct-
 riam venderetis. Vestigialia scilicet eae
 τὸ φορῶν τὸ ἰμπέρων τὸ Ἐπιφανοσίη, Mar-
 cium Mercatorum qui Hellepontis ute-
 rentur, quod adnotat ibi Vlpianus rhe-
 tor. Hinc etiam manasse vult Cicero
 durius illud Populi hujus decretum de
 Æginetis, Maris interdum dominis.

Durius,

De offici-
 cii lib. 3.
 sic Vale-
 rius Ma-
 ximus
 lib. 9.
 cap. 2.

6 Var.
 Hist. lib.
 2. cap. 9.

*Durius, inquit, Athenienses, qui scin-
 verunt, ut Æginetis, qui classe vale-
 bant, pollices præciderentur. Ne scibi-
 cet in posterum classe valerent, aut Ma-
 re jam Atheniensium occuparent. Nam
 in Codicibus nonnullis legitur, quia
 classe valebant, quod notat Carolus
 Langius. Tamen ab Æliano intelligi-
 gatur decretum ideo factum, ut hastam
 non ferre, remos verò adhuc agere pos-
 sent. Crudelitatem detestantur Scripto-
 res. Sed manifestum est maris usum li-
 berum eis ita esse præceptum. Neque
 tantum inter ipsos Græciæ populos,
 dominium hujusmodi marinum com-
 probatum est; verum etiam à Persis, qui
 tunc rebus Orientis potiebantur, idque
 in fodere illo nobili post victoriam ad
 Eusymedontem icto. Nimirum de vi-
 ctis Artaxerxis Longimani Persarum
 Imperatoris copiis navalibus (quæ ma-
 re circa insulas Chelidonias infestum
 reddiderant) à Cimone Atheniensium
 duce, adeo fractus est Regis animus
 ὄντι πειρώσθαι τὸ πρὸς τὸν ἰσθμὸν ἐκείνου
 ἵππευ πρὸς ὄρου ἀεὶ τὸ ἐκλεισθῆναι ἐκείνου
 ἡμετέρας, ἔνθεν ἦ Κωνσταντῆς Χελιδονίω
 μακρῆ γὰρ ἐχάλασε βόλῃ μὴ πλεῖν, καὶ
 nobilissimam Pacem iussit (Sic Plutar-
 chus*

chis⁷; & Aristides⁸ ferè idem) ut semper à Mari Græco curriculum equi abstineret, neque intra insulas Cyaneas & Chelidontias longam navem vel rostratam haberet. Toto igitur abstinentem erat Regi à mari Ægæo Rhodio, Carpathio, Lydio, & quod inde in Occidentem versus Athenas vergit. Quippe cujus planè domini Athenienses. Nam mare Græcum, quod antiquitus Caricum⁹ dictum à Cariâ seu Occidentioris Asiæ partis littore, latissimè diffunditur. Etiam servitus imposita est Mari Pamphylio ac Lycio, uti etiam Ponto; ut nec in hoc, citra Cyaneas insulas, nec in illo citra Chelidontias, navis Regia, quæ aut longa aut rostrata (id est bellica) foret, ex fœdere admitteretur. Id ipsam sanè voluit Isocrates¹⁰, ubi de Atheniensi imperio verba faciens, barbaris non licuisse ait *μηδὲν πλοῖον ἐπὶ ταῖς ἐν Πάμφυλῳ, longis navibus citra Phaselidem navigare.* Nam Phaselis eundem cum Chelidontias rigorem in metiendo obtinet, sive Lyciæ sive Pamphyliæ oppidum. Contextuerat autem historiam *αὐτῶν τῶν λαοσκρατησάντων, eorum qui Maris dominium obtinuerunt* vetustus scriptor Ca-

⁷ Ex Crætero, in Cimonis vita.
⁸ In Panathenaisiis.

⁹ Scholiast. ad Thucyd. lib. 1. adde Dionys. Halicarnass. lib. 1.

¹⁰ In Panathenaisiis.

stor

stor Rhodius, quod memorat Suidas. Ex eo Julium Africanum & Eusebium suos hausisse Maris dominos, superiori capite recensitos, meritò existimant viri docti. Etiam & Atheniensium atque Lacedæmoniorum dominatus marinos adjecisse eum, vix dubitandum. Floruit Castor sub Augusti Cæsaris tempora. Opus ejus illud omnino perit.

C A P. XII.

Alia, quæ sparsim occurrunt, de Maris dominio in Orientalium moribus, Testimonia.

ETIAM in Scriptis quæ ad Orientalium gentium mores attinent, plurima sparsim occurrunt, quæ receptissimam fuisse de privato Maris dominio sententiam luculenter comprobant. Antiochus Epiphanes Syriæ Rex, הַיָּם הַיָּבֵשׁ לִי Nonne, inquit, & Mare & Tellus mea sunt? De mari Syriaco locutus. Et Xerxes ille Persarum, cum ridiculè Helleponto verbera infligeret, stigmata inureret, & in aquas par compedum demitteret, δρακόνες, ait, τὴν δίκην ἐπιπέθει τῷ δέ, Dominus tibi hanc poenam irrogat. Quin ubi Mare Rubrum seu Erythræum ita dictum tradit Agatharchides, Boxi Persæ narratio-

¹ *Ios. Scaliger in Eusebiano ad num. 840 Gerard. Vossius de Historiæ Græcis lib. 1. cap. 25. alia*

² *Ioseph Ben Ge- rion. lib. 3. cap. 12. Edit. Münster. Ebræo- lat. in fol. ² Herodo- tus lib. 7.*

rationem secutus, ab Erythrâ Rege seu Erythro (id est ab Edomo accola qui ipse & Esau erat ³, atq; idem quod Erythrus seu Rubrus Ebraicè denotat) inuenere hoc etymon simul adjungit ⁴ *εὐεραισιονοῦ τῆς θαλάττης αἰόρα, Virum maris ejusce dominium obtinentem*. Certè & apud Philostratum ⁵ legitur vetus fuisse de Mari Rubro pactum, quod βασιλεὺς Ἐρυθρᾶς ἐνόμισεν ὅτι τῆς θαλάσσης ἐκείνης ἦρχε, *Rex Erythras, quando mari illi dominabatur, contraxerat, neminem Ægyptium mare illud navi longâ ingredi debere, onerariâ verò unâ tantum ibi uti*. Et de Tyro urbe, Quintus Curtius, ⁶ *Condita, inquit, ab Agenore, dicitur, Mare non vicinum modo, sed quodcumq; classes ejus adierunt, ditionis sue fecit*. Vnde & Tyria Mariâ pro Mari ita occupato ut, injussu domini, liber per id transitus non esset, abiit ⁷ in proverbium. Quid quod etiam in Oriente mos obtinuit veterimus, ut cum Reges Magni, gentes in suam potestatem redacturi, imperii ac Domini arrhas sibi tradi imperarent, *Aquam & Terram* simul poscere solebant. Scilicet eas volebant *φίρην γλυκὴν ἔδωκε, adferre Terram & Aquam*, & *ἰτυ-*

³ *Ios. Scaliger ad Festum, verb. Æ-*

gyptinos,

& Nicol. Fuller.

Miscellan. lib. 4.

cap. 20.

⁴ *Apud Photium*

cod. 250.

⁵ *De vita Apolloniâ*

lib. 3.

cap. 11.

⁶ *De rebus Alexandri*

lib. 4.

lib. 4.

⁷ *Afranius apud Festum,*

verb. Tyria Ma-

ria.

ria.

ria.

ἰτοιμαζέτω γῆν καὶ ὕδωρ, *præparare Terram & Aquam*. Tam Maris quàm Telluris eorum dominium symbolo ejusmodi designari existimabant. Ita à Scytharũ Rege Indathyrso poscebat ⁸ Darius Terram & Aquam; isa Xerxes ⁹ à Lacedæmonius; ita uterq; à Cois, quod ipsi testantur Coi in plebiscitò seu Epistola qua Artaxerxi Hippocratem reddi imperiosissimè petenti respondere minas Regis Magni negligentes Coi, nullo pacto, quicquid periculi sibi imminere videretur, Hippocratem reddendum esse decernunt. Decreto etiam

⁸ *Herodotus lib.*

^{4.}
⁹ *Polybins lib.*
9.

¹⁰ *Hippocrates Epistol. 9.*

adjiciunt ¹⁰; καὶ ὁ Δαρίης ἐπέμπε δαΐον αὐτῶν ἐπιτολὰς παραστάντων, γαίαν καὶ ὕδωρ αἰτιέμεναι, εἰς τὸ δαΐον ὁ Δαρίης, ὅτι οὐκ ἔστι ἀργίας τὰς ἄλλας ἀνθρώπων θνητῶν ἐπιπέμειν ἐκ αὐτῶν ἰσθμῶν. Nam *Græcum Davius & Xerxes accessores ejus epistolis suis Terram & Aquam postulantibus, πεντήκοντα reddidit populus Cois, quippe cui satis erat exploratum, illos quos ad se misissent, pariter ac homines ceteros, esse mortales.* Atque in Græcis codicibus historiæ Judith, Nabuchodonosor bellum vicinis gentibus indicturus, deditiois, quam expectaret, formulam disertè ait esse ut ¹¹ *præparent ei*

¹¹ *Judith. cap. 2. 7. Græcè.*

Ter-

Terram & Aquam. Nisi aquarum perinde ac Telluris dominos se esse putarent, quamobrem & Aquam & Terram velut universalis dominii insignia sibi poscerent, non satis video. Quin de Mari ex Indorum, Persarum, atque Ægyptiorum disciplinâ in Onirocriticis scribens Achmes Ben Seitim Arabs, ἐστὶ ἰδὴ τις (inquit ¹²) ὁ πῶς ἰδύσασσι τὸ Θάλασσαν, κληρόνομος ἔσται τῆ βασιλείας πάσης καὶ βασιλεύσει, *Si quis (in somniis) visus fuerit sibi factus Maris dominus, haeres erit universi regni & imperabit.* Accedat huc Delium illud de Atheniensium dominio Marino oraculum. Delo sacrificantibus Atheniensibus, puer, dum lavandis manibus aquam hauriebat, è phiala simul cum aqua pisces effudit. Inde à vatibus oraculum redditum ὡς κυριόσυσσι τὸ Θαλάττης, *Maris fore eos dominos.* Author est scriptor vetustus Semus apud Athenæum ¹³, ubi Phylarchus etiam memorat, cum Patroclus Ptolemæi Lagi filii dux ad Antigonom regem Pisces simul & recentes ficus misisset atque ambigerent adstantes quid illo munere significaretur, Antigonom lepide dixisse, satis ipsum intelligere quid sibi vellet Patroclus.

Aut

¹² Cap.
178.¹³ Diphno-
soph. lib.
8.

Aut enim, inquit, vult Patroclus *ἑλαττοκρατεῖν ἡμᾶς, ἢ τὸ σὺνων τρώην*, *imperium seu dominium Maris nobis esse potiusdum, aut rodendas ficus*. Aut ignavum & mollem videri, aut Maris dominum fieri. De dominio igitur Maris privato non dubitabat. Atq; ibi etiam gulo apud Antiphanem comicum, nec vix conducibile esse, ait, nec ferendum

Τῆς μὲν ἑλατίης ἀνικουίσιδά τινας.

Υμῶν, ἀναλίσκεν τι πολλὰ χρέματ' &c.

Mare quosdam ex vobis peculiare sibi vendicare ac in id pecunia multum impendere; obsonii verò adnavigare nihil, ne gry quidem. Adjice Theocriteum illud de Ptolemæi Philadelphi Ægypti Regis dominio marino æquæ ac Telluris;

¹⁴ Idyl-
lio 17.

Πολλᾶς ἠ̄ κρητὴρ γαίης, πολλᾶς ἠ̄ Θαλάσσης

Multa Telluris est dominus, multi item Maris. Et paulò post,

— Θάλασσα ἠ̄ πᾶσα κ̄ αἶψα

Καὶ ποταμοὶ κελαιδῶντες ἀνάσσειναι Πτολεμαίῳ,

Mare totum (de Lycio, Pamphylia & quod interius est reliquum, loquitur) & Tellus fluvii sonori regno Ptolemæi subiecti sunt. Et Philo Judæus, Non glorien-

glorientur, inquit ¹⁵, principes ob de- ^{15 Lib. de}
 victas multas gentes, aut quod omnia ^{Planta-}
 flumina καὶ τὰ ἄπυρα πλήθι κὶ μεγάλῃ ^{tions Noë.}
 πηλαίῃ περιεκλήσασθε, & maria nume-
 ro & magnitudine diffusissima in suam
 potestatem redegerunt. Dein, tametsi
 in Oratione de Pace velle videtur Iso-
 crates Imperium ac dominatum Ma-
 rinum, quod retinere studebant Athe-
 nienses, malorum eis non paucorum
 esse causam, etiam & interdum ty-
 rannidem ab eis in Civitates Græciæ
 vicinas inde exerceri; id tamen, ut
 quod sub utilis atque inutilis, &, ex ac-
 cidenti, injusti ratione in examen ve-
 niat, disputat; nec omnino ex rei ipsius
 naturâ injustum esse contendit. Im-
 mo alibi Dominatum illum satis lau-
 dat, quanquam non omnia in eo con-
 servando. Et de utraq; civitate & La-
 conicâ & Atticâ disertè Idem ¹⁶, σω- ^{16 In}
 ἔβη, inquit, ἐκατέρω κυρία γίνεσθαι τῶν ^{Panathe-}
 δεχῆς τῆς καὶ Θαλάττης. ἢ ὁπόσοι αὐτῶν ^{naico.}
 καὶ ἄλλων ἐπιηκούς ἔχουσι τὰς πλείους τῶν
 πόλεων, evenit ut utraque civitas maris
 imperio potiretur; quod utri tenuerint;
 urbium plerasque dicto audientes ha-
 bent. Etiam disceptationem legimus ¹⁷
 apud Aristotelem ¹⁷ ἀπὸ τῶν πρὸς τὴν Θα- ^{17 Politic.}
 λάττην ^{lib. 7. c. 6.}

λατῶν κγωνίας, de Maris communiōne; utrum scilicet civitati bene institutz commoda fuerit necne. Utrum conducibilius esset manere illud omnium hominum commune, adeo ut nemini omnino transitus, negotiatio, mercatura, piscatio negaretur; an ita usum ejus coërceri ut in Civitatis dominium, quo Exteri arcerentur, recipiendum esset. Quà hoc utile inutilève fuerit, disputat; non omnino quà injusti ne speciem quidem obtenderit; ex gentium circumquaque positarum moribus de maris non minus ac Telluris proprietate abundè edoctus. Quin discipulus ejus Alexander Macedo, victoria in Oriente potitus, expeditionem moliebatur in Europam ὅπως γῆς τε ἀπείρου καὶ θαλάττης κύβητος γῆσιτο, ut cuncta Telluris ac Maris dominus fieret, quod ait Julianus ¹⁸ Imperator. Et sanè apud Græciæ populos in primis, Maris accolas, atq; ejusmodi in Oriente alios, idem ferè habitum est summum præ cæteris imperium & dominatum obtinere, & Maris dominatu potiri. Neque sine hoc illud assequendum existimabant. Unde consilium illud Themistocleum, quod Cn. Pompeius etiam Romæ

¹⁸ In Oratiōne 3, seu Ensebia encomio.

mæ amplexus est; *Qui* ¹⁹ *Mare teneat* ¹⁹ *Cicero*
eum necesse esse rerum potiri. Et omnino ad Attic.
magna potentia praesidium & quasi pi- *lib. 10.*
gnus est semperque fuit. Maris dominari *epist. 7.*
(sic in Polybiū Isaacus Casaubonus ²⁰); in Themi-
quod Græcis Ἰουλιανὸν καλεῖται dicitur. Pro- *Stocle.*
pterea antiqui Chronicorum apud Gra- ²⁰ *Comm.*
cos scriptores, quum nullum extaret in Polyb.
summum imperium ullius Græci populi *pag. 199-*
amius factis, ante Olympiadum institu-
tionem, doctrina temporum inniteretur,
inter alia tempora quibus ad seriem
temporum designandam sunt usi, istud
non prætermiserunt, sed Populos diligen-
ter recensuerunt, penes quos Imperium
Maris quondam fuisse, & atque omnes
Mutationes, quæ in ea re contigerunt
accuratè in suis Chronologis adnota-
runt. Sed de receptis in Oriente circa
Maris dominium moribus, satis superq;

CAP. XLII.

De Spinæti, Tyrchenis, Carthaginiensibus,
atque in Occidente Maris dominis.

NEC luculenter minus in Occiden-
 tallum Moribus totius, Domi-
 nium, quale diximus, Marimum com-
 peritur. Spinæta; quibus Urbs cogno-
 minis ad Padis ostium, diu Maris superi
 seu Adriatici domini fuerit, Delphos ex
 pro-

proventibus maritimis decimas magnificas Apollini mittere soliti. Ita Strabo

¹ Lib. 5.

² Orig.

Rom.

lib. 1.

& Dionysius Halicarnasseus²; qui item de Tyrrhenis, eos Maris inferi, seu quod Australem Italiæ plagam aluit, fuisse *Θαλατιοκρατόρες* disertè scribunt; id est planè *Maris dominos*.

Et Diodorus Siculus, Tyrrheni, inquit,

³ Bibliot.

lib. 5.

³ πολλὰς χεῖρας θαλατιοκρατήσεως διὰ τὸν *Mare ut Domini obtinenses, à se illud denominarunt*. Postmodum autè Maris ferè totius Mediterranei quod Occidentalius est, Siculi scilicet & Africani,

⁴ Diodo-

rus Sicu-

lus lib. 20

Domini fuere⁴ Carthaginenses, quibus prælio devictis, eodem jure temporis aliquanto potitus est Agathocles Siculorum Rex; à quo deficientibus

Africanis, Dominatus ille citò Carthaginensibus restitutus est. Sub Olympiade cxxviii hæc gesta sunt. Per quadraginta aut circiter annos dein fuere

Domini Maris eique leges dabant Carthaginenses, usque nimirum ad bellum

Punicum primum, quod Olympiadis cxxviii anno ultimo incèpit. Ita Polybius⁵; ἡ θαλάττης ἀγορῆ ἢ Καρχηδονίων ἐπικρατούτων Carthaginensibus

⁵ Hist. lib.

1. & 3.

adde Ap-

rian. Ale-

xandrin.

sub initiis

Belli Pu-

nici

Maris dominium citra controversiam obtinentibus. Et paulò post; habebant

Cartha-

Carthaginienses ἢ καὶ Θάλατταν ἡγεμονίαν ἀδήσειον ἐκ παλαιῶν, *Maris Imperiū sine omni controversia à Majoribus acceptum.* Sed & diu ante Agathoclis tempora idem obtinebant Carthaginienses, quod satis liquet ex fœdere illo inter eos & Romanos omnium primo, sub Consulū initia, seu circa Olympiadem LXXIII ic̄to. Ejus unum est apud Polybium, qui solus illud memorat, caput; *μηδὲ πλεῖν Ῥωμαίων μηδὲ τῶν Ῥωμαίων συμμάχων ἐπιπλεῖν ἢ Καλιῶ ἀκρατηρίσ, ἰδίῳ μὲν ἑκάστου χιμῶνος ἢ πολυμελῶν ἀναγκάσειν.* Ne naviganto Romani Romanorūve Socii ultra Pulchrum promontorium, extra quā si tempestatis aut hostium vi fuerint coacti. Africæ est promontorium illud; adeoque domini erant maris Carthaginienses, ut nec Romanis sociisve eorum ultra illud promontorium navigare vellet esse fas. Id quod ic̄to fœdere justum esse agnovere Romani. In secundo autem illustrium horum in Occidente populorum fœdere cautum insuper est, ne quis Romanorū aut Africam aut Sardiniam appelleret, nisi aut cōmeatus accipiendi gratiā aut naves reficiendi, quod docet itidem Polybius. Maris igitur usus sublatus, aut temperatus. Atque huc spe-

E Etat

- ⁶ *In verb.*
Tyria
Maria.
- ⁷ *De bello*
Gallico
lib. 3. c. 8.
- ⁸ *De Gestis*
Lango-
bardorū
lib. 3.
cap. 33.
quod me-
morat et-
iam Sigo-
nus de
Regno
Italia
lib. 1.
- ctat illud Pompeii Festi ° de Pœnis; Tyra
 oriundi. Pœni adeò potentes. Maris fue-
 runt, ut omnibus mortalibus navigatio
 esset periculosa. Nam Carthaginenses
 Pœnorum primarii fuerunt. Quinetiam
 de Venetis Galliæ Occidentalis, circa
 Ligeris fluvii ostium, populo, rerū Nau-
 ticarum olim præ accolis studioso, Ju-
 lius Cæsar, *In magno, ait* 7, *impetu Maris*
atque aperto, paucis portibus, interjectis,
quos tenent ipsi, omnes ferè qui eodem
Mari, uti consueverunt, habent vectiga-
les. Ob usum vicini Maris, vectigalia
 pendebantur illis, ut dominis. Nec præ-
 tereundum heic quod de Authari Lan-
 gobardorū Rege habet Paulus V Varn-
 fredus 8. Intra Maris undas Rhegiuntæ al-
 luentes columna posita erat. *Vsque ad*
eam (inquit Paulus) *equo sedens accessit*
Autharis, eamq; de hasta sua cuspide re-
xitgit dicens, Vsque hîc erunt Longobar-
dorum fines. De Populo autem Roma-
 no, omnium illustrissimo morum juris-
 que exemplo, proxime agendum.

CAP. XIV.

Populi Romani, & qui in Orientali imperio
 mores eorū sunt secuti, Dominium Marinum.

P Aribus utrique, Carthaginenses &
 Romani, viribus votisque imperium
 Orbis

Orbis agitabant ante bellum Punicum primum; nisi quod ex dominio illo Maris tot annos obtento potentiores illi viderentur. Tunc autem navium CLX classis intra sexagesimum diem, quàm cesa fuerat sylva, in anchoris stantis armisque instructæ C. Duillius Imperator Carthaginem ferè in ipso mari delevit, atq; in Romanorū potestatem hoc prorsus redegit. *Et pudebat (quod ait Florus ¹) nobilem populum, ablato Mari, ¹ Lib. 2. raptis Insulis, dare tributa quæ jubere cap. 6. consueverat.* Ita, ex utroque dominio hujusmodi Carthaginensibus, acquirebant jure Belli ac Victoriæ Romani. Tanto Imperatori & tam perpetuo, hoc nomine, honore habito, ut revertenti semper à cænâ tibicines canerent & funale præferretur. Quin & Phœnicii & Cilicium Maris dominabantur Romani, quod ex Fœdere ab Antiocho Syriæ Rege cum eis inito manifestum fit. In eo cautum est ad hunc modum: *Tradito Antiochis naves longas armamentaq; earum, neve plures quàm X naves actuarias (nulla quarum plus quàm xxx remis agatur) habeto, neve Monerem ex belli causa, quod ipse illaturus erit. Neve navigato extra Calycadnum neve Sarpedonem*

promontoria; extrâ quàm si qua navu pecuniam, stipēdium, aut legatos, aut ob-

² Decad. *sides portabit. Sic Livius². Sed apud Poly-*
4. lib. 8. *lybium³ legitur, nullam habeto xxx re-*

³ *mis ad lam navem. Annibal item in ora-*
tionē ad Scipionem habitâ; Non recusa-
cap. 35. *mus, inquit⁴, quin omnia propter quæ*

⁴ Liv. *bellū inistum est vestra sint, Sicilia, Sar-*
lib. 30. *dinia, Hispania, quicquid Insularum*

toto inter Africam Italiâq; continetur

marī. Carthaginenses inclusi Africa li-

toribus, vos (quando ita Diis placuit) ex-

terna etiam Terra Mariq; videamus re-

gentes imperia. Et paulò post pace initâ,

quingentæ Carthaginensium naves quæ

remis agerentur, ab eis sublatae sunt &

incensæ. Ne scilicet Mari, quod jam ali-

eni esset domini, uterentur. Postea et-

iam castigatus est Senat⁵ Carthaginien-

⁵ Epit. *sium⁵ quod, contra fœdus, exercitum &*
Liv. lib. *navales materias haberent; Et Placuit,*

48. & 49. *quod extra fines exercitū duxissent, &c.*

bellum eis indici. Et disertè Plinius de

Cn. Pompeio; Oram maritimam, in-

⁶ Nat. hi- *quit⁶, à Prædonibus liberavit & Impe-*
stor. lib. 7. *rium Populo Romano restituit. Quin,*
cap. 26. *de latissimo Populi Romani dominio*

Marino, Dionysius Halicarnassæus; πα-

⁷ Orig. *αυς, inquit⁷, πρὸς τὴν Θαλάσσης, ἔργοι τῆς*
Rom. l. 1. *κατὰ τὴν*

Ἰντὸς Ἡρακλείων σηλῶν, ἀλλὰ κ' ἡ Ὀκείαν
 ἔχει, ὅση πλεῖον μὴ ἀδυνάτος ἐστίν, Ὑπὲρ
 ἡς *Maris domina est* (Roma) non so-
 lum illius quod intra Herculis columnas
 habetur, verum & ipsius Oceani qui-
 cumq; est navigabilis. Hyperbole quidē
 est. Sed amplissimi domini Marini in-
 terea testimonium luculentum. Uti &
 illud Appiani Alexandrini⁸, *Maris Me-*
diterranei totius tenent (Romani) do-
minium. Ejusmodi sunt alia. Neq; sanē
 admittendum est illud viri præstantissi-
 mi qui de Exemplis ejusmodi, hæc, in-
 quit⁹, *non docent occupationem Maris*
sive juris navigandi, Possunt enim ut
Singuli, ita & Populi pactis non tan-
tum de Jure quod propriè sibi competit
sed & de eo quod cum omnibus homini-
bus commune habent, in gratiam ejus
cujus id interest discedere. Et ad Ulpia-
 num se refert qui ex bonâ stipulationis
 fide, non ex servitute Mari imponendâ
 pendere vult illam piscationis in Mari
 Thynnarię¹⁰ cessationē, de qua infra¹¹.
 Certè ejusmodi, cujus quidem author
 est Ulpianus, distinctione idem dici po-
 test de omnimodo (quod vocamus) sive
 dominio sive servitute. Privatim uti frui,
 alios jure impedire, arcere, si dominiū

⁸ In præ-
fatione.

⁹ Hugo
Grotius
de Jure
Belli &
Pacis lib.
2. cap. 3.

¹⁰ 150

¹⁰ L. 130
ff. tit. 6.

munia

Prædio-

rum.

¹¹ Cap.

proximo-

non est, nihil est. Quin Cassandra, apud Lycophronē, dominium eiusmodi Populo Rom. fore prædixit, ubi ei tribuit

Γῆς κὲ θάλασσης σκῆπτρα ἔμναρχίας,
Telluris & Maris sceptra & Monar-

chiam. Huc spectant tum quæ habemus suprâ de Cn. Pompeii imperio à P. Romano delegato, tum quæ obiter occurrunt apud Scriptores de Romanorū dominio marino alia. De Augusto Cæsare

¹² In Augusto. cap. 49.

Suetonius ¹²; *Classem Misseni, & alteram Ravenna ad tutelam Superi & Inferi maris collocavit.* Aristides autem dominium hoc Romanis, non (quemadmodum olim Atheniensibus) certis

¹³ In Roma Eucomio.

finibus definitum esse ait ¹³, sed ut cingulum eorum imperio circumfundi. Et Themistius de Imperatore Theodosio

¹⁴ Orat. 5

seniore, τί φράσεις αὐτῷ, inquit ¹⁴, *ὅτι τῆς πᾶσης σχεδὸν βασιλεύοντος γῆς κὲ θάλαττης;* *Quid de eo diceret qui Imperator seu Rex est ferè uniuersa Telluris ac Maris.*

Procopius item de Imperatoris Romani figurâ urbem Ierû tenente loquutus,

¹⁵ De Aedificiis Iustiniani, cap. de Augusto.

cælatoris mentem fuisse ait ¹⁵, *ὅτι γῆν αὐτῷ κὲ θάλασσαν διδύλω) πᾶσαν, uniuersam Tellurem ipsi aquæ ac Mare de-*

seruire. Tantundem fermè Nicephorus Callistus in præfatione ad historiam Ec-

clesiasti-

eleſtaſticam. Et Julius Firmicus de iis
quorum in thematis Genethliacis luna
creſcens triceſimam Tauri partem oc-
cupaverit, proſpera Jovis radiatione ac-
cedente; *Maris*, inquit ¹⁶, *Et Tente do-*

minis poſſidentes, quocumque feliciter
exercitum ducena. Oppianus ad Anto-
nium Imperatorem ¹⁷:

Σοῖς μὲν ῥ' ἄνω σήπτεροις Θάλασσα
Εἰλῆς) καὶ Φύλα Ποσειδάωνος ἐραύλων.

Tuis enim sub sceptris seu legibus. Mare
volvitur. Et piscium turba per Mare dis-
posita. Et Venus ad Jovem ¹⁸ *de futuro*
Romanorum imperio;

Certe hinc Romanos, olim volventibus
annis,

Hinc fore duces, renovato sanguine
Tenaci;

Qui Mare quæ Terrarumque ditione re-
nerent;

Pollicitus: quæ te, genitor, sententia
vertit?

Unde idem Poëta alibi ¹⁹ *de Augusto*
Cæsare;

An Deum inenſuratas Maris, ac sum-
ma Naves, obſtantia non,

Numina ſola colant, tibi ſerviat. ulci-
ma Thylo; (undia

Tæq, ſibi generata Thylo, emas omnibus
E 4 Et

¹⁶ Ma-
rines t.6
cap. 4.

¹⁷ Ha-
lienic-
lib. 3.

¹⁸ Virgil.
Aeneid. 1.

¹⁹ Georg.
lib. 1.

non est, nihil est. Quin Cassandra, apud
 LYCOPHRONĒ, dominium ejusmodi Po-
 pulo Rom. fore prœdixit, ubi ei tribuit

Γῆς κὶ Θαλάσσης αὐτῆς ἑξ ἡμετέρας,
 Telluris & Maris scilicet & Memor-
 ciam. Huc spectant etiam quæ habemus
 supra de Cn. Pompeii imperio à P. Ro-
 mano delegato, etiam quæ obiter occur-
 runt apud Scriptores de Romanorū do-
 minio marino alia. De Augusto Cæsare

¹² In An-
 tu. 49.

Suetonius ¹²; *Classem Misseni, & alte-
 ram Ravenna ad tutelam Superi & In-
 feri maris collocavit.* Aristides autem
 dominium hoc Romanis, non (quem-
 admodum olim Atheniensibus) certis

¹³ In Ro-
 ma En-
 comio.

finibus definitum esse ait ¹³, sed ut cū-
 gulum eorum imperio circumfundi. Et
 Themistius de Imperatore Theodosio

¹⁴ Orat. 5

seniore, π' φαίης αὐτῷ, inquit ¹⁴, *Ἐὶ δὲ
 πάσης γῆς καὶ θαλάσσης*
*Quid de eo disceres qui Imperator seu Rex
 est ferè uniuersa Telluris ac Maris.*

¹⁵ De Ao-
 dfficiis
 Iustinia-
 ni, cap. de
 Augu-
 stao.

Procopius item de Imperatoris Roma-
 ni figurâ urbem Ierûâ tenente loquutus,
 cælatoris mentem fuisse ait ¹⁵, *ὅτι γῆ τε
 αὐτῆς καὶ θαλάσσης δεδύλωσεν* πᾶσαι, uni-
 uersam Tellurem ipsi aequè ac Mare de-
 seruire. Tantundem fermè Nicephorus
 Callistus in præfatione ad historiam Ec-
 clesiasti-

Clefiasticam. Et Julius Firmicus de iis
quorum in thematis Genethliacis luna
crescens tricesimam Tauri partem oc-
cupaverit, prospera Jovis radiatione ac-
cedente; *Maris*, inquit ¹⁶, *Terre do-*

minia possidentes, quocumque feliciter
exercitum ducena. Oppianus ad Anto-
ninum Imperatorem ¹⁷:

Σοῖς μὲν ῥ' ἀπὸ σήμερον Θάλασσα
Εἰλῆς) καὶ Φύλα Ποσειδάωνος ἐφάλην.

Tuis enim sub sceptris seu legibus Mare
voluit ut et piscium turba per Mare dis-
posita. Et *Venas ad Jovem* ¹⁸ de futuro

Romanorum impenio;

Certè hinc Romanos, olim volventibus
annis,

Hinc fora duces, renovato sanguine

Teatri,

Qui Mare qui Terras omni ditione te-

nerent;

Pollicitus: quæ te, gemitus, sententia

vertit;

Unde idem Poëta alibi ¹⁹ de Augusto

Cæsare;

An Depræhensis venias Maris, ne san-

ctæ Nave

Numina sola colans, tibi serviat ulci-

ma Thyle, (undic)

Tæq; sibi generata Tethys emat omnibus

¹⁹ Pra- Et de Scipione Africano Claudianus ¹⁹;
fat. in lib. Ergo seu patris primævus Manibus
3. de lau- ultar. (num,
dibus Sti- Subderet Hispanum legibus Ocea-
liconis.

Seu quid aliud castris faceret, hærebat
lateri ejus semper Ennius. Johanni item
²⁰ Eu- Episcopo Euchaitensi ²⁰, in Jambicis,
chait. Constantinus Monomachus Impera-
pag. 51. tor quidem Orientis, sed ex Occiden-
talis Imperii moribus nuncupatur

Γῆ καὶ Θαλάσσης Κύριος καὶ δεσπότης.
Telluris & Maris dominus.

²¹ Concil. Uti etiam Leo Augustus à Varadato ²¹
Chalced. Terra Marisque dominus. Unde in Im-
part. 5. perio Constantinopolitano, Occiden-
tom. 2. talis mores sequuto, ipsum Pelagus Æ-
part. 1. gæum inter Themata seu Provincias,
edit. Bi- non aliter ac Samus, Cyprus, aliæve in-
niana sulæ seu territoria qualiacunque recen-
1618. situm est. Id liquet ex Thematibus Con-

²² Lib. 1. stantioi Porphyrogeneti ²², ubi etiam
them. 17. Hellepontus expressim Ægæi Maris
præfecto adscribitur cum territoriis cir-
cumjacentibus. Atque ingens sanè pro-
ventus erat fiscalis ex hoc Mari, piscatio-
nis tantum nomine. Decem interdum au-
reorum millia, interdum duodecim ex
ea annuatim conflabantur. Discimus ex
decreto quo Andronicus Palæologus
imperii

Imperii insignia retinens, sed in thalassinis Palatii otiosus, in victum sui & affectuarium annum habuit *αὐτοῦ δὲ ἐπιπέπκῃς ἢ αὐτὸς Ἐβουζαοῦ τὴν πάλαιον δὲ ἔτι διαδίδω πέντε ἑξήκοντα ἔτασ*, proventuum *Piscationis ante Byzantium pendit solitum usque ad decem tunc aureorum millia*, quod ait Nicephorus Gregoras ²³. Idem nonnullis *Topicaticum* ²⁴, *Topicum*, *Piscinica* etiam nominatur & *Topice*. Quin in Notitia Dignitatum Orientis, sub Proconsule Asiæ, Trisæ tantum recensentur ad hunc modum Provinciarum.

Sub dispositione Viri spectabilis Proconsulis Asia, Provincia infra scriptæ.

Asia;

Insula;

Hellepontus.

Etiam *Officium Hellepontis consularis* in rescripto Honorii & Theodosii ²⁵ Augustorum memoratur, ubi è vicarii Asiæ potestate in Proconsulis Asiæ (qui tunc temporis Simplicius erat) transfertur. Alibi etiã in Justiniani Novellis occurrit Hellepontus ²⁶ cum Ponto Polemoniaco, provinciarum seu præfecturarum nomine, conjunctus. Scio quidẽ non tam profreto illo Asiã & Europã interluente

²³ Lib. 9.

²⁴ Vide I.

Cantacuzenum

hist. lib. 2

cap. 1. &

lib. 4. cap.

42. præter

Ioh.

Mem-

sum in

Glossario,

verbo

τοπιχῶν

& Iul.

Cæs. Buffling.

de

Imperio

Romano

lib. 9.

cap. 72.

²⁵ L. unica

C. de Offi-

cio Comi-

ti Sacri

patrimo-

ni.

²⁶ No-

vell. 20.

in præfa-

zione.

E s Hel-

Hellespontum à viris doctis heic capi
quàm pro regione Asiæ maritimâ. Sic

27 *In No-
tit. orient.
cap. 102.*

Guidus Pancirollus²⁷, etiam ad Noti-
tiam; *Hoc in loco, inquit, regio Asia ad
Hellesponti oram sita significatur.* Certè

28 *Vide
Ortelium
in The-
sauro
Geogr.
verb. Hel-
lespont.*

fatis rarò, puto; occurrit alibi Helle-
sponti nominis usus pro regione aliqua

²⁸ Asiæ, sed potiùs Hellepontia. At verò

si in Notitia non ipsum fretum sed regio

eognominis designaretur, quam obrem

hæc tantùm regio sigillatim cum Asia,

cujus & ipsa pars aliquantula ita esset,

nominatur? Si pro freto ipso accipias, res

manifesta & sibi optimè constans vide-

tur. Per amplam Proconsulis Asiæ pro-

vinciam Asiâ ipsâ, Freto alluente, & In-

sulis denotari, rationi perquam conso-

num est; Non ita, Asiâ ipsâ & insulis, ad-

jectâ insuper nescio quâ regiunculâ satis

obscurâ quæ & ipsius Asiæ pars. Et se-

29 *Lib. 1.
Them. 17.*

quentis æv usus vetustiore heic ad-

ministrationem interpretari videtur.

Ipsum Ægæum pelagus (quod vicinum

totum fere hoc mare continet) inter

Themata, præfecturas seu provincias

Orientis expressim à Constantino, quæ

jam memoravimus, Porphyrogeneto

numeratur. Verba ejus sunt²⁹: Τὸ ὅτι κα-

λέωμεν Αἰγαῖον πέρασθαι καὶ αὐτὸ χρημα-

τίζον

πίζοι εἰς θέρμα, &c. *Ægeum vero pelagus.*
etiam ipsum inter Theiata velati, &c.
 Et paulo post etiam de Insulis; Προσα-
 κείω) τῶν πρώτων τῶν Αἰγαίῳ πηλάγῳ αἱ
 τε Κόκκλαδες νῆσοι καὶ Ἰσθμῶν, καὶ τῶν Σπορά-
 δων αἱ ἐσθίχουσι ἢ τε Μυπλῶν, καὶ Χίῳ, καὶ
 αὐτῇ ἢ Αἴμῳ. *Ad Ægai autem maris*
præfecturam pertinet insula Cyclades
dicitur, & ex Sporadibus quæ reliquas ex-
collunt, Mytilene, & Chios, & ipsa Lem-
nos. Adeo ut heic Insulæ & Mare ipsum
velut singulares præfecturæ partes seu
provinciæ, non aliter ac aliæ qualescunq;
regiones continerentur. Quin ex No-
titia Orientis observandum est, in Pro-
consulis Asiæ insignibus, quæ codicillis,
quibus is præficietur, principalibus
depingi solebant, Trium contineri (pre-
tèr principū vultus seu Genios ac Man-
datorum librum) Mulierum imagines,
etq; diadematis turritis pariter cinctas.
admodū quem oculis mox subjicimus,
itā provincias illas tres, scilicet Asiam,
Insulas, & Hellespontum simul referen-
tes, suorumq; nominum adjectione si-
gillatim ita insignitas, ut postremā pri-
mæ partem seu regionem fuisse non sit
omnino cur admittamus. Quin & Pan-
cirolli, qui non solū edicis Alciati (unde
figuram.

figuram accepimus) verum etiam manuscriptoris Fulvii Ursini aliorumque Notitiæ codicibus iustus est imaginum illarum descriptionem subiungere visum est. *Infra librum Mandatorum habet hic Proconsul (ita Pancirollus) imagines trium mulierum, quæ provincias ipsi commissas referunt, scilicet Asiam, Insulas & Hellespontum, ut nomina ipsarum scripta indicant. Hæ insignes quoddam regium in capite, (diadema quælibet turratum, in libris editis) & vasa aureis plena manibus gerunt, quæ exactiorem tributorum tribus illis regionibus faciendam, ad Proconsulem pertinere significabant. Longis aureisque tunicis indute sunt. In Manuscriptis albas aut caruleas habent. Asia calcæis caruleoque pallio utitur. Alia calcæis carulis, Quæ insulas refert, purpureum pallium, quæ Hellespontum, viride gestat. Sed in codice Ursini, omnes rubris calcæis, alia calcæata habitum non differunt. In Madruciano longis vestibus demissis, quæ pedes ostendunt. Hactenus ille, sed verò est simile veri regiunculam, alia Asiæ in Insignibus hisce pari cum, quæ fuit Asiæ ipsius maiestati, cum & hec illam etiam, non aliter, ac totum minutiam, complexa*



ASIA

INSVLAE

HELIESPONTVS



complexa fuisset, depingi. Turrita singularum diademata, statura æqualis, majestas & opulencia nullo modo dissimilis talem parilitatem indicare videntur ut earum nulla in hac designationis formulâ, alterius pars videatur quidem censenda. Adeoq; ut nec Hellespontus sit ibi aliud ac ipsum Mare seu fretum interluens; quo ita Asiæ proconsulatui cum insulis, non dispari dominii ratione, conjuncto, Asiæ & Europæ provinciæ fiebant civiliter sive continuæ seu contiguæ. Qualis provinciarum distinctio ubi non erat, etiam cum Cōtinentē insulæ præjacentes ipsumque Mare unicum provinciæ corpus faciebant. Atque hinc evenit ut Insulæ Italiæ 2^o pars Italiæ essent; uti etiam cujusq; Provinciæ; & quæ modico freto, ut Sicilia, Italiâ dividerentur, eæ magis inter continentes provincias 3^o essent censendæ. Interjacentia maria non obstabant quo minus ex continente ac insulis unum & continuatū territorium efficeretur. Idq; auctore Ulpiano, qui Mare tamen omnium hominum commune esse dicere amat. Sed eâ de re infra in Responsis ad Objecta. Etiam idem alibi Ulpianus 3^o; *Si quis me prohibet in Mari piscari, vel*

29 L. 9. ff. tit. de Iudiciis, de qua vide I. Grypiand.

tract. de Insulis cap. 15.

30 L. 99. ff. de verb. Signif.

31 L. 13. §. si quis. ff. tit. de viis vicinis.

erjerrj-

everrisulum (quod Græcè *Carym* dicitur) ducere, an injuriarum iudicio pos-
 sim enim convenire? Sunt qui putent in-
 juriarum me posse agere, & ita Pompei-
 nius, & plerique, esse huic similem eum
 qui in publicum lavare vel in cavea
 publica sedere, vel in quo alio loco agere,
 sedere, conversari non patiatur, aut si
 quis re mea uti non permittat. Condu-
 ctori autem veteres interdictum deder-
 runt, si forte publicè hoc conduxit. Nam
 vis ei prohibenda est, quo minus con-
 ditione sua fruatur. Inter publica igitur,
 id est quæ sunt Populi ³² Romani ^{32 L. 15.}
 propria & privata, non omnium homi- ^{ff. de V. S.}
 num communia, aliter ac balnea pu-
 blica, caveæ, id genus cetera, censeba-
 tur Mare quod à Populo occupatum
 est. Et quid est heic publicè conducere,
 nisi Maris, quæ ejus Dominus erat ac
 locator Populus, conductorem fieri?
 Neque locari aut conduci quid posse,
 quod non ita unius sit ut alterius non
 sit, quoniam affirmare opinor: Quo-
 niam vero loca publica privatorum, ex
 jure Civitatis, usibus deserviunt ³³, ^{33 L. 2.}
 id est de injuriarum agi potuisse heic ^{ff. Ne}
 censuit Pompeius cum aliis. Edictum ^{quid in}
 insuper Prætoris erat, *Nequid in loco pu-
 blico* ^{loco. §. 2.}

blico facias in ve locum immittas qua ex
 re quid illi damni detur. Ad hoc Ulpia-
 nus, ad versus eum, inquit ³⁴, qui molem
 in Mare projecit interdictum utile com-
 petis ei cui forte hac res nocitura sit. Si
 autem nemo damnum sensit, tuendus
 est is qui in litore adificat, vel molem in
 mare jactat. Si quis in mari piscari aut
 navigare prohibeatur, non habebit in-
 terdictum; quemadmodum nec is qui in
 campo publico ludere, vel in publico ba-
 lineo lavare, aut theatro spectare arcea-
 tur. Sed omnibus his casibus injuriarum
 actione utendum est. Interdicto igitur
 prohibitorio utendum erat, ubi moles
 in mare jactæ non aliter ac ubi damnum
 loep cujcuq; publico, theatro, balneo,
 circo, foro illatum. Hisce, quæ planè po-
 puli Romani, non communia omnium
 hominum fuere, equiparatur omnimo-
 dò Mare, etiam ab ipso Ulpiano. Quin
 litorum & Maris ³⁵ apud eos, qui de Ma-
 ris communione loquuntur, eadem est
 ratio. Neq; nonnullis, seorsum de iis agen-
 tibus ³⁶, minus communia dicuntur, ut
 Neratio, Ulpiano. At verò Celsus; Lito-
 ra, inquit ³⁷, in qua Populus Romanus
 imperium habet, populi Romani esse ar-
 bitror. Quod verò ibi sequitur, Maris
 commu-

24 Loc.

citat. §. 8.

§. 9.

34 Instit.

de Rer.

Divis. §.

litorum.

Marcia-

nus l. 2. ff.

de Divis.

rer.

³⁶ L. 15.

ff. de ac-

quir. rer.

dom. l. 13.

ff. de In-

juris. §. 7

³⁷ L. 2. ff.

Ne quid

in loco

publico.

*communem usum omnibus ut aëris, quæ
Etasq; in id pilas ejus esse qui jecovit, aper-
te temperatur atq; intra rationē domi-
nii Populi Romani manifestò coercetur
verbis statim subjunctis; Sed id cōceden-
dum non esse, (ita ibi Celsus) si deterior
litora Marisve usus eo modo futurus sit.*

Certè si de omnium hominū commu-
nitione verba fierent priora, qualis nem-
pe privatum dominium aut jus alterius
non omnino permetteret, quidnā est id,
usum fore deteriorem? Nam si ita occupa-
tis fieret locus, ut id quod nullius an-
tea in bonis fuerat, nec alterius domini
seu juris ratio heic haberetur, non lici-
tum minùs ei esset qui occuparet, usum
facere aliis deteriorem in sui commo-
dum, quàm ei qui agrum nondū, occu-
patum infederit. Ita igitur voluit Celsus
esse litora & Mare Populi Romani, ut
eorum, privatorum hominū omnium
utibus deservientiam (idq; ut dictū est,
ex ipsa Civitatis jure & secundum tem-
peramenta ex Prætorū edictis aliisque id
genus adjecta) conditio in fraudē Rei-
publicæ deterior, sine injuriâ fieri ne-
quidet. Ad eam mentē Scævola ³³ In li-
tore jure Gerium edificari, nisi usus pu-
blicus impediret. Et Aristoteles ³⁴, quod manum oc-
cupatum

³⁸ L. 4. ff.

Ne quid
in loco
publico.

³⁹ L. 10.
de Rer.

Divisio-
ne.

cupatum est sit publicum. Transit in Populi Romani patrimonium. Nam sic *Publicum* donatur; quod *δημόσιον* seu *quod populi est*, non omnium hominum pariter commune, nuncupant Jurisconsulti Græci, quibus etiam ipsa *Mare*
 4^o *Glossæ* 4^o eo sensu publicum appellatur. Id ge-
vet. Iuris nus sunt alia. Unde manifestum sit tam
verb. Δη- ex Jurisconsultorū pronuntiatis, quam
μῦσιον. Fœderum, Historicorum, Oratorum,
 Poëtarum scriptis, Maris apud Roma-
 nos, quemadmodum Telluris, domi-
 nium esse receptum.

C A P. XV.

Privatorum hominum in Imperio Romano *dominium Marinum*, cum Imperatoriâ in Oriente sanctione, quâ, abrogatâ prorsus *Maris communiōne*, quâ à *nomiellix* obtende-
 : *batur, perpetuâ*, idque ut re injustâ, *etiam*
 Privatorum in eo *dominium*
stabilitur.

Quæ Capite superiore, de dominio Maris, traduntur, ad populi Romani seu universitatis dominium, id est patrimonium publicum (in quo non minus ac in singulorum hominum dominium privatum cernitur) accedunt. Sunt verò de singulorum etiam hominum dominio Marino in Romanorum moribus,

ribus, testimonia satis ampla. Hominum scilicet singulorum, quibus aut Princeps Maris sui partem aliquam ex Civili Romanorum Jure: usque permiserit, locaverit, concesserit. Immissum in prædia Mare, suum, in piscinas latè diffusas, faciebant lautiores nec minus illius ac prædii adjacentis domini habebantur. Varro ¹; cum Piscinarum genera sint duo, dulcium & salsum; alterum apud Plebem & sine fructu, ubi lymphæ aquam piscinis nostris villaticis ministrant; illa autem maritima piscina Nobilium, quibus Neptunus ut aquam sic & Piscos ministrat, magis ad oculos quàm ad vesicam, & potius marsupium domini exinaniant quàm implent. Neque erat hoc aliud quàm Maris, quatenus immissum est aut inclusum, fieri dominos. Et refert Columella (qui sub Claudio vixit) seculis verstioribus Romanos piscinis tantummodò Mediterraneis plerunque usos esse, easque maximis seminibus repleffe. Mox, subjicit ille, ² istam curam sequens atas abolevit & lautitia locupletum Maria ipsa Neptunumque clauserunt. Atque ejusmodi sive vivaria sive clausa Maria, veluti prædia, lacus,

¹ De Re Rustica
l. 3. c. 17.

² De Re Rustica
l. 8. c. 16.
& 17.

lacus, Vineæ, reditus villarum maritimarum annuos augebant. Idem Columella, *Sed quoniam*, inquit, *sic mores obcalluere, ut non hac usitata* (de virgariis istis Marinis loquitur) *verum ut maxime laudabilia & honesta iudicarentur, nos quoque ne videamur tot iam seculorum feri castigatores, hunc etiam quaestum villaticum patrisfamilias demonstrabimus. Qui sive insulas sive maritimos agros mercatus, propter exilitatem soli qua plerumque litori vicina est, fructus terra percipere non poterit, ex Mari reditum constituat.* Villaticus igitur colono ex Mari quaestus erat, uti ex agris. Nec horum magis ac illius dominus habebatur. Usitatum hoc domini marini jus memorat etiam D. Ambrosius³. *Pro singulari (sic ille) libidine inciditur terra, mare infunditur, ut insulas faciant, ut possideant freta. Spatia maris sibi vendicant jure mancipii; patrisfamilias jura, sicut vernaculorum, conditione sibi servitii subjecta commemorant. Iste, inquit, sinus maris meus; ille alterius. Dividunt elementa sibi potentes. Exempla sunt in lautissimi Luculli piscinis. Is, perfosso sub Neapoli monte, mare claudit, & dominus erat cursuum mari-*

³ Hexæmer. lib. cap. 5. 10. & lib. de Nabuthe cap. 3.

marinorum, quos *τρυχὺς Θαλάσσης* & *ἰχθυοτρόφος Ἀγρονομία* cursum *Mariae* & piscibus alendis *curricula* vocat Plutarchus⁴. Quin Lucillum ob injectas moles ⁴ *In L. mari* & receptum suffossis montibus in *cullo*. terras mare, haud infacetè (quod scribit Paterculus⁵) Magnus Pompeius Xerxem ⁵ *Histor. lib. 2.* rogatum vocare assueverat. Et Plinius⁶, ⁶ *Nat. Hist. l. 9. c. 54.* Lucullus, inquit, exciso etiam monte juxta Neapolim majore impendio quàm villam aedificaverat, Euripum & Maria admisit. Qua de causa Magnus Pompeius Xerxem rogatum eum appellabat. Id quod, apud Plutarchum, Tuberoni Stoico attribuitur. Notissimum est illud de Xerxe⁷,

Hoc terra fiet; hac Mare, dixit, est.
 Cùm Athos mari erat circummeundus;
 Et Caius Sergius Orata, ne gulam Neptuni arbitrio subjectam haberet, pecuniaria sibi (inquit Valerius⁸) Maria ex- ⁸ *Lib. 9. cap. 30.* cogitavit, aestuariis intercipiendo fluitus, pisciumque diversos greges separatos molibus includendo; ut nulla iam salva tempestas incidere, qua non Orata mensa varietate ferculorum abundarent. Ejusmodi jure in litore Formiano usus est Apollinaris ille, de cujus piscinâ ⁹ *Lib. 10. Si epig. 30.* Martialis⁹,

Si quando Nereus sentit Æoli regnum;
Ridet procellas tuta de suo Mensa.
Piscina Rhombum pascit, & Lupos
vernas.

Quicquid ampliora maris spatia opsoniorum habent, id præstò exhibet piscina Apollinaris; id est Mare ex litore immissum & occupatum.

Contracta pisces Æquora sentiunt,
Inactis in altum molibus;

10 Lib. 3.
od. 1. &
24.

Ait Horatius ¹⁰. qui & alibi,
Camentis lices occupes. (cum:
Tyrrhenum omne tuis & Mare Ponti-

11 In Con-
jurat. Ca-
tilina.

Et Sallustius; *Quid* ¹¹ *ea memorem, qua-*
nisi iis qui videre, nemini credibilia
sunt; à privatis compluribus sabuerfos
mones, Maria constructa esse? Huius-

12 Varro
de Re Ru-
stica lib.
3. cap. 3.

modi fuere Piscinæ, mari immisso con-
 fectæ ¹² Philippo, Hortensio, aliis. Imò
 & inter indulta Principum, Maris impe-
 rium dominiumq; interdum erat con-
 cessum. Tarso urbi concessit Trajanus
 Augustus, præter territorium circum-
 jacentium agrorum, leges, Honorem,
 εξουσία & πλοῦτος, & θαλάσσης & καὶ ἀν-
 τὴν, *Itas, potestatem, ac dominium flu-*
vii (scilicet Cydni) & Maris adjacen-
tis. quod legitur apud Dionem ¹³ Chry-
 sostomum. Atque ad hujusmodi origi-

13 Orat.
24.

nem

nem spectasse πὶ τ. πόλιος Μαλακίαι.
 iura urbis maritima, quæ contextu
 Metropolitanum Neocæsariensem te-
 statur Theodorus Balsamon ¹⁴, veri est. *In Con-*
 simile, etiam ἡ κατάστασις διήκει. Iura Ma- *cil. Chal-*
 ritima quæ concessit Emmanuel Com- *cedon.*
 nenus Imperator Cænobitis quamplu- *can. 4. &*
 rimis, eodem authore. Neque de sin- *in can. 12*
 gulorum hominum dominio Marino *Synod. 7.*
 silent Jurisconsulti veteres Diserte Pan-
 lus, isque celeberrimus, sanè s. *Muris*
 inquit ¹⁵, proprium ius ad aliquem per- ¹⁵ L. 14.
 tineas, uti possidatis interdictionem si com- *ff. de In-*
 petit, s. prohibeatur iura suam exercere. *juris.*

Quoniam ad privatam iam causam per-
 tinet, non ad publicam hęc res. Ut pote-
 riam de iure fruendo agatur, quod ex pri-
 vata causa contingat, non ex publica. Ad
 privatas enim causas veterum modata in-
 terdicta sunt, non ad publicas. Apertius
 nil dici potest. Privatum etiam singulo-
 rum hominum citra controversiam ad-
 mittit in Marii dominium. Etiam & mo-
 rem ita obtinisse ac fuisse receptum
 agnoscit satis Ulpianus, cuius tamē ani-
 mo toties obvolitabat id de perpetua
 Maris communiōe. Si quem (ita ille ¹⁶) ¹⁶ L. 13.
 ante ades meas, vel ante pratorium meū, *ff. de In-*
 piscari prohibeam, quid dicendum est? *juris. 5. 7.*

Me

Me injuriarum iudicio teneri, annon? Et quidem mare commune omnium est, & litora, sicut aer. Et est sapissimè rescriptū non posse quem piscari prohiberi. Sed nec aucupari, nisi quod ingredi quis agrum alienum prohiberi potest. Vsurpatum tamen & hoc est, tamen si nullo jure, ut quis prohiberi possit ante ades meas vel pratium teneum piscari. Quare si quis prohibeatur, adhuc injuriarum agi potest. In morē receptum agnoscit & usurpari, servitutem ita in Mari constitui, adeoque dominium ejus privatum admitti. Quod tamen ne à Maris ita sibi dilectā communione recedat, nullo jure factum ausus est pronunciare. Sed verò & ipse alibi¹⁷, Venditor, inquit, fundi Germaniani fundo Botroiano, quam retinebat, legem dederat ne contra eum piscatio thynnaria exerceretur, quamvis Mari, quod natura omnibus patet, servitus imponi privata lege non potest; quia tamen bona fides contractus legem servari venditionis exposcit, persona possidentium aut in jus eorum succedentium per stipulationis vel venditionis legē obligantur. Renunciat heic juri suo piscandi Botroiani agri dominus. Etiam & dixerat Ulpianus servitutē adjacenti Mari impositam

17 L. 13.
 ff. Com-
 munia
 pradiorū.

fitam (quæ res est ipsa) nisi adeò tenax fuisset ipse perpetuæ illius communio- nis marinæ. Immo eousque præjacen- tis Botroiano maris dominus est Gero- niani emptor, ut, ex hac servitute re- verâ territorio marino constitutâ, pi- scatio thynnaria jure postmodum, ejus injussu, à Botrojani possessore exerceri nequeat. Unde appositè Stephanus For- catulus, Tholosæ olim legis Cæsareæ professor, *Nil vetat*, inquit ¹⁸, *Mare, In Cu- omnibus commune, lege publica fieri pidine- Principis eo dominio quo finitimum re- Jurispe- gnium tenet, cum & lege privata fere rito, cap. idem eveniat. Per legem privatam, il- 9. §. 3.* lam de fundi Geroniani emptore in- nuit; ut ipse ibi disertè. Ceterum ita invaluit in Orientalis Imperii Juriscon- sultorum sententiis Ulpiani illa de per- petuâ Maris communione, ut nullo ju- re præjacens mare occupari, aut pisca- tio cujuscunque à prædii, quod allue- bat, domino prohiberi apud illos pos- set. Etiam impeditus, injuriarum age- re. Quod satis liquet non solum ex Ba- silicis ¹⁹ (quæ corpus erant antequam mutilarentur, Juris Græcanici seu Im- perii Orientalis) verum etiam ex Leo- nis Augusti sanctionibus, quibus abolitâ

F pror-

prorsus illâ, quæ inoleverat, de Maris
 communione sententiâ ut æquitati mi-
 nimè consonâ, recepta est vetusta illa
 atque aliorum Jurisconsultorum illu-
 strium judicio firmata, de præjacentis
 Maris legitima occupatione & domi-
 nio privato. Etiam & sanctione Impe-
 riali ita hæc stabilita est, ut postmo-
 dum citra controversiam passim in ma-
 ri Ægæo obtineret. Lex (inquit Im-
 perator, ille, 2^o, qui sub annum salutis
 DCCC. Orienti præfuit) quæ mariti-
 morum prædiorum jus ita tollit, ut do-
 minum, si illic piscantes prohibeat, in-
 juriarum actioni subjiciat, nobis ἡ δὴ
 καὶ ἐπιτηδεύουσα ἰφάνη, non aqua sine
 iusta statueret visa est. Rationem atte-
 xit; quia quicquid non iniquo titulo in
 cuiuspiam dominium devenit, sive ex
 successione sive ex artificio, aliove ex
 Jure modo recepto; curnam id aliis,
 injussu domini, inserviret? Exploratis-
 simi (re, ut oportet, perpensa) juris vo-
 luit fuisse titulum, ejus qui maris ita
 partem aliquam tenuisset. Τοιγαυῦν, ἰα-
 quit, θαλάσσης, τῆς ἰδίας ἀπορίας ἕκαστον
 ἀκωλύτως διατρέχει καὶ κέρων εἶσοι· τὸς δὲ
 εἰ τις βυληθεῖεν χωρὶς τῆς αἰτῆς ἐπιτηδεύου-
 σαι τῶν ἀπορίας ἀπολαύει ἀφιλίας, ἐκ-
 δώκει.

20 Leo
 Imperator in No-
 vell. 56.

Διόνειν. Sancimus igitur ut quisque ve-
 stibula sua, seu Maria præjacentia, in-
 concusso jure possideat eorumque domi-
 nas sit, & si qui sine ipsius permisso il-
 lorum emolumentis frui velint, hos pro-
 pellere possit. Et in quæ sequuntur pa-
 rilem omnino facit proprietatem Ma-
 ris & Telluris. Præjacentia hæc prædiis
 Maria appellabantur *αεθύρων πρὸ θαλάσσια*,
vestibula marina. Neque sanctio
 hæc Leonina pristinos solummodo si-
 ve singularis occupationis five alios ti-
 tulos firmabat, sed generatim voluit ut
 unusquisque maris vicini quod præ-
 dium allueret seu præjaceret, tamen si
 nondum occupatum, dominus in fu-
 turum esset. Sic disertè intelligitur Con-
 stantino Harmenopulo judici Thessa-
 lonicensi. Περὶ αεθύρων, scribit ille ²¹,
 Θαλαττίων ἢ τριακροτῆ νεαρὰ τῆς Καίσαρος
 Λέοντος φησὶν, ὥστε διαπόρῳ ἐκαστοῦ τῆς πε-
 ρακίμου αὐτῶν κὶ κύριον εἶναι τῆς, εἰ τις
 βεληθεῖεν χερεὶς τῶ αὐτῶ ἐπιτροπῆς τῆς
 αεθύρων ἀπολαύειν ἀφιλείας, ἐκδιόνειν.
*De vestibulis Marinis illud statuit tri-
 cesima Leonis Caesaris Novella, ut quis-
 que ejus dominus sit quod sibi adjaceat,
 atque potestas ei detur, si qui forte vo-
 luerint absque ejus permisso vestibulo-*

²¹ Pro-
 chir. Ju-
 ris lib. 2.
 tit. 1.

rum commodis frui, eos pellendi. Tricesimam Novellam vocat Harmenopolus quæ in Codicibus editis est quinquagesima sexta, alium ordinem earum secutus. Quantum autem Maris in fronte, in adjacentis prædii domini siue more antea usitato siue ex hujus sanctionis vi transierit, nondum est compertum. Neque ad rem nostram id necessarium est. Verum in latitudine, ac si in agro diceret, eosdem habebant prothyra seu vestibula Marina limites, quos adjacentia prædia. Et frequens erat dominos singulos suas habere Epochas siue remoras piscatorias (quas *Tegivas* Græci recentiores²² dixerunt, id est retia confixis in mari palis extensa) hac tamen lege coactas, ut quælibet Epochæ à vicinâ distaret, ubi prædii latitudo commodè permittebat, trecentis²³ sexaginta quinque ulnis. Distantiâ utrinque æqualiter ita sumptâ, ut à cujuslibet domini Epochæ centum octoginta duo & semis in prothyri sui extremitatem exporrigerentur. Cui tamen limitum legi per decennalem præscriptionem derogabatur. Annuus ex hisce, uti ex rebus aliis, fundi provenus villæ maritimæ domino augebatur, quod

²² *Mi-
chael*

*Athalia-
tes, Pra-
gmatic.
tit. 95.*

²³ *Leonis
Novella
57, 102,
103, 104
& Atha-
liates lo-
co jam
citato.*

quod *αὐθιγαὶ κίρα*, *vestibularium*
 è *Mari lucrum* & *τοπιαλῆον*, quod *Lo-*
carium verti potest, Jurisconsultis O-
 rientis dici solebat. Merces nempe,
 quam conductor stabuli, tabernæ, fun-
 di, solvebat, *Locarium* etiam Latinis
²⁴ dictum. Sua ita habebant privati, ex ²⁴ *Varro*
 Mari præjacente, *Topiatica* seu *Loca-*
ria; atque ex illis vectigalia Principi an- *de Lin-*
 nua eodem nomine indigetata, valoris *gua lati-*
 non contemnendi (ut supra ostensum *na. Et de*
 est) reddebant. Adeo ut tam privatorum *Topiatico*
 hominum quàm Principis dominium *videtis*
 (de quo quæritur) *Marinum* in Imperii *Iac. Cu-*
 Orientalis moribus citra omnem con- *jacium,*
 troverfiam, etiam id sancientibus edi- *Observat.*
 ctis publicis & quæ illud negarent ut in- *lib. 14.*
 iusta abrogantibus, obtineret per DL *cap. 1.*
 amplius annos. Tot enim ad *Constan-*
 tinopolim captam intercedunt à Leonis
 sanctione quam diximus, quæ non solùm
 ad *Bosphorum Thracium*; *Hellefpon-*
tum, *Mare Ægæum*, aut quæ angustiora
Maria sunt, attingunt, sed ad universa, quæ
 Imperatori *Constantinopolitano* sub-
 erant. Et de *Tempore Historico*, quod
 vetustius est, *Mores & Jura Regno-*
rum Rerum publicarumve, quæ desce-
 re, complectitur, hæc dicta sunt.

C A P. XVI.

De Maris dominio in Gentium qui etiamnum florent, moribus. Primò de Venetorum Mari Adriatico, Genuensium Ligustico, Tuscorum Tyrrheno, & demum Mari Ecclesiz Romanæ, seu Romani Pontificis.

QUOD ad tempus attinet Recentius, seu ad mores ac jura Gentium quæ etiamnum florent; illustrius in eo nihil est ad rem, quam dispicimus, dominio Maris Adriatici, quo per tot secula amplissima Venetorum Respublica est gavisâ. Testantur illud & agnoscunt non solum Historici passim & Chorographi, sed & Jurisconsulti quàm plurimi; Bartolus, Baldus, Angelus & illustriorum cætus qui ultra triginta excrevit; quemadmodum numerasse se memorat Franciscus ille de Inguenâ in epistola ad Liberium Vincentium ante annos aliquot conscripta, pro Venetorum Maris Adriatici Dominio, adversus Johannem Baptistam Valenzolam Hispanum & Laurentium Motinum Romanum, qui Principis (uti ille ait) Ossunensis, Proregis Neapolitani, mancipia, jus Venetorum maritimum scriptis impugnâssent. Passim *Dominâ Ma-*

ris

Ad ff. tit. rer. divis. & ad l. sane 13. tit. de Injuriis.

(11)
(12)

vis & Regina Maris Adriatici (de cujus tamen limitibus lis agitur) vocantur Venetiæ. Et Sannazarius² de hac Urbe; ² *Epigr. lib. 1.*
Viderat Hadriacis Vepetam Neptunus
in undis

Stare urbem & loco ponere jura Maris.

Neque dominium hoc ex Jurisdictione in personas aut navigantium Tutelâ (ut velunt aliqui³, verbis Ulpiani toties mare esse omnium hominum ex Naturæ jure commune proferentis, in *Mere additi*) conflatur; aut quodammodo dominium est; (quod ait Angelus Matthæacius, etiam Professor Patavinus.) sed ita Venetorum proprium est hoc mare, ut eorum injussu aliis eo uti frui omnino sit minimè fas. Etenim navigantes impedire, vectigalia eis imponere possunt; cætera quæ in prædiis, quæ Aquæ proventus reddunt aut seruiunt, facere. De navigatione in eo mari, pro eorum arbitratu, idque jure comprobato, impeditâ, restantur Jurisperiti non pauci. Angelus de Ubaldis, *Negari non potest*, inquit⁴, *quod per tempora longissima Veneti & eorum signoria fuerunt & sunt in quasi possessione dicti Gulfi. Unde ratione possessionis longissima in qua fuerunt & sunt,*

³ *Vid. Iul. Paciunus de Dominio Maris Hadriatici, Alb. Gentil. de Jure belli lib. 10. cap. 19. Roderic. Svarin. de usû Maris, Angelum Matthæacium, de via & ratione artificiosa Juru universi, lib. 1. cap. 36. ⁴ Consil. 290. Idè ad l. 13. ff. tit. de Injuriis.*

circumscripta forma pactorum, possunt Veneti Iannensibus & aliis quibuscunq; interdicerent potentiam navigandi navigare volentibus per eorum Gulfum. Sic alii citati Benevenuto Stracchæ¹, Antonio Peregrino², Martæ Neapolitano³, Julio Pacio⁴, Mantuæ Patavino⁵, Francisco de Ingenuis, Fulgentio Monacho Veneto, qui omnes singulariùs Venetorum Jura asseruerunt. Et exempla sunt quibus constat Principes, & vicinos & alios veniam à Republica Venetorum petuisse per mare illud navigandi, quæ nunc impetrata nunc negata fuit. Petiit ab ea Radulphus⁶ Salensis Comes (anno mcccxcix, Decembris xii) Uladislai Regis Neapolitanis & Guilielmi Austriæ Archiducis nomine, ut sororem Regis Archiduci desponsatam per mare Adriaticum ex Apulia ad Sponsi territoria cum triremibus & aliis navibus liceret deducere. Neque negavit Respublica. Sed hanc adjecit conditionem, ut in Navibus illis nullus aut Venetiis proscriptus aut sceleris capitalis in eam admissi reus exciperetur. Quod Tergeste solventes Austriaci tam in itu quàm in reditu bona fide præstiterunt. Binæ etiam literæ extant

¹ Traët. de Navigatione.

§. 8.

² De Jure Fisci. lib.

8. §. 14.

³ De Jurisdictione. lib. 1.

cap. 33.

§. 25. &

26.

⁴ Lib. de Dominio Maris Adriatici.

⁵ Fragm. de Venet. subnex.

epitoma

de Juru-

consultis

Illuſtr.

⁶ Fraciscus de In-

genuis, in

Epist. de

Venet. Ju-

ro.

extant ¹¹ quibus Fredericus Cæsar III, ^{11 Anton. Peregrin. de Iure Fisci. lib. 8. §. 19.}
 annis MCCCCLXXVIII & MCCCCLXXIX,
 à Principe Venetiarum Ioanne Mocc-
 nico & Republica postulat licentiam
 sibi fieri per Mare Adriaticum ex A-
 pulia frumentum transvehendi. Ejus-
 modi alias memorat Franciscus de In-
 genuis ad eundem Ducem datas à Re-
 gibus Hungariæ. Et ut rem, quæ sibi fo-
 ret gratissima & meritò compensanda,
 licentiam huiusmodi poscunt. Quin
 Matthias Hungariæ Rex, literis ad Mo-
 cëhicum Principem anno MCCCCLXXXII
 missis, Rempublicam solitam, ait, sin-
 gulis annis licentiam facere Comitibus
 Frangipanis, Zengæ, & aliorum loco-
 rum maritimorum dominis advehendi
 per mare illud ex Apulia certam fru-
 menti copiam. Et quandoquidem in
 ista ipsa loca jam successerit ipse, petit
 idem libertatis sibi indulgeri. De jure
 verò Venetorum, vectigalium navigan-
 tibus, ut prædia sua transeuntibus, im-
 ponendorum, frequens apud Juriscon-
 sultos occurrit testimonium. Decretum
 memorat Salicetus ¹² Venetorum, quòd ^{12 Adl. 3. C. de Nautico fæ- nora.}
 navigantes per Mare illud Venetias af-
 ferre debent merces, & vectigalia ibi
 solvere. Et Bartholomæus Cæpola, Ve-

- ¹³ *De ser-*
vitutibus
Rustico-
rum Pra-
diorum
cap. 26.
 §. 10. *neti, inquit* ¹³, *in eorum imperio habent*
regalia & iura fisci, nec superiorem sal-
tem de facto recognoscunt. Ideo in mari
pradicto possunt imponere gabellas &
confiscare merces & Bona, sicut in ci-
uitate Venetiarum; quia tantam juris-
ditionem habent in Mari, quantam in
Civitate Venetiarum. Antonius item
Peregrinus, (advocatus erat ille fiscalis
Camerae Patavinæ) hac re fusiùs dispu-
tata, Sic, ait ¹⁴, *conclusio, Piscationes &*
iura Piscariarum in Adriatico esse de
Regaliis Principis Veneti: ac ideo vetare
permittere & super eas gabellas indice-
re posse. Julius Pacius, Marta, alii tam
recentiores quàm veteres eadem de re
affatim. Et Neapolitanorum aliquot,
qui maximè heic adversantur, rationes
¹⁵ *ex sententiâ illâ quæ tot abhinc secu-*
lis è Gentium moribus evanuit, Mare
na turaliter omnium esse commune, &
è nescio quo universali Imperatoris Ro-
mani dominio tantùm adducuntur.
Certè Marta ipse Neapolitanus Juris-
consultus, Veneti, scribit ¹⁶, *sunt do-*
mini Maris Adriaticî, quod mensura-
tur LXXX passuum millia, & incipit ab
Aquis olim graduatis usque ad Laure-
tum oppidum nunc Pado proximum. Et
- ¹⁴ *De Iure*
Fisci lib.
 §. 43.
 & lib. 1.
 §. 18.
- ¹⁵ *Fran-*
ciscus de
Ponte, de
Potestate
Proregis
Collate-
ralis Con-
filii, tit.
 11. §. 19.
 & seqq.
- ¹⁶ *De Iu-*
risdictio-
ne part. 1.
 cap. 33. §.
 25.

Fran-

Franciscus Capriblancus, item Neapolitanus, fatetur ¹⁷ *hodie flamma & Maria esse appatromata*. Memoratur etiam in literis ¹⁸ Ludovici II. Imperatoris ad Basilium Imperatorem Orientis, Nicetas Patricius *Hadriatici freti servator*. Et Cardinalis Tufchus ¹⁹ *Gulphus Maris est Venetorum, quia longa possessione praescripserunt & ita inter Venetos & Ianuenses extitis in pace narratum & convenitum*. Cui rei citat Angelum & Jasonem. Transeuntibus autem Mare Adriaticum vectigalia primò ajunt imposita anno Salutis MCLXIII, Laurentio Theopulo Venetiarum Duce. Geauenfium armis & fame afflictâ Reipublicâ, nec annonâ juvantibus vicinis. Theopulus ille *Novus Maris* (sic Flavius Blondus ²⁰) *Adriatico navigantibus tunc primùm vectigalia, & ut certiore dicam vocabulo, frana imposuit*. Lex enim tunc superinde lata in hanc usque diem servata est, ut intra Histrum Phoenicis ad Polam promontorium & Ravennaticum plagam navigantes ad vectigal solvendum, mercesque & onera (si Magistratibus collibuisse) deponendum, Venetias se conferrent. Creatusque Magistratus cum barabiz attributis, no-

legi

¹⁷ De Jure Baronum Pragmatic. 145.

27.

¹⁸ Apud Goldastū in Constit. Imperial. tom. 1.

pag. 198.

& Baronium Ann. tom. 10. ann.

10. ann.

871.

¹⁹ De Jure

statuum in Imp. Romano, membro 25.

²⁰ Decade 2. lib. 8.

2. lib. 8.

legi fiat frans, die noctuque utriusque litoris plagam portusque perlustrat. Atq; in printis est adjiendum illud de controversia intra Anconitanos & Venetos, in concilio Lugdunensi Generali, sub id tempus mota. Hos illi Mare, Vectigalia, alia, contra jus occupasse querantur. Causam Abbati Nervosiz Gregorius Pontifex decimus commisit cognoscendam. Is Anconitanos nil satis solide probantes rejecit, permiffa (quod ait idem Blondus) Pontificis authoritate Venetis curâ, eam, de qua diximus, Maris Adriatici oram à Saracenis Piratisque, simul cum vectigalium portorumque suorum juribus, defendendi. Neq; intercesserunt Principum legati, qui affuerunt. Sed res, nemine præter Actores dissentiente, definita est. Ceterum antiquius multò est Venetiarum in Mari illo dominium, cujus insigne quidem annum deberi ajunt Alexandro III²¹ Pontifici Romano. Usum dico Annuli, quem festo Ascensionis Domini quotannis ritu solenni Dux navi Bucentrauro dicta vectus, comitante amplissimo Senatu, *ad perpetuandum sibi Maris dominium* (quod ait Paulus Merula²²) in medias undas projicit, verbisque

21 Anton.
Peregrin.
de Jure
Fisci lib.
8. §. 18.
22 Cosmo-
graph.
part. 2.
lib. 4.
cap. 36.
de quo
more ite

que conceptis, eo munusculo, Mare in
 manum sibi convenire justæ loco spon-
 se declarat. *Desponsamus te, inquit,*
Mare in signum veri & perpetui domi-
nis. Quid igitur obstat quo minus op-
 timo plenoque jure ut agrorum, ut ur-
 bis, sic Maris dominos Venetos habitos
 esse non ab ipsis solum sed à Principi-
 bus vicinis censeamus? Ejusmodi sunt
 alii Italiae populis jura Maritima. Be-
 nedictus Bonius²³; *Principes in lito-*
ribus Maris census constituere valent;
quia quod natura liberum esse voluit,
servum & proprium fecere; ut est Mare
Tyrrhenum, quod Pisis & Tuscia inser-
vit, Adriaticum Venetiis, & Ligusti-
sum Ianuensibus. De quibus itidem
 Angelus²⁴, Baldus²⁵, Cæpola²⁶, alii.
 Etiam & Pontifici Romano suum est
 mare, quod & *Mare Ecclesia* dicitur.
 In Bulla, quam vocitant *Cæna Domini*,
 pridie Parasceves quotannis in delin-
 quentium excommunicationem pro-
 mulgari solita²⁷, habetur, *Item excom-*
municamus & anathematizamus om-
nes Piratas, Curfarios, ac Latrunculos
maritimos, discurrentes Mare Nostrum,
præcipuè à Monte Argentario usque ad
Tarracinam. Atque in excommunica-
 tionem

Stephanus
Forcatu-
lus, de
Gallorum
Imperio
& philo-
sophia
lib. 3. aliis,
 præter
 Scripto-
 res de
 Veneto-
 rum Re-
 publicâ.
²³ Lib. de
 Censibus
 artic. 16.
 §. 40.
²⁴ Confil.
 290.
²⁵ Ad l. 1.
 C. de Sen-
 tent. ex
 Brevic.
 recitâda.
²⁶ De ser-
 vitutibus
 Rustic.
 præd. cap.
 26.
²⁷ Laer-
 tius Che-
 rubinus
 in Bullario
 tom. 3.
 pag. 255.

tionem hanc incidere ait Bartholomæus Ugolinus ²⁸, Jurisconsultus celebris, *Piratas Cursarios seu Latrunculos maritimos discurrentes Mare Ecclesie, præsertim à Monte Argentario usq; ad Terracinam*. Idem aliis dicitur, Mare Pontificis Romani. Et tamen non desit qui *Mare Nostrum*, Mare universum Christianorum ibi denotare ²⁹ velit, Scriptorum tamen ad Bullam illam celebriorum veluti Toleti ³⁰, Suarez ³¹, Ugolini, Antonii de Sousa ³², aliorum, consensus satis in hoc ponitur, ut Mare, quod singularis est patrimonii Pontificis pars, nomine illo significetur. Quia non modo ex depredatione, sed ex simplici per hoc mare latrunculorum transitu, veluti ex injuria per Ecclesie solum patrata, excommunicationis hujus labem contrahi, volunt, ex autoribus jam dictis, aliqui. Adeo ut jure Pontificio dominium hujusmodi marinum aperte admittatur. Quod itidem firmiter quæ in glossa corporis illius occurrunt. Alencia in diebus festis capta si fuerint, congrua ex Jure Pontificio portio Ecclesiis circumpositis debetur. Ibi glossa ³³ adjicit, *præcipue illis in cujus territorio captio piscis facta fuit*. Ex Canone etiam

²⁸ De Censuris Pontifici reservatis part. 2.

cap. 3. §. 1.

²⁹ Grafius lib. 4. Decis. c.

18. n. 53.

³⁰ Summa lib. 1. cap. 20.

³¹ De Censuris. Disp. 21. sect. 2.

num. 18.

³² Relect. de Censuris Bullæ Cæna. c. 4.

disp. 25. & seqq.

³³ Gloss. ad c. licet. 3. tit. de Feris.

Con-

Concilii Generalis Lugdunensis, si moriatur Papa extra Civitatem, convenire debent Cardinales in Civitate in cujus territorio seu districtu is moruus est, ad successorem eligendum. Moritur Papa in Mari. Ejus Electio fiet, ex eo Canone, in Civitate seu Loco cui subest Mare³⁴; quod in Glossa docetur atque ab aliis agnoscitur. At interea Maris Ecclesiae, (quod vocant,) seu Pontificis Romani, usus civibus Romanis piscantibus permittitur liber; ut compascui agri (cujus tamen alius est dominus) five ex pacto, five ex consuetudine, five ex lege, herbam depascunt accolarum non raro animalia. Lex est Romanae urbis; *Cui libet³⁵ Romano Civi & habitatori Urbis & Districtus liberè liceat in cursu tam Tiberis quàm Anienis, & Mari, quatenus fluminum ripa & Maris litus se extendunt, quocunq; tempore & quocunq; artificio piscari; nullique prohibendi aut ab iis auferendi aliquid jus sit; dum tamen à pradiis, adificiis, & piscariis, quae proprios dominos habent, se abstineant; & pariter à ripis regionis Arenula, videlicet Sancta Severia & Pauli, in quibus sine licentia Syndici piscari non licet.* Et libertas hujusmodi, five

14 Gl. ad c. ubi periculum. 3. §. porro. 6. de Electione, & ibi Io. Andream.

35 Statuta 1a Urbis Rome lib. 3. cap. 72.

con-

concessione, sive fœdere, sive moribus temperata, sæpissimè ubi Maris habetur dominium, reperitur.

C A P. XVII.

De receptis apud Lusitanos & Hispanos, circa Maris Dominium, moribus.

IN Lusitanorum moribus, nemo nescit Maris dominium agnosci, qui solennem Regum eorum stylum observaverit. Emmanuel Rex in Legum Lusitanicarum proœmio; *Dom Manuel, per grace de Deos, Rey &c. Senhor de Guinee & da conquista & Navigaçam & commercio d' Ethiopia, Arabia, Persia, & da India a todos &c.* Quod alibi ' barbaro-Latinè ad hunc modum legitur; *Emmanuel Dei gratia Rex &c. Dominus Guinea & conquista Navigationis ac commercii Æthiopia, Arabia, Persia &c.* Ubi conquista (quod & Hispanicum est & Lusitanicum) id, quod acquisitum est bello, denotat. Idem titulus sæpius occurrit in Regum veterum Lusitanix diplomatis; unde eos *Commerciorum, Negotiationis, & Navigationis Dominos & Heros & esse & agnosci* scribit Jacobus Valdesius¹. Dominum verò quem esse posse Navigationis

¹ Concil. General. Lateran. sub Leone 10. sess. 9.

² De dignitate Regum Hispan. cap. 12.

tionis in Mari & commercii, absque Maris dominio; non aliud est quam agro uti frui, alios omnes jure arcere, nec tamen dominum esse. Sed verò disertius etiam, Maris dominium privatum agnoscunt leges Lusitanicæ; idque Atlantici ipsiusve Oceani. His enim vetatur cuilibet sive extero sive Lusitano (verba Legis sunt ³ *Assi Natural como estrangeiro*) quibuscunque in navigiis adire *ditas partes, terras, mares de Guinee & Indias, & qualsquer outras terras & mares & lugares de nossa conquista, tratar, resgatar, nem guerrear, sem nossa licença & autoridade, sob pena que fazendo ho contrario moura por ello morte natural & por esso mesmo feito percapera nos todos seus beens moveis & de rays: id est, dictas regiones, terras, maria Guinee & Indiarum aut quascunque alias terras, Maria loco nobis subacta, in commercium seu negotiationem seu ad arma inferenda, absque licentia nostra & auctoritate. Poena capitali ei qui contra fecerit infigenda, bonisque ejus universis fisco applicandis. Adjicitur etiam potestas classium praefectorum (quibus navigandi illuc libertas à Principe indulta) omnes quos*

in

³ O quinto
to libro
des Or-
dennações,
tit.
112.

in Mari legi huic adversum quid committentes repererint, in iudicium deducendi. Acquiri igitur ipsius Oceani dominium jure potuisse nec ipsa Gens Lusitana dubitavit. Quin ad exteros æquè ac Regis subditos Lex hæc, quæ vim habuit, attinebat. Acquisitum autem ejusmodi Lusitano jus esse exteri non agnoscunt. Sed nihil obstare in jure Naturali, quod Obligativum est, quò minus acquiri jus ejusmodi poterit, omnes (puto) præter aliquot forsitan quibus pelagus nondum est ullum legitime occupatum, fatentur Gentes Europææ; saltem si quid fateantur, ex receptis eorum moribus ritè sit elicendum. Et acris sanè de Atlantici Maris & Australis quod ad Indias Orientales ducit, dominio (quod obtendebant Lusitani) disceptatio habita est * inter Elizabetham Angliæ Reginam ac Sebastianum Regem Lusitiæ, sub initiis Elizabethæ. Qua tamen non est disputatum, utrum Navigationis aut Maris dominus esse potuerit Sebastianus, sed utrum dominium ejusmodi legitime acquisivisset. Jure autem Hispanico seu Castellano communi, tametsi liberri-
 mus est quidem Maris usus, idque per-
 inde

* In sche-
 di ejusd.
 Temp. in
 Biblioth.
 Cottonia-
 na.

nde ferè ac si Naturali⁵ ejus commu-
 one nondum Jus Positivum derogâs-
 et; Jurisconsulti tamen Hispanici, nec
 inè obscuri, domini capax illud esse,
 tiam & Principi esse adq̄situm ver-
 is pronunciant expressissimis. Grego-
 ius Lopez ad Alphonfinas, *Potest*, in-
 quit⁶, *Princeps per privilegium alicui*
oncedere piscationem in certa parte
Maris. Joannes item Garcias Hispa-
 nus, *Maris est*, inquit⁷, *cujus est terra*
us adjacet, de Mari aliquo Hispanico
 ocutus. Nam in univèrsum dictum,
 utile est. De Principis item dominio
 alii apertè; ut Didacus Couvaruvias⁸,
 Joannes de Hevia⁹ tam quoad Navi-
 gationem liberam quàm quoad pisca-
 tionis usum communem interdican-
 dum. Et frequentia sententiæ hujus-
 modi inter Jurisconsultos tam Hispa-
 niæ quàm Lusitanæ agnoscitur à Fer-
 nando Vasquio; (qui tamen ipse mirè
 heic reluctatur) ut ex verbis ejus capite
 secundo superiùs allatis constat. Etiam
 & exerceri sive ex consuetudine sive ex
 Principum indultu à Privatis jura, quæ
 dominium Maris comprobant apud
 Hispanos, satis liquet ex Roderico Sua-
 rio¹⁰, qui tamen veteris de commu-
 nione

⁵ Vide

Alphons.

Azeved.

ad Cõstit.

Regias

lib. 7. tit.

8. Partid.

3. tit. 28.

l. 3. Reco-

pilat. lib.

7. tit. 10.

l. 9. &

Partid. 5.

tit. 9. l. 7.

& 8.

⁶ Partid.

3. tit. 28.

l. 11.

⁷ Lib. de

Expensis

& Melio-

rationi-

bus cap.

21. num.

34.

⁸ In relect.

c. pecca-

tum-part.

2. §. 8.

⁹ Labe-

rinto de

Commer-

cio lib. 3.

c. 1. §. 12.

¹⁰ Cõsil. de

usu Ma-

ris §. 13.

nione perpetua sententiæ, non tam Gentium mores receptos quàm Scholarum dictata Juris secutus, tenacior est. Etiam Titulus Regis Hispaniarum in se habet quod ipsum Oceani Regem se nuncupare, videatur asserere; maxime si verba, quæ in Caroli Quinti Cæsaris, & Hispaniarum Regis titulo occurrunt interdum apud Germanos, advertas. In præfatione ad Constitutionem de Judiciis publicis in Imperio Romano-Germanico, vocatur is — *In. sularum Canaria, nec non Insularum Indiarum & Terra firma, Maris Oceani &c. Rex, Archidux Austria &c.* Et in sanctionibus Imperialibus Germanicè editis *König vnd der Insulen Canaria, auch der Insulen Indiarum, vnd Terra firma, des Meers Oceani &c.* quod ita sexcenties est obvium. Adjicitur Oceani vocabulum, ac si Oceani Regem se inscriberet. Sed hallucinatio est. Et Hispanica sunt *Rey &c. de las Islas, y Terra firma del mar Oceano &c.* id est, *Rex &c. Insularum, & Terra firma Maris Oceani.* Scilicet sive Insulas sive Continentes Oceani seu in Oceano positas spectes (quas Ferdinando V Hispaniarum Regi concessit

fit " Alexander sextus Pontifex Romanus, univērsas à primo longitudinis circulo, in Occidenti positas) earum se Regem nuncupat, non ipsius Oceani.

¹¹ Laërt. Cherubin. Bullar. tom. 1.

pag. 392.

de qua donatione

fuisset Ioannes Solorzanus, de

Iure Indiarum, l. 2. c. 82.

² Capitular. Caroli & Ludovici

Imp. lib. 4. tit. 5.

² Choppinus de

Domano lib. 1. tit.

15. Pasquier, en

les recherches de

la France lib. 2. cap.

14. Simo Marion,

Plaidoye

5. edit. Paris.

1598. Tullius, alii.

CAP. XVIII.

Quatenus, in Gallorum moribus sententiis, admittatur Maris Dominium privatum.

QUOD ad dominium Maris in Gallorum moribus attinet; vetustissima ejus vestigia nonnullis haberi forsitan videantur, in Comitibus ad custodiam maritimam deputatis, qui in Capitularibus¹ occurrunt atque in Rotlando illo litoris Britannici (id est Aremorici) prefecto, in Caroli Magni vitâ ab Eginharto scriptore contemporaneo, memorato. Sed dignitates illæ non tam ad Mare ipsum, quàm ad litus & tractum maritimum, seu maritimum Telluris limitem attinent; utcunque Gallis superioris & hujus ævi Rotlandus tam prefectus² Maris quàm litoris (perinde ac si discrimen inesset nullum) temerè appellari soleat. Ceterùm fatendum est, in litore illo Aremorico Principes olim (ut Venetos in eodem litore; de quibus supra diximus) vestigalia Navibus, proximo velut æstu utentibus, imposuisse

posuisse aliaque ejusmodi jura sibi vendicâsse, quæ *Nobilitates super Navibus* appellatæ. Sic disertè legitur in Instrumento Veteri de Procerum Britanniarum Aremoricæ inter se loci prærogativâ, anno MLXXXVII, sub Alano Duce, confecto. Secundum in eo locum habet Vicecomes Leonensis, *qui pro tunc*

3 Apud (Instrumenti verba legis³) habebat
Bertrand. *quamplures Nobilitates super Navibus*
Argent. *per Mare Oceanum in costeriis Occi-*
traum in *morensis seu Leonia navigantibus, quas*
hist. Bri- *(ut dicebatur) Budicius quondam Rex*
tann. Mi- *Britannia [Aremoricæ seu Minoris,]*
noris lib. *concesserat & dederat uni prædecesso-*

2. cap. 13 *rum suorum in matrimonio pro ipsius*
Vicecomitis probitate, fidelitate, & va-
lencia; de consensu tamen Prælatorum,
Comitum, Matibernorum & procerum
Britannia. Qualesnam fuerint Nobili-
tates hæ, partim explicat Bertrandus
Argentæus, Redonensis olim provin-
ciæ Præses, earumque originem ape-
rit, ubi de breviculorum comitatûs
(quæ brefs de conduicte nominant) ju-
re, etiamnum eo in litore usitato, agit.

* Ad Con- *Id, inquit⁴, cum pridem Principum*
suet. Brit. *proprium jus esset, Leonis Baronibus*
art. 56. *doti dixere (qua de re jam ex Instru-*
B. 44. *mento*

mento superius allato dictum est) mansitque id ius illi familia gentilitium, quoad Ioannes Ruffus Dux de Guynomario Leonio id grandi pecunia redemit, cum armis Petrus Druydensis Mauclerc [Britanniae Dux] antè assertere (sed frustra) contendisset. Origo traditur, cum Principes nostri & Reges prisci scopuloso & pleraque importuoso litore crebra naufragia fieri prospicerent, lege sanxere ne iniussu suo freti excedere liceret. Solventibus periti Maris & litorum duces, venia symbola brevicula navigaturis dabant. Aspernantibus publicatio Navis & armamentorum indicta; naufragio factò, etiam merces publicabantur. Venia facta, periculum rebus nullum à fisco; naufragium etiam colligere licebat. Σύσπον, qua alibi diximus, adiutoribus prestabantur, quod vocant droit de salvage.

Talibus Breviculis suum nunc, ut olim, pretium est. Et inter ceteros fisci redditus, ea quoque mancipibus vectigalium elocantur. Haftenus Bertrandus ille; unde etiam totidem ferè verba Renatus Choppinus⁵. Abrogatum autem ibi esse morem quo ita Naufragii bona omnia in commissum cecidere, idque

⁵ De Deo-
manio
lib. 1. tit.
15. §. 10.
& Thom.
Cormér.
Cod. Hen.
4. lib. 7.
tit. 1. cap.
6. §. 106.

EX

ex edicto anni MDLXXIII testis est

⁶ *In Con-
suetud.
Britan.
art. 51.*

Petrus Belordæus ° Advocatus Curia
Redonensis. Verum interea hæc ma-
nifesta sunt in Occidui illius Maris par-
te aliquâ litori proximante sive domi-
nii sive servitutis in Mari indicia ; quæ
sanè ex accolarum moribus , Mare do-
minii esse capax satis comprobant. Et-
iam de Brevibus hisce, controversiæ in-
terdum inter Britanniaë Aremoricæ
Principes & Reges Angliæ ortæ sunt,
quod videre est in Schedis aliquot ⁷ de
rebus Aremoricis quæ ad tempora atti-
nent Richardi secundi nostri, & Joannē
quartum Aremoricæ Ducem. Hoc ve-
rò certò scimus, in pactis inter Edvvar-
dum nostrum quartū Regem , & Fran-
ciscum secundum Aremoricæ Ducem,
anno MCCCC LXVIII , de mutuis
Commerciis & subditorum hinc inde
transeuntium libertate , triginta ⁸ an-
norum induciis expressim quidem cau-
tum esse de Naufragorum bonis ; sed
ita cautum , ut parile utrinque eorum
jus esset , neque ab eo , quod à priscis
seculis in Anglicano litore obtinet, o-
mninò dissimile. Nullâ Breviculorum,
quæ diximus , sive juris usus (veluti rei
ab Anglo neutiquam admittæ) habitâ
in

⁷ *In Bi-
bliothec.
Cottonia-
na.*

⁸ *Ibid. &
Rot. Frã-
cia 8. Ed.
4. mem-
bran. 20.
& seqq.*

in Induciarum formula mentione. At verò Jurisconsulti Gallorum quidam nuperi, non solum fluctuum aliquot prædiis Aremoricis vicinorum, sed & universi maris, quæ Gallis circumfunditur, adeoque Britannici seu Anglici dominium, Regem suum esse perpetuam asserunt. Quod dum ajunt, satis quidem dominum esse posse maris interea affirmant. *Chatondas Caronæus Rex, inquit, Est dominus supremus Maris qua circa regnum ejus diffunduntur. Quod ex eo evenit, quia in ejus testamentum translatum est jus universum rerum qua Jure sive Naturali sive Gentium fuere communia.* Alia habet ferè similia; uti etiam Stephanus Paschasius¹⁰, Ludovicus Servinus¹¹, Regius olim procurator generalis, Popellinarius¹², alii. Si de Mari Massiliensi seu Narbonensi loquuntur, non reluctamur. Sed quod ad Septentrionalis Gallis Occidive illis Maris corpus attinet, seu quod Gallias & Britannicas insulas interluit (nam etiam id quod in litore illo arcuato occiduum eis est, seu sinus Aquitanicus, Britanniarum nostrarum Galliarumque partes occidentales revera interluit æquè ac Boreale illis

⁹ In not. ad Codic. Henrici 3 lib. 20. tit. 7. constit. 28. & constit. 1.

¹⁰ Recherches liv. 2. chap.

¹¹ Playdoies tom. 2. playd.

¹² L'Amiral de France.

mare Angliam & Normanniam) nec testimonia ulla anterioris ævi afferunt; nec omnino habent. Nisi quod de Venetis Aremoricis ex Cæsare, & quod de proximo Britanniz minoris litori Mari superius dictum est, velis heic excipiendum. Quorum tamen utrunque magis Servitutem, *Nobilitates super navibus* olim dictam, quam aliquod dominium sapiunt. Quin Regibus Angliz dominium interluentis hujus Maris omnino cessit, ut Libro proximo ostendimus. Immo sanè ex moribus Gallorum plerumque domi receptis seu jure eorum civili nondum derogatum est veteri Maris communioni; sed restat eis hactenus non occupatum mare, atque omnium hominum commune, adeoque non in Regis bonis seu patrimonio eis censendum; si nimirum credere sit fas libro illi Juris Civilis Romani Gallicique à Thoma Cormerio Francisci Andium Ducis in supremis ejus Curis Alenconis Consiliario, super edito. Jus Romano-Gallicum tradere instituit. Sæpe mores Gallicos, Principum sanctiones, Privilegia immiscet. At verò sub lemmate ¹³, *De rebus Communibus omnium*, Mare & litora

¹³ Cod.
 Henr. 4.
 lib. 3. tit.
 1. cap. 2.

litora Maris, ex veteri Romanorum Jurisprudencia, ac si non omnino hac in re à Gallorum discreparet, omnium communia facit. Quod certe Gallorum dominio Martino refragatur. Nec præterendum est, Constitutiones olim obrendi in Gallis binas, alteram Henrici Regis secundi¹⁴, alteram Henrici tertii¹⁵, in quibus voluerit, ut Naves exterorum per mare Gallis conterminum transeuntes summa vela Navibus Regiis submitterent, in Imperii scilicet Gallorum marini recognitione. Neutram tamen à Patribus admissam seu (quod ajunt) simpliciter verificatam, immo nec in morem receptam. Quin & posteriorem, quantum ad effectum aliquem Juris, plane rejectam. Quod & ab ipsis Galis Jurisconsultis traditam est in causa illustri¹⁶ Hamburgensium aliquot Mercatorum Actorum, & Michaëlis Butardi, aliorumque reorum in Parlamento Parisiensi, sub Henrico Rege IV, Turone habito. Id tamen Regum Angliæ navibus honoris gratiâ atque in domini recogniti signum, ex jure antiquissimo præstari solitum est; ut libro docetur sequenti, ubi etiam hac de re fufius. Scio quidem Regiâ

14 Ann.

1555.

15 Ann.

1584.

16 Lud.

Servinus
in Placit.

vol. 2.

placit. 11.

12. Dec.

1592.

pag. 262.

b. edit.

1609.

¹⁷ *Edict. Gallorum lege* ¹⁷ cautum esse, tertiam
Francisc. partem omnium quae e pelago extra:
^{1. pro-} huncur, ad Regem pertinere; alteram
mulg. ad Maris praefectum; tertiam demum
^{1543.} ad classarios & repertores. Maris item
^{art. 11.} Choppin. praefectos, seu Admirallos numerare
^{de Dom.} Gallos quamplurimos, idque serie nunc
^{Franc.} continua, nunc intermissa; quam à Phi-
^{lib. 1.} lippì Divi Ludovici filii temporibus, id
^{tit. 15.} & *edict.* est ab anno M C C L X X I V plerunque
^{Franc.} auspicantur; ut videre est apud Joan-
^{tom. 3.} nem Feronium ¹⁸, Stephanum Pascha-
^{tit. 2.} sium ¹⁹, alios. Sed verò divisio illa re-
¹⁸ *Cata-* rum e pelago extractarum, simpliciter
^{log. Ad-} *mirall.* considerata, non magis asserit domi-
^{Franc.} nium ullum in ipso mari, quam praeda
¹⁹ *Recer-* cuiuscunque maritimae ab hostibus ere-
^{ches lib.} ptae decima ²⁰ Praefecto Classis, ex im-
^{2. cap. 14} *Edict.* dultu etiam Regio, persolvenda. Per-
^{Franc.} sonarum, nempe subditorum, consensu
^{tom. 3.} in Regem tracto nituntur jura hujus-
^{tit. 2. con-} modi, non dominiū aliquo titulo, quo
^{tit. 4. &} Mare ipsum acquiri obtendant. Ne-
^{5.} que aliter ac portoria & vectigalia merc-
 cium quae importantur, exportantur
 haec soluta. Ex portoriis autem aut ve-
 ctigalibus mercium ejusmodi, viarum
 per quas transiunt antequam adve-
 niunt Mercatores, dominium asseri ne-

mo (puto) existimabit. Neque sane ante Franciscum primum Regem, hujusmodi apud Gallos mos invaluit. Scilicet plane non dominus Maris, eorumque à subditis pelago quocumque extraherentur, participes esse voluit & factus est. Cum, ex ipso Maris dominio, Rex Magnæ Britanniæ quod in Mari suo derelictum habetur, præter alia ejusmodi emolumenta, idque ex jure vetustissimo nec (quantum scimus) Regni iniis recentiori, pestipere solet. Neque Admiralli illi Gallorum in mari saltem Gallias & Britannias interluente, alii fuere quam classium & personarum armorumque maritimum & tribunatum domesticorum præfetti. Non ut provinciæ Mariniæ seu territorii præfides, quales Custodes ipsius Maris apud Anglos & Admiralli Angliæ. Sed hæc de re, amplius libro secundo. Ex iis autem quæ è Gallorum sive moribus, sive sententiis, sive Constitutionibus jam adjecimus, satis (arbitror) liquet dominium maris Privatum Jure sive Natuali sive Gentium moti adversum esse eos admittere, quod indagati, qua versamur, omnino sufficit.

*Dominium Maris privatum, in Danorum
Norvvegorum, Suecorum, Polonorum,
Turcarum moribus receptis.*

Aliarum etiam gentium Europæ
moribus testimonia repetimus lu-
culenta, de dominio Maris privato; Da-
norum, Norvvegorum, Polonorum,
quibus insuper accedat & Turcarum.
Danorum & Norvvegorum visimus in
vectigalibus quæ ex ipsa Maris Baltici
navigatione Regi Daniæ proveniunt
(quæ notissima sunt) atque ex Norvve-
gici maris dominio Norvvegiæ Regi
(qui & ipse, seculo nostro, Daniæ est)
tributo. Nam & Fredericus II Daniæ
& Norvvegiæ Rex Mercatoribus no-
stratis corporis Moscovitici, anno
MDLXXXIII, ita usum temporalem Ma-
ris Hyperborei seu Norvvegici indul-
sit, ac si usum fructum agri (eujas sibi
plenum vindicasset dominium) con-
cessisset. Etiam, ex suo arbitratu, indul-
tum conditionibus temperavit. Extant
de hac re Tabulæ publicæ¹; quibus an-
no vectigali compensatur Regis be-
neficium, mercatoribus aliis denega-
tur, & induciarum inter Moscoviam & Re-
gem pactarum sine terminatur. Etiam

¹ *In The-
saurio Cot-
toniano.*

in vetustis Danorum historiis de Harald-
do Hildetano Rege legitur, *Sed nec
quisquam Maris dominationem absque
ejus nutu usurpare praesumpsit.* Et proxi-
mè subjicitur quod est in primis ad hanc
rem notandum, *Quippe quondam in
Danorum Republica dividuum Terra
& Pelagi imperium fuit.* Et Olo (qui
postea Rex) à Patre receptâ Pelagi do-
minatione LXX maritimos Reges nauti-
carum virium certamine consumpsit.

Quæ scribit Saxo Grammaticus ², uti & ² *Dania*
ejusmodi alia. Et in transactione Haf. *hist. lib. 7.*
niz ³ habita, inter Christiernum Daniz ³ *20. Jan.*
IV & Gustavum Adolphum Sueciz, *1613. in*
nunciat Rex Suecia Iuri & superiorita- *Rot. Tra-*
ti & dominio Maris, aliisque Regalibus *stat. A-*
quæ in Norvegia, Norlandia & Di- *micit.*
strictu Vvardhusensi ad dictum Osea- *Temp.*
num vendicaverat. Sed de Norvego- *Jacobi*
rum Mari, quâ Septentrionalis est, plu- *Regis.*
ra sub finem libri secundi. Ditionis item
Polonicæ Mare, ejusq; dominium, me-
moratur in promisso Oratorum quod
nomine Henrici III Galliarum Regis,
in Polonorum Regem electi, conceptum
est. *Promittunt Oratores prædicti, no-*
mine ipsius Regis serenissimi electi, quam-
primum Deo volente ad regnum suum

G. †

vene-

venerit, classẽ necessariam & sufficientem ad tuendos portus & dominium Maris dittonis Regni & Provinciarum adjacentium (quatenus se porrigit omnis ille tractus Polonica dittonis) suo sumptu alere. Quod legitur apud Janum Januszovskium in Statutorum Polonię⁴

⁴ Lib. 3.
tit. 1. fol.
109.

syntagmate. Turcarum autem Imperator (qui in Imperatorum Constantinopolitanorum jus victor successit, adeoque Mare Ægæum simul adquisivit cum Ponto; quorum hic Mare nigrum illis dicitur, illud Mare album) stylo sibi solenni nuncupare se solet *Dominum Maris tam albi quàm nigri*, quod etiam videre est in fœdere ab Achmete Imperatore Ottomanico & Henrico Galliarum Rege quarto ante annos triginta inito⁵, excusloque & Gallicè & Turcicè. Quin, eodem in fœdere, Gallicis indulget Turca liberam piscationem & corallium indagandi veniam in fretis ac sinibus aliquot Maris Africani intra regna sua Algerianum & Tunetanum. Atque insuper confirmat quæ à decessoribus, in piscandi ibi libertatem, eis fuerant concessa. Coriolanus item Cippicus⁶ in gestis Petri Mocenici Imperatoris Veneti; Imperator Ottomanicus,

⁵ 20.
Martii
1604
Parisii
1615.

⁶ De bello
Asiatico
lib. 2.

eus, ubi (inquit) maxime Helleſpontus.
 cois, duo munitiffima Caſtella ex utra-
 que parte invicem oppoſita adificavit,
 ad qua multas bombardas mire magni-
 tudinis conſtituit, praefectiſq; caſtrorum
 mandavit, ſi qua Navis illis in viſis
 tranſire vellet, bombardis fractam ſub-
 mergerent. Quod planè eſt maris do-
 minari & Titulo Domini Maris Albi
 & Nigri congruum. Neque omnino
 contemnendum eſt heic quod occurrit
 in literis Davidis Aethiopiae ſeu Abaſſi-
 norum Imperatoris, ad Emmanuelem
 Luſitaniae Regem. Inſcribit illum *Im-*
peratorem Africae & Guinea & Mon-
tium atque inſula Luna, & Maris Ru-
bri, Arabiae & Perſidis & Armeniae,
Magna India, &c. Hyperbole, pro mo-
 re Principum Africanorum, utitur; &
 Emanueli quae ſua non fuere tribuit.
 At interim non minus admittit eum
 eſſe potuiſſe dominum Maris Rubri,
 quam cujuſcunq; alius territorii, nec
 titulum illum juri Naturae aut Gentium
 magis atque hunc reluctari. Ut tandem
 hanc de Dominio maris inter legitima
 admiſſo gentiumque in Mores recepto
 partem concludamus; non ſolum nu-
 meroſiſſima de eo habemus (ut oſten-

7 Apud
 Franciſc.
 Alvarum
 de rebus
 Ethio-
 picis, &
 Damian.
 à Goes
 lib. de Aethi-
 opum
 moribus.

sum est) passim testimonia; sed nec quid omnino in Gentium, quarum res seculis florere recentioribus, more (puto) occurrit quod heic adverteretur. extra quam ubi ipsarum aliquot, Marium alieni domini & potestatis accollæ. Naturalis & perpetuæ (quæ toties ex Ulpiano inculcari solet apud scriptores sententiam illam obsoletam moribus Gentium diffusissimis vetustissimisque nimium anteferentes) communio- nis obtentu vicinorum jura violare aut infringere contendunt. Quod genus sanè sapit caput primum fœderis ante viginti aut circiter annos ab Ordinibus Fœderatis Belgicæ & Hanseaticis aliquot civitatibus initi: *Quod conjunctio hæc aut unio (ita fœdus ipsum è Belgico sermone à Belgâ versum) non debeat esse directa ad offensionem ullius, sed tantum ad conservationem & sustentationem libera Navigationis, Commerciorum & Mercatorum in Orientali Septentrionali- que Mari, simul ac in fluminibus om- nibus & fluentis se in Orientale Septen- trionali que Mare exonerantibus; nec aliud quid acceptum heic esse debeat; ita ut respectivè confœderati eorum erives & subditi jure omnium Gentium & impe-*

³ Eman.
Meteran.
Hist. Bel-
gic. lib. 36
& apud
Gaspar.
Klockiū
lib. de
Contribu-
tionibus,
cap. 14.

impetratis ac obtentis libertatibus, juri-
bus, privilegiis & à majoribus traditis
consuetudinibus in prædicto Orientali
& Septentrionali Mari usque ad capi-
ta extenso, & in prædictis fluminibus,
omnibus & aquis absque impedimento,
nullo uti & frui queant. Et mutuas pro-
mittunt operas resistendi eis qui libe-
ram hujusmodi impedirent navigatio-
nem in Septentrionali illo atq; Orien-
tali Mari, Baltico scilicet, & quod Da-
niam, Lituaniam, Pomeraniam aliisque
Poloni ditiones alluit. Ubi non solum
libertates & jura antiquitus privatim
concessa, verum etiam ipsum omnium
Jus gentium obtendi videmus. Quo-
spectaret fœdus illud difficile non est
conjectare; Nam, sub id tempus, in
Mari Baltico vectigalia auxerat Rex
Daniæ, & in territoriis suis marinis iti-
dem Poloniæ Rex. Idque ratione, quo-
fruebantur, dominii; cui reluctari visum
est, adhunc modum, Hanseaticorum
& Federatorum Ordinum illud fœdus.
Sed verò, his omisiss, cum è Moribus
tot Gentium illustrium, tum veterum
*tum recentiorum, id est, ex eorum *Inter-**
*tam pluribus *Communi* quam singulis*
Civili seu domestica, Dominium Ma-
ris

sis privatum, de quo quæstio fit, tam
 luculenta sortiatur testimonia (quibus
 etiam non pauca accedent alia obiter,
 ubi de Mari Britannico libro proximo
 agitur) nil, puto, obstat quo minus
 Mare æque ac Tellurem dominii capax
 esse tam ex *Iure Naturali permissivo*,
 quàm *Septimum plurimum tum Civili tum
 Communi*, passimq; fere *Interveniente*
 (quod Naturalis Permissivi index est in
 rebus hujusmodi certissimus) statua-
 mus, nisi maneat quod impediatur in Ob-
 jectis, de quibus proximè videndum.

C A P. XX.

*Respondetur ad Objectionem de libero Mercato-
 ribus, Peregrinis, Navigantibus, transitu.*

Quæ objici solent, (ut Capite secun-
 do superiore est fusiùs ostensum)
 alia ex commerciorum, peregrinatio-
 nis, transeundi libertate omnium (ut
 prætextitur) communi: alia ex ipsa Ma-
 ris Naturâ: atque ex Scriptorum testi-
 moniis alia petuntur. Quod ad genus
 primum attinet; Humanitatis quidem
 officia exigunt, ut hospitio excipiantur
 peregrini, etiam ut innoxius non nege-
 tur transitus. Atque ex D. Augustino,
 Gratiano², *Notandum est quemadmo-
 dum justa bella gerebantur à filiis Israël*

¹ In Nu-
 mer. 9. 41.

² Caus. 23
 quæst. 2.

cap. 3. &
 videfis

Hugon.
 Grotium

de Iure
 Belli &

Paci l. 2.
 cap. 2.

§. 13.

contra Amarrhaos. Innoxius enim trans-
itus denegabatur, qui jure humana so-
cietatis a quissimo patere debebat. Et Ci-
*cero*³*; usu urbis prohibere peregrinos,*^{3 Offic. lib. 3.}
sanè inhumanum est. Alia sunt id genus
*plurima quæ objectionem illam firmant; quæ nimirum humanitatis officia bello, timore, suspitione, inimicitis, id genus ceteris non turbata spectat. At verò quid hoc ad dominium rei, per quam transeundum est sive Mercatoribus sive Peregrinis? Huic non magis derogaret ejusmodi transeundi libertas (si modo citra controversiam eo nomine cunctis pateret) quàm actus, via, iter, aliæve ejusmodi servitutes in agro constitutæ, ejus reluctarentur dominio. Detur, ex Jure Gentium omnium, liberum esse transitum Hispanis per Pyrenæos in Gallias, Gallis per Alpes in Italiam, Italis in Germaniam. Quid hoc ad Pyrenæorum seu Alpium dominium? Et quæ de lumine ex lumine accendendo, non prohibendo aquarum usu, id genus aliis dici solent, heic afferre, est planè à *Juris* disquisitione in eam quæ *Charitatis* est transire. *Charitatis* gratiâ, carcere & poenâ imminente eximebantur aliquot, qui Na-*

ves conficiendi incognitam antè peritiam barbaris tradiderant, impetrante scilicet Asclepiade Chersonesitanæ Ci-

* C. Theod.
dos. lib. 10
tit. 40.
l. 24. &
C. Inst. tit.
de Pœnis.
l. 25.

vitatis Episcopo, sub Arcadio & Honorio Augustis. Nec docentium ars minuta est, ob eam quam docti lucri fecerant. Attamen, ex præstituto jure, capitale erat artem illam barbaris tradere. Ejusmodi hodieque alia. Adeo ut nihil de suo deperdere, dum alius participat, ad dominium aut sui potestatem nihil omnino artineat. Atque ut hanc rem paucis absolvamus, manifestissimum est ex omnium seculorum moribus, liberum (quem vocant) transitum ita semper à Principibus, territorii dominis, temperari solere, ut pro variante commodi publici curâ, nec aliter omnino, permittatur interdicaturve. Alberticus Gentilis, ad illud de Amorrhæis;

⁵ De Jure Belli li. 1. cap. 19. Teneo, inquit ⁵, cum Augustino, si nec nocentur & certum sit noceri non posse. Cura illa Principibus in-

⁶ Inducia Hispan. & Ordin. Federat. Belg. ann. 1609. artic. 12. etc.

cumbit, ut nec peregrinos nec commercia admittant aliter ac, pro re natâ, ne quid detrimenti Respublica interim capiat, prudenter caveant. Unde etiam in fœderibus non raro cautam est ⁶, non esse jus appellendi ad portus, plagas, pro-

monitoria

montoria aliorumque partis (idque ubi
 viæ, per quam transitur, neuter est do-
 minus) *cum tali numero navium aut*
armatorum, ut iusti timoris suspicio ge-
nerari possit vim parari; nisi ex permissu
eius, sub cuius ditione loca illa sita sunt,
aut nisi tempestatibus aliqua necessi-
tate delati illuc fuerint, ad maiorem
vim aut naufragii periculum effugien-
dum. Ex timore aut suspicione domi-
 ni ejusque judicio justè arcentur pere-
 grini, mercatores, advenæ qualescun-
 que, nisi jus aliud interveniat singulare.
 Et Aristoteles aperte ait ⁷, *Legibus ca-*
vendum esse τῆς ἐδῆς καὶ τῆς ἐπιπέ-
μας δῆς ἀπὸς ἀλλήλους, quibus eum com-
municare civēs oporteat & cum quibus
non oporteat. Et rectè Bodinus ⁸; *Sin-*
gularibus pactis Populorum ac Princi-
pum conventis commerciorum jura con-
tineri. Et, *peregrinum finibus arcere,*
atque etiam fines prætervectum ejicere
licet, non modò si bellum indictum sit,
verùm etiam ipso pacis tempore, ne vel
civium mores peregrinorū consuetudines
corrumpantur. Bella autè ob commer-
 cia negata, nisi contra fœdus pristinum
 negarentur aut ex præeunte aliquo titu-
 lo commercandi singulari, libertas illa
 pende-

⁷ *Politica*
 lib. 7. c. 6.

⁸ *De Re-*
publica
 lib. 1. cap.
 7. & 6.
 & vide
 eum lib. 4.
 cap. 1. &
 lib. 6. cap.
 2. ubi de
 aditu
 ad Mo-
 luccas.

penderet, juste suscepta fuisse, iam facile negamus quam quis alius asseruerit.

9 *Tit. de Indis.* Et quantumvis ex Francisci Victoriz sententiâ, jus dicatur competisse Hispanis, Indos, ob commercia & hospitium negatum, debellandi, quem item in primis sequitur Iohannes Solorzanus L.U.D. ; disertè tamen eis adversatur Ludovicus Molina, qui nullam gentè seu Republicam teneri vult, sive cum periculo sui sive sine periculo, commercia aut hospites externos admittere nisi gravi imminente necessitate, aut fœdere aliòve jure singulari interveniente: Et alii sunt non pauci, quos afferunt Hispani, de Indis subactis tituli. Jus etiam prætexunt inventionis, occupationis, conversionis, id genus alia, præter Pontificis Romani donationem. De quibus universis, fuscè Solorzanus ille. Et mirum est ex commercio negato ortum esse Hispanorum jus Indias acquirendi, cum & ipsos & Lusitanos commercia jure posse se prohibere in utrisq; Indiis aperte profiteri, sit compertissimum. Nec obstat, quòd ex jure Romano-Germanici Imperii Princeps vel, ex ejus concessione, habens Regalia, transeuntibus viâ publicâ interdicerè nequeat sine ju-

Et ¹³ causâ, de qua in Camera Imperiali ¹³ Ro-
 decernendum; quod tamen nonnulli *thensal de*
 ad Maris navigandi libertatem perpe- *Iure Foen-*
 ram trahunt. Nam id evenit ex jure sin- *dali cap.*
 gulari, in quod Imperii status convene- *5. de Re-*
 re; qui item Camerae subsunt. Sed non- *galibus;*
 dam convenere Gentes ceteræ singulis *conclus.*
 Imperiis supremis subjectæ, ut libera *21. Six-*
 semper sit hinc inde transeundi facultas; *tinus de*
 nec in Judicem (ut Germani, & si qui *Regalibus*
 alii suo in territorio) compromittere. *lib. 2. cap.*
2. & c.

CAP. XXI.

*Respondetur Objectioni de Naturâ Maris fluxili
 & perpetim mutante. Flumina etiam & Aë-
 rem conterminum (quæ magis fluxilia)
 in proprietatem transire.*

Naturam autem Maris dominio
 privato adversari ajunt tum ex eo
 quod perpetuo est in fluxu, nec omni-
 no idem manet; tum quia desunt fi-
 nium in eo distinctionis idonea tam
 materies, quàm instrumenta; sine qui-
 bus dominia privata non bene confi-
 stunt. Etiam & quia omnibus ex am-
 plitudine perpetuò sufficit. Quod ad
 fluxilem ejus naturam attinet, non-
 ne Flumina & Fontes multò magis in
 perpetuo fluxu? In declive feruntur sem-
 per Flumina, quibuscum Mare colla-
 tum,

tum, ἀκλίτης seu *immobile* ferè stat, quod ait Strabo ¹. Et Homerum ideo Mare τὸ λίμνης seu *paludis* nomine vocitare ait Eustathius ², ἀλλ' ὃ τὸ μὴ ἀπορρέει κτλ. *eo quòd non fluxu fertur, (ut fluvii) sed perquam stabile est.* Atque alter ³; *stat immotum Mare, &, quasi deficientis in suo fine Natura pigra moles.* Sed detur adeò fluxile esse, quod de Maribus maximè Septentrionalibus & Euripis dici solet; Certè Alvei & loci è quibus effluunt aquæ, iidem semper manent, variantibus perpetuò aquis ipsis. Nec tamen inde juri dominii privati Fluminum ulli derogatum esse existimatur. In Imperio Romano-Germanico Flumina usus, ex jure Civili, publica sunt; in privato tamen Cæsaris patrimonio ⁴, atque inter Regalia seu Jura Fiscalia recensentur. Unde & piscationum in eis similiter reditus, sive Cæsari sive aliis quibus ipse concesserit. Qua ratione fit ut Longobardiæ & totius Italiæ populi singulares suorum territoriorum Flumina omnia sibi propria habeant ex præscriptione, quod docet Cæpola ⁵. Nec quid magis obvium est, quàm Fluminum dominium non minus ac riparum

¹ *Geograph. lib. 1.*

² *Ad Iliad. v.*

³ *Senec. Suasor. 1.*

⁴ *Fend. lib. 5. tit. qua sint Regalia.*

Rothen-sal. de In-ve Fend. cap. 5. conclus.

23. & 24 Sixtinus de Regal. lib. 2. cap.

3. & c. 5 De servitut.

Rustic. Prædiorum. cap. 31.

rum afferi in legibus Hispanorum, Gallorum, Polonorum, Venetorum, Gentium denique, quarum mores habemus exploratos, omnium. Nec quantum ad hanc rationem (quæ e naturâ fluxili petitur) attinet, alia est minoris, alia majoris, alia privati, alia publici fluminis naturâ. Etiam ipse Ulpianus ⁶ de Flumine; *Nec differt à ceteris locis privatis flumen privatum.* Et Martianus ⁷; *Si quis in fluminis publici divericulo solus pluribus annis piscatus sit, alterum eodem jure uti prohibet.* Quin in agri assignati modum, uti partes sæpe, olim in Imperio Romano cedebant flumina. Sicut Flaccus, *In quibusdam, inquit* ⁸; *regionibus Fluminum modus assignatione cessit. In quibusdam vero tantum subsecrionis relictus est, aliis autem exceptus; inscriptumque Flumini illi tantum.* Quemadmodum etiam Aggetus Urbicus ⁹. Neque enim unquam existimatum est flumina aliter ac adjacentes agros Populo Principive Romano acquiri, juxta illud Danubii fluvii ad Augustos; *Danubius penitus caput occultatus in oris* ¹⁰. *Totus sub uestra iam ditioe fluo.*

⁶ L. 1. §. 4. ff. de Fluminibus.

⁷ L. 7. ff. de divers. temp. prescript. vide L. 45.

ff. de usucapionibus.

⁸ Lib. de Conditionibus Agrorum.

⁹ Comment. ad Iul. Frontin. de limitibus Agrorum.

¹⁰ Ausonius Epigr. 4a

Et

*Et quæ dives aquis Scythico solvo ostia
Ponto,
Omnia sub vestrum flumina mitto
jugum.*

Scimus, tum insulam in flumine natam,
 tum alveum relictum jure veteri ¹¹ et-
 iam communem esse eorum qui ad
 fluminis ripam prædia non limitata
 possident, pro modo scilicet prædio-
 rum; nisi lex aut consuetudo singularis
 obsistat. Et de divisione hujusmodi in-
 sulæ, pro ratione sive plurium ad alte-
 ram ripam prædiorum sive ad utran-
 que, scripsit olim Bartolus in Tiberia-
 de, & recentius Johannes Buteo, Ba-
 prista Aymus, Antonius Maria, Johan-
 nes Gryphander, alii. Alvei igitur ad-
 eoque fluminis, (utcumque ex Jure ci-
 vili etiam publici, quoad usum; ut agri
 in quo via publica) communis erat an-
 tea in eo casu proprietas dominis utrin-
 que positis. Qualis ¹² ferme rationis et-
 iam analogia, insula nata in Mari non-
 dum occupato, & si quid inædificatum
 fuerit, occupantis sit. Hæverforum e-
 nim hominum primo alveus & Mare
 illud. Ex pacto autem (quod superius
 diximus) universali, quo rerum non-
 dum occupatarum proprietas occupa-
 turo

¹¹ L. 7.
 29, 30.
 65. ff. de
 Acquir.
 rer. dom.
 & Instit.
 de Rerū
 divis. 5.
 Insula.

¹² L. ci-
 tat. & l.
 1. §. 18.
 ff. de ope-
 ris novi
 annunti-
 tione.

turo cederet, is qui ita occupaverit, vel-
 ut à dominis pristinis suo juri ita re-
 nunciandus, insulam & fundū ædium
 accipit. Cum igitur Fluminum pro-
 prietas & dominium privatum nullibi
 non agnatum fuerit, cur non itidem &
 Maris cujuscunque agnoscendum est
 dominos esse posse? Non magis in hoc,
 quàm in illis reluctante natura fluxili.
 Immo ipsa Flumina sunt Maria mino-
 ra, uti etiam Paludes & Lacus; quem-
 admodum Mare ipsum aliud non est
 quàm flumen, palus, lacus à ceteris
 magnitudine duntaxat (quantum ad
 fluorem) discrepans. Atque ita veteri-
 bus est acceptum. In ipsa Creationis
 historia omnes aquarum congregatio-
 nes Maria dicuntur, quod & Patres
 ad hanc rem observant. Etiam exem-
 pla sunt in sacris literis illustra de la-
 cubus binis Asphaltide & Tiberiade,
 quorum uterque pariter & Maria dicta.
 Asphaltitis Plinio; Ptolemæo, Josepho,
 Solino, Vitruvio, lacus est: Mosi verò
 Mare salsum¹¹; recentioribus plerun-
 que, Mare mortuum. Tiberiadis item
 veteribus lacus dictus, ut & D. Lucæ¹²,
 cæteris Evangelistis Mare nominatur,
 quemadmodum etiam Syri & Arabi in

¹³ Eucha-
 risticus ad
 Genes. 1.
 D. Hiero-
 nymus,
 alii. Ad-
 de Joh.
 Philopo-
 num de
 Mundi
 creatione
 lib. 4.
 cap. 6.
¹⁴ Genes.
 14. 3.
¹⁵ Cap.
 p. 1.

D. Lu-

16 *Me-*
teorolog.
lib. 1. cap.
13.

D. Lucæ versione. Et Aristoteles sub
Caucaso, inquit ¹⁶, lacus est seu λίμνη,
καλῶσι δ' οἱ οὐκ ἴσμεν ἡλιαν, sed aequalia ap-
pellant mare. De palude loquitur Mæo-
tide; quæ etiam ob aquarum copiam
quas per Bosphorum Cimmesium in
Pontum Euxinum evolvit, Mater Ma-
ris, seu Ponti Mater nuncupatur apud
veteres ¹⁷. Unde & ita se habuisse Mæo-
tidem ad Pontum, Propontidem, &
Mare Ægeum, ut Oceanus ad Ma-
re Mediterraneum se habet, putabant
aliqui.

17 *Hero-*
dot. in
Melpo-
mene.
Plin. lib.
6. cap. 7.
Dionys.
Afer &
ad eum
Eusta-
thius.

Oceanumque negant solas admittere
Gades;

18 *Phar-*
sal. 3.
19 *Histor.*
lib. 3.

quod, de eâ Lucanus ¹⁸. Quin, Justi-
niani ævo, Parvum Mare dictum fuisse,
scimus ex Agathia ¹⁹. Et Festus Avie-
nus ²⁰, ad Probam;

20 *In Oris*
Mariti-
miis.

Interrogasti (si tenes) Mæoticæ
Situs quis esset æqueris.

21 *Plin.*
lib. 3. c.
16. He-
rodian.
lib. 8.

Quo factum est ut etiam hodie *Mar*
della Zabach & Mar della Tana appel-
laretur. Sic in Italia paludes Etidani Ge-
psem, *Septem maris* ²¹ nuncupati sol-
ta. Et in Larium Gallie Cisalpinæ la-
cum Adduam fluvium (ut in proprium
Mare) devolvi legitur apud Cassiodo-
rum ²². Hinc est quod Hesychio & Sui-
dz

22 *Va-*
riar. lib.
11. For-
mül. 147

de Lacus seu *Λίμνη* denotet Oceanum & Mare, & *ποταμός* seu Fluvius ipsum Oceanum. Neque heic nefas est, ut *ποταμός* *ἰαλίαν* *εἰς* *ἕλκος*, fluvius cum Mari contendat; utcunque alias in proverbium abiit in eos qui cum potentioribus certant. Etiam Homero ²³,

— *Σαδόνυς βέθυος λίμνης*

Profundo alti lacus, usurpatur pro profundo Maris. Ex alibi *εὐρυπέλας λίμνη*, *perpulcherrimus lacus* pro Mari habet ille, quod & advertit Olympiodorus ²⁴. Immo ipsum Oceanum statuere veterum aliquot unum esse ²⁵ ex quatuor fluminibus illis maximis quæ ex Tartaro seu ejusmodi barathro quales fingunt nonnulli ²⁶ ad septentrionem reperiri, effluunt; cæteris tribus ad occultos terræ meatus damnatis. Quin Oceanum Britannicum

— *incerti stagna profundi*

appellat Lucanus ²⁷. Et barbaro-latine passim usurpatur *Μαρίσενς* ²⁸ pro palude, ut Maris diminutivum, quod etiam in alias aliquot linguis transivit, pro idiomatum varietate mutatum. Alia ad hanc rem observant alii ²⁹. Adeo igitur re, naturâ, nomine eadem sunt, maria, flumina, congeries cæteræ aquarum, (quan-

²³ Iliad.
²⁴ Ad Aristot. Meteorologic. lib. 1. *prax.* 16.
²⁵ Plato in Phædon.
²⁶ Vide Girald. Cambres. Topograph. Hibern. dist. 2. cap. 14.
²⁷ Pharsal. 2.
²⁸ Claud. Salmas. in Plin. exercit. ad Solinum. pag. 577.
²⁹ I. Drus. Observat. 9. cap. 20. *et ad difficult.* loca Numer. cap. 133.

Et Albe-
rius Ge-
tilis in le-
ctionibus
Virgilia-
nis, cap.
27. Cal.
Rhodi-
gin. lect.
Antiq.
lib. 26.
cap. 14.

quantum ad id, quod disputamus, per-
tinet) ut quicquid de his, de illis etiam
fit pariter dicendum; nisi ex amplitudi-
ne & angustiis tantummodo discrimen
inducatur, quod in ratione domini
(ubi occupationi locus est) locum ha-
bet nullum. Accedat id quod de fluxili
horum naturâ, seu aquis semper in al-
veo mutantibus dici solet, ex ipsa do-
mini & possessionis ratione heic non
magis obstare, quam fluidam Aëris na-
turam dominio & possessioni Spatii
fundo seu ædibus sursum contermino.
Spatium illud planè velut alveus est aëri
perpetuò fluitanti; cujus tamen civili-
ter dominus planè est qui fundum &
ædes possidet. Inde servitutes de ædi-
bus non alijs tollendis, de luminibus
non efficiendis, seu de prospectu, id ge-
nus aliæ, constitutæ sunt in ipso aëre
contermino. Unde in opere novo nun-
tiato, *Tam soli quàm cœli mensuram
esse faciendam*, ait Pomponius ³⁰. Et
obviatum est, ejus esse Cœlum seu Aë-
rem, cujus est solum. Unde ad illud Pau-
li arborem in confinio natam dominis
utrinque esse communem ³¹, pro qua
parte in fundo fuerat; Johannes Buteo
in questione de divisione fructus ejus-
modi

30 L. 21.
ff. tit.
quod vi-
ant clam
§. 2.
31 L. 83.
ff. tit. Pro
socio.

modi arboris ; *Intellige, inquit* ³¹, *fun-* ³¹ *Tract.*
dam aërem ipsum fundo superfusum, *de Divi-*
 quem perpendiculis à ramorum extre- *sione fru-*
 nitate metitur ipse. Et sanè ideò Do- *ctus ar-*
 mini sumus fundi, ædium, spatii quod *boris in*
 singulatim Domini occupamus, ut, ex *confinio*
 eorum commodis, suo quilibet conter- *nata.*
 mino utcunque fluitante aëre (quod
 hominum elementum est) ejusque spa-
 tio ita liberè & beatè utatur fruatur,
 aliosque inde pro libitu arceat, ut ma-
 ximè ejusce dominus etiam habeatur
 & sit. Multò minùs igitur aquarũ fluor,
 qui adeo minor est, dominio aliquate-
 nus reluctatur. Et quæ ita fluitant na-
 turaliter, manent tamen civiliter sem-
 per eadem, ut Thesei navis, domus,
 universitas, toties resecta, ut primarum
 partium ne unica jam reperiatur. Sed
 subtilitate hac futili Maris dominium
 impugnantes, ad Philosophos ablegan-
 di sunt, maxime Heraclitum ³² & Epi- ³² *Diog.*
 charmum, qui in momenta rem quam- *Laërt. in*
 libet ita mutari, variari, novari docue- *Heracli-*
 re; ut nihil omnino in Terrarum Orbe *to, &c.*
 restet jam nunc idem cum eo, quod,
 ipso jam nunc præterito momẽto tem-
 poris, fuerat. *Nemo* (inquit Seneca ³³, ³³ *Epist.*
Heraclitum imitatus) est mane qui fuit ³⁸.
 H *pridie.*

pridie. Corpora nostra rapiuntur fluminum more. Quicquid videt currit cum tempore. Nihil ex his qua videmus, manet. Ego ipse, dum loquor mutari ista, mutatus sum. Nec solum idem flumen hominem bis non accipere, sed nec eundem hominem bis in eundem gurgitem ingredi posse, solenne erat Heracliti dictum. Vnde ἐν τῷ Ἡρακλείτῳ ἀπαντα ποταμὸν πρᾶγμα ἑμβάλλει, *Omnia in Heracliti fluvium conijcere* usurpatum, pro eo quod est, continentem & perpetuam uniuscujusque rei à se ipsâ mutationem asserere. Horum autem, in Civili rerum consideratione, amplexentur sententiam ii, qui fluxilem Maris Naturam dominium Maris privatum refellere somniant; & nec ipsos quid sive fundi, sive ædium, vestium, pecuniæ aut rei cujuscunque ut dominos possidere, necesse est ut simul fateantur.

C A P. XXII.

Objectis de Finium, & Terminorum Maris defectu, ejusque magnitudine & inexhaustâ abundantia, respondetur.

Sequitur quod de Limitum ac Finium defectu objicitur. Et sanè adeo optandi sunt passum, ubi dominia distinguun-

guuntur, limites aperti, ut nihil magis. Nec immeritò Terminus, Justitiæ Deus, Romanis olim habitus. Finium autem ratio aut in litoribus consideratur, aut in diffuso æquore. Cur litora non tam fines sint legitimi quibus innitatur Maris domini distinctio, & dicendi & censendi, quàm fossæ, vepres satæ, supercilia, arborum antemissarum ordo, maceræ, alia à Gromaticis in agrorum finibus regundis adhiberi solita, non omninò capere possum. Nec Sylvanus ita magis tutor finium est, quàm Neptunus. Attamen Vir magnus; Est, inquit², *Naturalis ratio qua Mare consideratum ut diximus proprium fieri vetat; quia occupatio non procedit nisi in re terminatâ; unde Thucydides terram vacuum vocat ἀόριστον interminatam, & Isocrates terram ab Atheniensibus occupatam τὸ ὑμῶν ἀφορισθεῖσαν à vobis terminis finitam. Liquida verò quia per se non terminantur (τὸ ὑπερὸν ἀόριστον οὐκ ἔστιν ὄριον, inquit Aristoteles) occupari nequeunt, nisi ut contenta in re alia; quomodo lacus & stagna occupata sunt, item flumina quia ripis tenentur. Mare verè terra non continetur, par Terra aut Terra majus; Vnde Terram*

*Plu-
tarch. in
Numa.*

² Hugo
Grotius,
de Jure
Pacis &
Bellii lib.
2. cap. 11.
§. 3.

Mari contineri veteres dixerunt. Et testimonia veterum dein affert, quibus Oceanum cingulum seu vinculum esse Orbis terrarum, ejusque ambitu terras omnes convallare non semel affirmatur, & Terram aquâ seu Mari contineri, finiri; ac si Terra tota velut insula unica esset Mari³ circumfusa, quod toties Veteribus dictum. At verò detur id recipiendum (quod, puto, neque doctissimum illum virum nec quem alium concessurum) non omnino video, cur tam id quod continet non reverà finiat^{ur} eo quod continetur, quàm hoc illo. Nonne corpus sphæricum, seu qualifcunque figuræ minus, à majori quod circumquaque contiguum est, contentum, finis & limes est dicendus majoris concavo, æque atque hoc convexo minoris? Verùm de Mari ac Terrâ rectissime Julius Scaliger⁴; *Non ab altero alterum ita continetur, quin illud quoque contineat. Neque inter se adeo sejunguntur, quin vicissim tum subeant tum abscedant.* Flexibus sinuosis vicissim se amplexantur Mare & Tellus; hæc porrectis peninsulis & promontoriis atque sinibus reductis; illud spiramenta magnitudinis suæ circum exæstuans. Ita alte-

³ Cicero in Somnium Scipionis. & vide Ioh. Philoponum de Mundi creatione, lib. 4. cap. 5.

⁴ Exercit. 37.

alterum alteri planè fines indiscriminatim constituit, non aliter ac Ripæ & lacus aut flumina; quod & in Mari Caspio tellure circumdato manifestius est. Uti & in Mediterraneo; antequam ab Hercule seu (ut volunt Arabes ⁵) ab Alexandro Magno, incisiss montibus, immissus est per fauces jam dictas Gaditanas, Oceanus Atlanticus. Inde globus ille unicus conficitur, in quo Maria compluria terminantur, ut insulæ ipsæ seu continentes. Quod ex sacris literis liquidius constat. Congregantur ibi aquæ & locis suis terminisque ⁶ finiuntur. Et Dominus ipse de Mari; *Circumdedit ⁷ illud terminis meis & posui vexilem & ostia; & dixi, Usque huc venies, & non procedes amplius. Alibi ⁸; Circumdabat. Mari terminum suum, & legem ponebat aquis ne transirent fines suos.* Adeo ut dubitari nequeat quin suos habeat in litore terminos Mare quodcunque; ut Tellus ipsa. Nec hâc de re verbum fecissem, nisi rem à tanto viro impugnatam comperissem. In diffuso autem æquore vix est difficilius Terminos & limites, quibus distinguantur privata dominia, invenire. Scopulos eminentes, breviam, adversa invicem

⁵ *Geograph. Nubiens. Climat. 4. part. 1.*

⁶ *Damascen. de Orthodoxa fide lib. 2. cap. 9.*

⁷ *Iob. 38. 10.*

⁸ *Proverb. 8. 29.*

promontoria, insulas hinc inde sparsas habemus, è quibus linearum rigores, versuræ, coxæ, gammata sumantur, ad territorium Marinum terminandum.

Mille jacent media, diffusa per aquora, terra;

Innumeri surgunt scopuli, montesque per altum.

Numèrantur item veteribus Orbis terrarum Maria non aliter ac Oppida, Flumina, Insulæ, Montes; veluti non minus invicem determinata. Æthicus,

9 In Cosmographia.

Omnis, inquit, Terra Orbis habet. Maria xxx, Oppida ccclxx, Insulas lxxii, Flumina lvii, Montes xl &c. Dein etiam, Maria Oceani Orientalis, Occidentalis, Borealis, Australis sigillatim, eodem modo quo Provincias ac insulas eorum, recenset. Quàm verè, non disputo; sed satis nominibus ac terminis distingui interea Maria, non dubitavit. Accedit egregiæ Nauticæ pyxidis & Graduum cælestium sive Longitudinis sive Latitudinis, atque, ex hisce, doctrinæ Triangulorum auxilium. Etiam in coloniis ex Europâ in Americam ævo nostro deductis, Latitudinis & Longitudinis gradus sunt Possessoribus termini; quales in Mari non difficiliter habentur.

bentur. Tropicus item Cancrī & Æquator in mari fuere termini quibus finiri voluere aliqui ¹⁰ fœdus inter Ordines Belgicæ fœderatos & Austriacos anno MDCVIII. contrahendum. Et in fœdere inter Magnæ Britannicæ & Hispaniarum Reges nupero ¹¹ Æquator est in Mari terminus. Ejusmodi alia occurrunt. Sarpedon & Calycadnus Ciliicæ promontoria sunt ad Marinum dominium distinguendum termini in fœdere ¹², à Romanis & Antiocho Syriæ rege, inito. Uinarum etiam in objacente prædiis mari numerus epochis piscatoriis statuitur in Leonis imperatoris sanctione, de quâ suprâ. Similiter Cyaneæ & Chelidonis insulæ, in fœdere Attico ¹³ cum Persarum rege inito. De quibus etiam antè. Quin de finibus hujusmodi non dubitarunt aut Alexander VI & Cardinales sui, aut Regis Catholici procuratores, cum impetrabatur bulla illa decantatissima, quâ Orbis Occidentalis concessus est Regi; ita finiendus, ut lineâ à Polo Arctico ad Antarcticum fîctâ qua distaret à qualibet Insularum, qua vulgariter nuncupantur de los Azores y Cabo verde, centum leucis versus occidentem & Meri-

¹⁰ Apud Emanuel Meternum Rer. Belgic. lib. 28.

¹¹ Ann. 1630. art. 2.

¹² Polyb. ia Eclog. de legationibus, cap. 35. & Livius Decad. 4. lib. 8.

¹³ Plutarch. in vita Cimonis.

H. 4. diem.

²⁴ *Laërt. diem* (quæ sunt Bullæ verba ¹⁴) res do-
Cherubin. nata, parte citeriori, terminaretur. Un-
Bullar. de Hieronymus de Monte ¹⁵, Termini
zom. 1. in caelo & aëre positi sunt, inquit, tem-
pag. 393. pore Alexandri Papa VI inter Lusita-
²⁵ *Tract. nos sive Portugalenses & Castellanos,*
de Fini- dividendo insulas India tunc noviter
bus Re- repertas, per lineas Graduum Cœli; &
gundis quicquid reperiebatur à parte Orienta-
cap. 7.8. li erat Portugalensium, & à parte Oc-
cidentalì erat Castellanorum. Certè
heic non magis Telluris partes, sive
Insulæ sive Continentes, quàm Maris
spatia mensurabantur finiebanturque.
Quin obvium est apud Jurisconsul-
tos, etiam eos qui interea Maris om-
nimodi communioni sunt additif-
²⁶ *Bar-*
tol. tract. simi, centum Milliaris ¹⁶ Jurisdictionem
de Tibe- nem Domini adjacentis regionis prz-
riade. & finire. Interdum sexaginta occurrunt
DD. in Iure quodammodo (inquit Bodinus ¹⁷)
l. insula Principum omnium Maris accolarum
Italia. ff. communi receptum est, ut sexaginta
tit. de In- milliaribus à litore, Princeps legem ad
dicium. litus accedentibus dicere possit; atque id
²⁷ *De Re-*
publica judicatum est in causa Ducis Allobro-
lib. 1. gum. Quod ex Decisionibus Cacherani
cap. 10. Pedemontanis observat. Etiam & pro
maris confinibus Finium regundorum
agi

agi posse docent Jurisconsulti Cæsarei
 18 celebres. Mensuræ igitur & Termini-
 norum, etiam in Mari, usum satis hi
 agnoscunt. Quod verò ad illud D. Am-
 brosii atinet; *Geometram audi vimus,*
Thalassometram nunquam audi vimus;
 Iustus sanè est vocabulorù magis, quàm
 argumentum in rem, quam tractamus.
 Et de variis variorum piscium sive an-
 tris sive regionibus à Deo destinatis in
 Oceano, non de Civili Maris distribu-
 tione ibi loquitur vir sanctissimus. Ne-
 que erat cur de Thalassometra, ut pror-
 sus inaudito, ita loqueretur. Scimus e-
 nim apud Græcos, quibus dominia Ma-
 rina eorumque distinctiones fuisse fre-
 quentissimæ, & perquam variæ, etiam
 & Thalassometras repertos esse; nec
 minus ex Geometriæ principiis Mare,
 quàm Tellurem mensuratum. Proclus
 Mathematicus insignis, de Geometriæ
 præstantiâ agens, *Locorum*, inquit 19,
 scitus cognitos fecit, μέτρα τε ὑψηλῶν
 τε καὶ τῆ γῆς ὁδῶν, τε ἢ τῆ καὶ θαλασ-
 σῶν, *Mensuras item itinerum tam per*
Mare quam per Terram. Quin instru-
 menta habuere Thalassometrica, quas
 θαλασσοδομείτρας, *Maritimorum itine-*
rum mensuras appellitarunt Græci, sal-

18 Hiero-
 nym. de
 Monte,
 Tract. de
 Finib.
 Regundis
 cap. 39.
 Baldus,
 alii ibi
 citati.

19 In Eu-
 clidis lib-
 1. lib. 2.
 cap. 3. in
 grecis
 pag. 18.

tem recentiores, & ex Archimedeâ doctrina didicisse atque posteris tradidisse Heronem, Anthemium, Mathematicos alios veteres, scripsere. Hosce scilicet ait Joannes Tzetzes²⁰ ex Archimedis libris Hydrica & Pneumatica hausisse instrumenta.

20 Chi-
liad. 13.
cap. 457.

Βαρυλαγί τε σύμματα ἢ θαλασσοδ-
μέτρας

Et machinas quibus Gravia traherentur, & Instrumenta Maris itineri mensurando Thalassodometras dicta. Nil igitur ex Maris mensurandi ratione obstat, quò minus tum materies tum instrumenta, quibus distinguantur ejusce dominia, habeantur. Id demum quod de magnitudine Maris atque inexhaustâ abundantia dicitur, omnino parum heic valet. Detur inexhaustum esse, adeo ut qui privatim sibi vendicaverit, nil inde damni ex aliorum usu tulerit; quid hoc ad jus domini magis, ac detrimento non esse Domino ignis aut candelæ, ut alius lumen de suo lumine accenderit? Ergone is minus ignis aut candelæ suæ dominus. Sed verò ex aliorum piscatione, navigatione, commerciis ipsum Mare deterius Domino cæterisque ejus jure gaudentibus fieri

NON

non raro videmus. Scilicet minui, quod
 aliàs inde percipi posset, commodum.
 Quod manifestius cernitur in Marium
 usu, quorum fructus sunt Uniones, co-
 rallium, id genus cætera. Eriam minui-
 tur in horas Marium hujusmodi abun-
 dantia, non aliter ac siue Metallum fodi-
 narum ac lapicidarum, siue Horto-
 rum, quando fructus eorum auferun-
 tur. Atq; non minùs hoc nomine quam
 siue piscationis siue navigationis provē-
 tu, solenne habetur Mahumedanis (gen-
 ribus diffusissimis) Maria sua æstimare,
 quod videre est apud Pseudopphetam
 illum, ubi de Numine ait ²¹ sanctissimo;

²² In Al-
 corano,
 Azoara:
 16. in
 Cod. A-
 rab. 26.
 in Lati-
 no.

وهو الذي سخر البحر
 لتأكلوا منه لحما طرياً
 وتستخرجوا منه حلية تلبسوها

ipse est qui in usum vestrum præparavit
 Mare, tum ut ex eo in cibum carnes
 sumatis recentes (ut piscatu utamini)
 tum ut ex eo extrahatis ornamenta qui-
 bus vestiamini. Ornamenta illa inter-
 pretatur præstantissimus Alcorani para-
 phrastes Mahumedes Ben Achmed per-

اللولو والمرجان Corallium & unio

nas, quæ verba etiam in ipso Alcarono
 22 *Azoar.* alibi ²² pro primario Maris commo-
 55. *sed in* usurpantur. Unde item Corallii inda-
cod. La- gandi venia in fœderibus Imperatoris
 22n. 65. Turcarum interdum concessa, ut supra
 notatur. Etiam Plinius, de Maribus O-
 rientalioribus maximè; *Parum*, inquit,
 23 *Hist.* ²³ fuerat in Gulæ conditi Maris nisi ma-
Nat. lib. nibus, auribus, capite, toto corpore, è
 23. cap. 35 *foemina juxta virisque gestarentur.* At
 vero etiam in Maribus Occidentalibus
 margaritas & uniones reperiri sæpius,
 satis scimus; & olim repertos crebrus,
 docet ille. Quin in *Britannia* (ita scri-
 bit) *parvos, atque decolores nasci certum*
est (id quod etiam nunc ignoratum est
 nostratum nemini) *quoniam Divus*
Julius thoracem quem Veneri Genitri-
ci in templo ejus dicavit ex Britannicus
Margaritis factum voluerit intelligi.
 Imo *Britanniam* petiisse Cæsarem spe
 margaritarum, multi prodiderunt, quod
 24 *In Ju-* testatur Suetonius ²⁴. Pretium ejusmodi
lio, cap. transitus in *Britanniam*, ipsorumq; sive
 47. & unionum sive concharum, è quibus illi
videfis germinant, qualicunq; in mari frequen-
G. Cam- tiam minui posse ex promiscuo maris
den. in usu, nemo non videt. Vbinam igitur in-
Britan- exhausta commodorum maris ejusmodi
nia pag. aban-
 630. &
 721.

abundantia, quæ deterior fieri nequit?
Et similis sanè ratio qualiscunque piscationis. Sed ea de re quid multa? Nonne ad ravim usq; passim apud Jurisconsultos, maximè Imperii Romano-Germanici, hodie inculcatum esse comperimus, atq; olim florente Romanorum Imperio millies dictum, *Cæsarem*

²⁵ esse *Mundi*, seu *totius Orbis Dominum*? Pro Romanorum more, *Ovidius* ²⁶,

Gentibus est aliis tellus data limite certo:
Romana spatium est Urbis & Orbis
idem.

²⁵ L. 9. ff. tit. ad legē Rhodiam, etc.
²⁶ Fastorū lib. 2.

Mare (puto) non est magis inexhaustū, quàm orbis totus. Magnitudine, abundantia huic illud, ut pars Toti, plurimū cedit. Non igitur ex hac causā impugnandum Maris dominium; nisi & non solum effatum illud de universo Cæsaris dominio manifestò falsum (ut oportet) sed etiam ipsi naturali rationi adversum ob orbis magnitudinē & abundantiam pariter asseramus. Rectius igitur ii, qui ut Mundi seu Telluris dominus est, ex Jure veteri, Imperator Romanus. (partis scilicet ejus amplæ) ita etiam esse eum Maris dominum ²⁷ volunt. Neque obstat illud Antonini Augusti,

²⁷ Io. Grotii *de Jurisdictione Insulae* cap. 14. §. 65. &c.

gusti, ubi se Mundi Dominum, sed Legem (ut vulgo intelligitur) Maris appellat dominam; quod non aliud (si

²⁹ *L. de-
precatio
9. ff. ad
legem
Rhodiam.*

detur responsum ejus ²⁹ ita intelligendum esse) significat, quàm ita in Rebus Nauticis obtinere leges Rhodias, ubi Romanis non adversarentur, ut suis rescriptis non omnino contra easdem

³⁰ *Disputa-
tionum
lib. 2. c. 5.
30 Infr a
cap. 25.*

(utcumque utrarumque Moderator ipse & dominus) dijudicare vellet. Neque aliter ferè Alciatus ³⁰, alii viri doctissimi illud interpretantur. Sed de responso illo Antonini, plura mox ³¹. Adeo ut non minus aut angustius Romanorum Imperium in decantatissimo illo, de universali dominio, pronunciato esse intelligerent veteres, quàm inter

³² *In Sa-
tyrico.*

eos Petronius Arbiter ³²; ubi hisce rem explicat;

Orbem jam totum victor Romanus habebat;

*Quà Mare, quà Terra, quà fides cur-
vit utrunque.*

³³ *Eme-
rita; apud
Gruterū
p. 149. 4.
34 Suetonius in
Octavio
cap. 22.*

Et vetus Inscriptio ³³ de Octavio Augusto, ORBE MARI ET TERRA PACATO, JANO CLVSO, &c. quemadmodum item historici ³⁴ *Innum Quirinum Terra Marique paci parta ser. clausit.* Tam Maria quam Tel-
lurem

terem amplissimâ ditionis Romanæ magnitudine contineri (quod & superius ostensum est fufius) volebant.

C A P. XXIII.

Testimoniis, quæ Scriptoribus aliud agentibus excidère & in Marii dominium afferri solent, respondetur.

Restat, ut adversas heic Scriptorum sententias superius exhibitas, quæ authoritatem in se ferant, expendamus. Quod ad illa Plauti & Phœnicidis poetarum attinet; joculariter quidem agere Trachalionem servum nequam cum Gripo piscatore, apud Plautum liquet. Generatim commune esse omnium ait Mare, quod tam nondum occupatum significat, quàm necessario & naturaliter commune. Et quàm hoc, illud potius eo in loco. Quin communem seu nondum occupatam piscationem esse, intelligi potest; id est, populi sive Romani sive Græcorum cujuscunq; (nam utriusque, ut ex superioribus liquet, dominium erat alicujus Maris ante Plauti tempora) dominium ejusmodi fuisse, ut pro suo libitu quidem Mari suo uti possent; præternavigantes &, si quæ fuerint, commerciorum in eo incommoda impediendo arcendoque. Piscatione tamen

men nemini: haftenus eos ita eo in æquore (de quo verba fiunt apud Plautum & Phœnicidem) interdixisse, quin communis, ea siue civibus siue vicinis maneret, velut agri compascui usus; cuius tamen reverà possit esse dominus singularis cetera sibi commoda percipiens, quod passim evenit. Sed & postmodum etiam, maximè in Imperio Orientali, seu apud Græcos, piscationis Marinae privatum jus in patrimonium tam privatorum quàm Principis transiisse, ex supra ostensis est manifestum. Adeo ut hujusmodi dictorum vis in privatum Maris dominium adducta, evanescat citò omnis. Quod verò ex Ovidio habetur; *Quid prohibetis aquas?* &c. (quo hæc in re disputandâ usitatus ferè nihil est) id non tam cõmunionis aquarum assertio est, quàm vehemens & hyperbolica rusticæ turbæ Lyciorum inhumanitatis increpatio. Haustum sitiens & fessa petit Latona; idque ex lacu. Negant barbari. Increpat eos meritissimò illa. Sed non aliud facit hæc vehementer, quàm Ampelisca apud Plautum¹ placidè, Sceparnioni servo aquam neganti;

¹ In Rudente
act. 2.

Curtu (inquit Ampeliscæ) *aquam gravare amabò, quam hostis hosti commodat?*

Quicquid enim sine detrimento possessoris commodari, communicari poterit, id ut etiam ignoto poscenti seu peregrino tribuatur, exigitur sæpe ex officio humanitatis. Hostis enim ibi peregrinus est, ut priscis ² non raro: Quod etiam ex Sceparnionis quæstione, quâ puellam ludificatur, dignoscitur.

² Festus in verb. Hostis & Cicero de offic. lib. 1

Curtu, ait ille, *operam gravare mibi, quam civis civi commodat?*

Civem peregrino opponit. Ex eodem humanitatis officio manant illa, Non prohibere aquâ profluente, pati ab igne ignem capere, lumen de lumine accendere, ejusmodi alia, quæ accipienti utilia, danti seu permittenti non molesta. Atque hoc morum duntaxat præcepto, quod Charitatis est, nituntur tam Latonæ quàm Ampeliscæ postulata. Dominium aquarum privatum non negant. Non Latona lacûs; (cujus privatum dominium esse fatentur omnes.) non putei, unde aquam Veneris sacerdoti poscebat, Ampeliscæ. Etiam de lacu mediocris aquæ, Latonæ illa verba fiunt. Ovidius ibi;

Forte

*Forte lacum mediocris aqua prospexis
in imis*

Vallibus. —

Et postquam se in publica munera venisse dixerat, subjungit;

Qua tamen ut detis, supplex peto. —

Non magis quid ibi reluctatur Aquarum dominio quàm rerum quarumcunque, ad quas spectare possit illud Ennii;

Nihilominus ipsi lacet, quosmo illi accenderit.

Atque hominum communia videntur quæ sunt ejusdem generis omnia, ut monet Cicero. Quæ tamen communio dominio, quod dispicimus, non omnino derogat; nisi amicitiz (qua omnia Philosophis communia dicta) Charitatis, liberalitatis jura, Dominio privato adversari quis temerè dixerit. Neque magis contrà facit quod è Virgilio affertur. Quid hoc est? *Cunctis parere undam*; dixit Virgilius, seu apud eum Ilioneus, de Mari Tyrrheno locutus. Ergo unda non potest omnibus unquam jure non parere. Argumentum satis futile. Nulla tellus fuit in primariam distributionem non veniens quæ ante occupationem particularem cunctis non pateret. Quin non jus
apud

apud Virgilium, sed officium humanitatis tantummodò à Latino Rege petitur. Etiam & compensatio promittitur.

*Non erimus (inquit) regno indecores,
nec vestra feretur
Fama levis, tantique abolefcet gratia
facti.*

Beneficium igitur ex indulgentia Principis accipiendum erat, agnoscendumque; non ex Naturæ omnibus communi jure exigendum, juxta Poëtæ mentem. Etiam interdum pro ipso aquæ usu vegetigal seu pensionem præstari passim scimus. Quin apud Batavos habetur jus *Gruta* dictû in tractu Delphensi; quod penes comites Plumarios semper existit (*Pluym-graben* vocitant) quo coctores Cerevisarii pro usu aquæ centesimam (ut memorat Hadrianus Junius ³) illis persolvunt. Ejusmodi sunt ³*In Historia Batava. c. 19* alia obvia. Quod demùm occurrit apud Magistros Hierosolymitanos de Alexandro, id tantum evincit existimasse eos Alexandrum Maris dominium natum non fuisse. Non jure potuisse nancisci, neutiquam ajunt; nec sanè nisi suo, in Mari Magno seu Phœnicio, juri (de quo supra ex eorum scitis jam diximus)

diximus) renunciarent, sine incogitantia crassa id dicere quiverunt. Et quicquid illi de Alexandro Hierosolymitano obiter; certè Flavius Josephus ipse Judæus & Jurisconsultus apud Ebræos sui ævi (si ipsi fides) celeberrimus, appellat

⁴ De bello
Indaico
lib. 3. cap.
27.

Vespasianum Cæsarem *δευότιω* ⁺ *καὶ* *ἡ* *ῆς* *καὶ* *θαλάσσης*, *Dominum tam Maris quàm Telluris*. Atque affectasse regnum tam Maris quàm Telluris Alexandrum ait Julianus⁵: Quod & in deliberationem venit in Senecæ Suasoriis⁶.

⁵ Orat. 3.

⁶ Suasor.

1.

Sed hæc omnia ex Scriptoribus aliud agentibus, quod & animadvertendum est. De Jurisconsultorū igitur, quæ reluctantur, sententiis postremò videamus.

C A P. XXIV.

Ad Objectionem ex Jurisconsultis Veteribus depromptam Responso.

Jurisconsultorum, qui adversi, sunt veteres alii, alii recentiores. Si Veterum quantacunque introspiciamus testimonia, hoc solum ex illis de *Maris* communiōe eliciendum est; existimasse quidem nonnullos, magni nominis viros, Mare ex jure Naturali & Gentium esse omnium hominum semper & necessariò commune; quod tamen

nendum plurimorum seculorum, gen-
 tium plurimarum Mores & Jura, sive
 Civilia sive Intervenientia, diligenter
 circumspicimus, omnino aliter se ha-
 bere apertissime comperitur. Nam id
 satis superque in jam ostensis compro-
 bavimus. Idque non solum ex Histori-
 cis classicis (quorum, in Populorum
 moribus, maxime publicis, indagandis
 aliisque ad ipsa Jura spectantibus, sæpi-
 sime usus est maximus ¹) verum etiam
 ex ipsis Fœderibus seu Jure plarium
 Gentium Interveniente, etiam & Juris-
 consultis aliis non minoris nominis,
 Principalibusque in Imperio Constan-
 tinopolitano edictis, præter alia non
 pauca, unde quid ex Jure Naturali per-
 missivo sit hæc in se statuendum facile
 quis possit ediscere. Etiam & ex Jure
 Naturali seu Gentium licere voluere
 veterum aliquot in alienâ sylvâ vel
 agro venari & aucupari, atque in stagno
 alieno vel lacu, nedum flumine, piscari,
 ni dominus præoccupans interdiceret.
 Hæc inquit Cajacius, *Romani pruden-
 tes, qui jus Gentium propius subsequuti
 subacta censuerunt. Mores tamen ubi-
 que passim jus Gentium subegerunt,
 adeo ut ne in flumine quidem publico
 piscari,*

¹ Vide
 Gaspar
 Klockius
 lib. de
 Contribu-
 tionibus
 cap. 20. §.
 463. &
 seqq.

² L. 3. ff.
 de acquir.
 rer. dom.
 & Instit.
 de rer. di-
 vis. §. Fe-
 ra igitur
 bestia. &
 l. injuria-
 rum 13. ff.
 de inju-
 riis. §. ult.
³ Observ.
 lib. 4. c. 2.

4 Ad lib. piscari, neque in agris liberè venari aut
 5 Feud. aucupari liceat. Atque idem alibi +;
 tit. de Re- Usurpatione tantum defendi potest fis-
 galis. cius, qui sibi vendicat piscarias, ut pri-
 6 Guid. vati, contra jus Gentium. Cum tamen
 Pancirol. Piscacionum reditus, Legibus in Feu-
 variar. dalibus, inter Regalia numerentur;
 lect. ntri- quod & viri docti inter Vectigalia ve-
 usq; Iuris tera Fisci Romani 5 censent, ipsum Ul-
 lib. 3. c. 31 pianum testem adhibentes. Nam is in-
 6 L. 17. ff. ter publica vectigalia habet vectigalia
 de V. S. piscariarum 6, quemadmodum legen-
 7 Cujac. dum volunt nonnulli. Aliis potius pi-
 ad l. 5, de cariarum 7 substituentibus pro locis
 Feud. al. unde effoditur Pix. Certè in censibus
 8 L. 4. §. 6 ipse etiam Ulpianus 8 habet lacus pesca-
 ff. tit. de torios. Utcunque verò, Mores gen-
 Censibus. tium recentiores vetustius illud liberè
 9 Vide Se- piscandi & venandi aucupandique jus,
 bastianum five Naturale (quod vocabant) five
 Medicum Gentium, subegere; Quod scimus satis
 tract. de ex Vivariorum, quæ vocant Forestas &
 venatione, &c. de Witte bayne seu Bannum ferinum,
 Edict. & Fluminumque diversimodè se habente
 consue- passim 9 jure. Et absque interdicto Do-
 tud. de mini præoccupante, libertas illa vetus
 Aquis & de multis
 Forestis Galliarum
 collect. per San-
 thyonium. Anaræam. Gaill Practic. Observat. lib. 2. 67. Matthæum
 Stephani de Iurisdictione lib. 2. part. 1. cap. 7. §. 432; ejus-
 modi alios, de venationis Iure in imperio Romano. Ger-
 nico, &c.

multis abhinc seculis ex more receptif-
 simo sublata est. Quod itidem dicen-
 dum de Mari; quicquid siue Veteres
 illi, siue eorum sequaces in aduersum
 scriptitauerint. Etiam in Orientali im-
 perio jus illud vetus de communione
 necessariâ Maris non sine injustitiâ ob-
 tensum esse, disertè (ut monstrauimus)
 pronunciauit in edicto Leo Imperator.
 Unde malè sanè Michaël Attaliates, &
 si quis alius Orientis Juris-consultus
 Leone posterior, dominio ejus privato
 est reluctatus. Nec meliùs sanè vir ma-
 gnus, qui contra juris rationem illud
 Leonem mutasse scribit. Et in primis
 cavendum est heic illud, quod nonnulli
 de præstantissimis illis Justiniani libris,
 qui corpus veteris Juris conficiunt, ausi
 sunt asserere; *Imò¹⁰ illis præscriptum*
libris non ciuitatis tantùm esse sed &
Gentium & Natura; & aptatum sic
esse ad Naturam uniuersum, ut Impe-
rio extincto ipsum jus diu sepultâ, surre-
xerit tamen & in omnes se effuderit gen-
tes humanas. Ergo & Principibus stare;
etsi est priuatis conditum à Justiniano.
 Quasi jus Naturale & Gentium ex illis
 duntaxat libris esset hauriendum. Nam
 ut mittam non solùm quàm plurimas
 in

¹⁰ Alber.
 Gentilis
 de Iure
 belli lib.
 1. cap. 3.

²¹ *Greg. Lopez in Alphons. 3. tit. 4. l. 6. Azvedo ad Reg. Constit. in rubric. tit. Delas leyes.* in ipso Imperio Romano-Germanico alibique passim sanctiones moresq; introductos, mirum in modum non pauca quæ in illis habentur libris mutasse, verum & occurrere, principes aliquot tam Hispaniæ ¹¹ quàm Galliarum ¹² omnimodum eorum olim usum foro interdum prohibuisse; nonnulla sanè sunt in ipso jure Gentium Europæarum (quibus recepti sunt idque meritissimò tum in Scholas tum in forum libri illi, quæ singularia regnorum jura permiscunt) jure inquam earum Communi, seu Interveniente; quæ non omnino jure nituntur Justiniano, sed ex moribus ei planè adversis, justitiæ tamen ad trutinam satis exactis, sunt orta. Capti in bello non fiunt servi, nec jura Captivitatis aut postliminii quoad personas ¹³ hominum omnino in usu, quæ tamen titulum occupant in Digestis. Naufragio naves expulsæ ad litus, aut ad dominos pristinos pertinent ex Jure Justiniano ¹⁴ (in Imperio Romano-Germanico ¹⁵ etiam firmato) aut ut derelicta seu vacantia, ad repertores; nec **fiscus**

²² *Chopin. de Domano lib. 2. tit. 15. §. 5. & Bodin. de Republic. lib. 1. c. 8. & vide Guil. Burlaum in proem. ad Comm. in Arist. Physica.*

¹³ *Boërius Deci. 178 Alvarus Vela. Consult. tom. 1. 30 Francisc. Suarez, de Legibus lib. 2. cap. 20. ¹⁴ C. tit. de Naufragis & l. 1. & 3. ff. De Incendio. & l. 21. §. 1. ff. tit. de adquir. vel amitt. possessione. ¹⁵ Frederic. 2. in C. de Furtu. c. Navigia. & Constit. Caroli V. de Judiciis Capitalib. cap. 118.*

fiscus sese interponit; cum tamen, ex Gentium non paucarum jure, ipsis vicinisque interveniente, sæpius pro consuetudinis varietate fisco eas applicatas esse sit certissimum. Veluti apud Anglos, Aremoricos ¹⁶, Siculos ¹⁷; Italiæ litorum accolas aliquot ¹⁸, alios. Et tamen de re tam luctuosa compendium sectari crudele nonnullis ¹⁹, titi & Imperatori, sive Constantino sive Antonino, qui de eâ re legem tulit, existimatur; etiam &, præter Interdictum Concilii Lateranensis ²⁰, Bulla *Cœna Domini* quotannis fulmine excommunicationis Pontificiæ eos ferit, qui naufragorum bona sibi rapiunt ²¹ quocunque in Mari & qualicunque obtenso jure; attamen fisci juris hac in re origo ex seculis barbaris natum non est, sed vetustissimis Rhodiorum legibus maritimis (quæ, florentibus Græcorum rebus, in usu) id primum manavit, ut infra ostenditur, atque inde à compluribus principibus est receptum. Et cum *Legatus Caesaris* (quod ait Bodinus) co-

¹⁶ *Bertrand. Argent. in Consuet. Brit. art.*

56. 9.

¹⁷ *Chopin. de*

Domano

lib. 1. tit.

15. 9. 10.

¹⁸ *Luc.*

de Penna

ad C. tit.

de Nau-

frag.

Matth. de

Afflict.

in cons.

Neapolit.

lib. 1. con-

suet. 59-

vide Gar-

siam Ma-

strillum

de Magi-

stratibus

lib. 3. cap.

10. 9.

I

ram

393.

¹⁹ *Andr. Gail Practic. Observat. lib. 1. cap. 18. Bodin. de*

Repub. lib. 1. cap. 10. Stat. Roma Urbis lib. 3. cap. 85.

²⁰ *Sub Alex. 3. c. Excommunicationi. extr. tit. de Rap-*

toribus. 21 Bartholomæus Vgolinus de Censuris Pontifici

reservatis part. 2. cap. 4.

ram Henrico II. Francorum rege questus esset duas Naves ad litus ejectas, & ab Iordane Ursino (Principis nomine) captas esse, easq; restitui postularet, Annas Mommorenensis, Magister equitum respondit, ea qua ad litus fuissent ejecta, gentium omnium jure, ad Principes qui litoribus imperarunt, pertinere. Ita jus invaluit, ut ne Andreas quidam, Davis questus sit de Navibus in litus, Celticum ejectis & à prefecto, classis Gallia dirptis. Sic ille, Balenæ etiam alique pisces grandiores in litus ejecti non occupantis fiunt, ex jure apud Anglos, Lusitanos²²; alios, receptissimo, sed aut fisci sunt aut eorum, quibus Princeps (quod idem est) jus ejusmodi indulserit. Alia possent adduci, quibus satis constet jus Gentium & Naturale non omne ex sententiis seu scitis in Corpore Justiniano occurrentibus eruendum. Ad eoque nec quod de Maris communione ibi interferitur, vim receptorum Gentium seculorumque totorum aliquatenus minuere. Quin observandum est, commune in illis dici mare, ut aer, ut feræ sunt communes. Quasi verò non ipse aer conterminus in privatum dominium, ut occupatum flumen, transeat,

²² Georg.
de Cabedo
Decis.
Lusitan.
part. 2.
48.

eat, & feræ captæ. Etiam litorum & portuum communitio ferè apud veteres illos conjungitur, ut non dissimilis, cum eâ quam docent Maris. Quasi vero ex vestigalibus & Portoriis, quæ tum in litoribus & portibus ²³ Imperii Romanitum in libris ²⁴ Justinianeis satis sunt (ut passim alibi) frequentia; ipsa portuum & litorum dominia quæ sine populi illa Romani, sine; quod idem heic est; Principis erant; ratio non manifestò eliciatur; secundùm id quod supra etiam ex Celsò ²⁵ expressim habetur. Nam quemadmodùm pro ædibus in solo reipublicæ seu publico extructis pensio ²⁶ soluta, quod solarium à Solo & Græcis Jureconsultis inde Σολάριοι ²⁷ dictum; ipsam rempublicam seu Principem soli dominum fuisse satis erat argumento, ita sane & Portorium pro Portuum usû præstitum horum fuisse dominium non dispar comprobabat. Et portus ipsi pro Continentis parte etiam rectè habentur, quod alibi ²⁸ occurrit. Quin & Hellespontum ita suum fecit ipse Justinianus, ut liber portuum ipsiusve maris usus negotiatoribus navicula-

I 2

riisque,

tione in l. 15. ff. tit. Qui potior in Pignore. ²⁸ L. 15. Casar. ff. tit. De Publicanis.

²³ Cicero
Orat. pro
lege Man-
nilia.

Symmachus lib.

5. *Epist.*

62. & 65

Tacitus

Annal.

lib. 13. a-

lii obiter.

²⁴ Tit. de

Publica-

nis. in ff.

& tit. de

Vestigal-

lib. in C.

²⁵ Cap.

14.

²⁶ L. 1.

C. tit. de

diversis

prædiis.

& l. 5. ff.

tit. de O-

peribus

publicis,

§. 1.

²⁷ *Eclog.*

Basilic.

lib. 58.

pag. 488.

ut etiam
simili no-

riisque, sine pretio nimis gravi, ab eo non permetteretur, si fides Procopio^{2º}, qui res ejus contexit, coætaneo. Nec Maris dominium à Telluris populorúmve dominio discrepare existimârunt qui Frederici II Augusti Epitaphio ante quadringentos fermè annos inscripserunt^{3º}.

30 Geor-
gins
Gualthe-
rus in
Tabulis
Antiq.
Sicilia
&c. pag.
93.

*Qui Mare, qui Terras, populos & re-
gna subegit;*

Scilicet in Basilica Panormitana, ubi tamen, quemadmodum in Imperio Romano-Germanico reliquo, tunc floruit jus Cæsareum. Summa est, Jureconsultos illos veteres non solum quæ receptissimis Gentium per omnia ferè secula moribus, sed etiam quæ invicem sibi satis adversantur, hac de re oscitanter tradere; maximè dum Mari ipsi ipsum litus adeoque portus velut communionis non disparis jungunt. Unde tam ex ipsorum inconsiderantiâ, quàm ex aliorum autoritate pariter refelluntur.

CAP.

*De Responfo Antonini Augufti, Se Dominum
 effe Mundi, Legem autem (ut vulgo verti-
 tur) Maris, in L. Deprecatio, ff. tit. de Lege
 Rhodia. Verus ejuſdem reſponſi ſenſus &
 nova verſio, ſed genuina. In eo nihil
 camperiri quod Maris Dominio
 omnino refragetur.*

QUoniam verò inter ea, quæ, ex Ju-
 reconfultis priſcis, contra Maris
 Dominium ſolent depromi, locum ha-
 bet ad eò primariam, Antonini Auguſti
 ad Eudæmonem reſponſum illud ali-
 quoties ſuprà memoratum; ideò viſum
 eſt ſecundum de eo agere atque genui-
 num ejuſce ſenſum perſcrutari, quem
 hætenus tum omninò fugiſſe interpre-
 tum turbam, tum nullatenus Maris do-
 minio reluctari, quicumque diligentius
 rem totam intròſpexerit, perſuaſiſſi-
 mum ſibi opinor habebit. Libello ſup-
 plice Eudæmon naufragus ab Impera-
 tore petierat, ut Bona Naufragii ſui à
 Publicanis direpta ſibi reſtituerentur.
 Verba ſunt, ex Voluſio Martiano ^{ab} ^{L. 9.}
 intimis Imperatori conſiliis; *Κύριε Βα- αζιώσις.*
σιλεύ Αντωνίου ναυφράγιον ποιήσας ἐν ff. de Lege
ἐν Ἰπελαίᾳ, διηρησμένον ὑπὸ τῶ δημοσίων Rhodia.
τῆς Κικιλιάδος τῆς ἐς οἰκίσταται. Domine
 I 3 Impe-

Imperator Antonine ; Naufragium in Italia (sed de ea lectione statim plura) facientes, direpti sumus à Publicanis Cyclades insulas habitantibus. Responsum tulit ab Imperatore, huiusmodi plerunque, in libris vulgatis, punctis distinctum. Ἐγὼ ἴδω τὸν Κόσμον Κόσμος, ὁ δὲ νόμος τὸ θαλάσσιον. τὸ νόμον τὸ Πῶδιον κενόδιον τὸ πῶδιον, ἐν οἷς καὶ τις ἴμετι μὲν αὐτὸν νόμον ὁσαυτῶνται· τῶν δὲ νόμων καὶ ὁ θεῖος νόμος· Ἄλλως δὲ ἔχεται. Quod verti solet; Ego quidem dominus domus, lex autem, maris. Ubi ad Rhodios qua de rebus nauticis prescripta est; indicetur quatenus ei nulla nostrorum legum aduersatur. Hoc idem Dixeris quoque Augustus iudicauit. Nec de versione aut lectione Responsi controversia aliqua habita est, praeterquam in verbis illis ὁ νόμος τὸ θαλάσσιον, quibus respondet lex autem Maris periodo clausum; ut plerunque sumitur, atque ut recepta translatione nos in Obje-

² Cap. 2. Etis superius ² memoravimus. Eorum qui ita verti volunt; fuerunt non pauci qui ex aduersario dī, autem innui existimarunt, Imperatorem reliqui Terrarum Orbis dominum quidem se esse respondisse, non autem Maris, sed huius legem

legem tantum, non hominum quenquam esse Dominum. Andreas Alciatus, *Dum dicitur*, inquit³, *Ego quidem* ³Dispundionum lib. 2. cap. 5.
Mundi Dominus, Lex autem Maris; quidam Gallici Doctores existimabant propter aduersitatem, *Maris imperium ad Imperatores non pertinuisse.* Subiicit vero, *quod sane perniciosa est: nam etsi* ⁴In rub. deter. diuis. 2 L. ex hoc iure, ff. 17. de Iustitia
Baldus & Pasor hac ratione existima- ⁴In rub. deter. diuis. 2 L. ex hoc iure, ff. 17. de Iustitia
veruntamen Penitus Romano Imperio sub-
ditos non esse. Sicut autem in eius legis
is est (scilicet) res maritimas lege Rho-
dia sentidas; et paulo ante ipse expli-
cat.) Nam cum Imperator sit Mundi
Dominus; certe non terra tantum sed &
Mare ipsius legibus parere debuerat, &
ipse in eis leges feruere: cum tamen in
Mari non lege propria iudicet, sed Rho-
dia; quae ab eo approbata est. Intellige er-
go; dicitur, Ego Mundi Dominus,
quia orbem terrarum ex lege mea rego.
Lex autem, intellige Rhodia, Maris;
quoniam ex ea ius in Mari redidit.
Hanc uocatis quod parsoula hac di, id
est; autem, non in ad uersatur, ut prae-
cedentia semper excludat. Ideo etiam ver-
tit Alciatus, Lex autem Maris, qua lege
Rhodiorum nautica iudicetur, &c. Me-
ritissimo sane perniciosa appellat

eorum sententiam qui hinc Maris imperium ad Imperatores non pertinuisse elici velint. Nam datur ita respondisse Imperatorem, ut vulgò vertitur. Sibine ideo negat Maris Dominium, quia Legem esse affirmat Maris Dominam? Nonne ipse interea Mundi (ita scilicet respondit) adeoque Legis ipsius Dominus & arbiter? Quod illi placuit,

6 L. 1. ff. tit. de constitut. Principum.

lex⁶ erat. Cujuscunque igitur rei Lex Domina esset, ipsius Imperatorem (cui suberat ipsa lex) dominum non fuisse dicere, adeo absurdum est ut nihil supra. Alii sensum verborum ad hunc modum reddunt. *Quamvis ego sum mundi Dominus & Imperator atq; ita legibus solutus, neque teneor ex precepto aliquo subditis respondere, adhuc tamen lex sit Domina & Regina Maris, id est, rebus que in mari acciderunt, imperet mari, cum pertineat ad res Nauticas, neque Fiscus preferatur cum subditorum damno, sed fisci & privati aequalitate debet tractari iustitia, & ideo respondere tenebitur Fiscus.* Ita Franciscus de Amaya⁷ in regio Gravateni senatu fisci Regii patronus. Dominii Marini negationis ne vestigium quidem ita admittitur. Sunt etiam qui sensum esse velint,

7 Obseruat. Iuris lib. 1. cap. 1. §. 76.

velint, ut Antoninus expressim dicat
 tam Maris legem quàm Mundi domi-
 num seipsum esse. *Ego quidem mundi
 dominus, lex autem sum etiam & Ma-
 ris.* Sic Joannes Igneus. Atque alii ali-
 quos hac propendent. Quibus si af-
 sensum præbuerimus, etiam ipsum Ma-
 ris dominium Imperatorem sibi satis
 tribuisse necesse est ut fateamur. Vir
 doctissimus autem Samuel Petitus Gal-
 lus, non negat, inquit, Antoninus se
 Maris dominum esse, ut non possis leges
 dicere eis, qui navigant; vides enim vel-
 le jus dici Eudamoni & Publicanis qui
 in Cycladibus Insulis, ex lege Rhodia,
 neque item dicit se ita teneri hac lege
 Rhodia, ut non possis omnino Eudamoni
 succurrere adversus hanc legem, si quid
 illi fiat injuria, sed vult Eudamoni judi-
 cium reddi ex hac quidem lege. ita tan-
 tæ Romanarum legum nulli adversetur
 hæc lex. Ita interpretatur ille etiam si
 vulgata lectio retineatur; quâ ille potius
 rejiciendam vult; atque legis nomen ibi
 dispungendum. Scilicet id quod est ἡ δὲ
 νόμος τῆς θαλάσσης. Lex autem Maris
 depravatū esse ex ἡ δὲ ἀνεμος τῆς θαλά-
 σσης, ventus verò Maris. Quasi Impera-
 tor Mundi quidem se dominū dixisset.

⁸ Forca-
 tulus in
 Cupidine
 Iuriss.
 cap. 9.

Mendo-
 za, apud
 Amayā,
 loco cita-
 10.

⁹ Miscel-
 lan. lib. 3.
 cap. 11.

sed ita ventorum nihilominus imperio
 atque tempestatibus subesse Mare, ut
 naufragia ne ipse quidem, etiam si do-
 minus, præpedire quiret. Etiam & col-
 mographiam Deprecationis emendat
 Petitus. Verba illa *cō τῆ Ἰταλίας*, ex li-
 brariorum incuria inrepsisse putat pro
cō τῆ Τηλείας (supple *Ἰταλίας*) in *Mare Te-
 lio* seu *Ægeō* quod circa Teland insu-
 lam. *Quid hic monstrum est*, ait ille, es
 qui in *Mari ad Italiam naufragium fe-
 cerunt*; à *Publicanis* quæ *Cycladibus*
suavis fatis dirigitur fuisse. Quamquam hoc
 est *cosmographum*? *Vnde Publicani Cy-
 cladum Insularum ad Italiam*? Quod
 appositissime dictum. Nam manife-
 stum videtur de Italia ibi mendam. Et
 certissimum est Teland insulam, sive ex
 Cycladibus sive Sporadibus unam, in
 Mari *Ægeō* ita positam esse (id quod
 ex Strabone ¹⁰, Plinio ¹¹, Stephano de
 urbibus, scimus) ut sibi res optime con-
 stet, publicanos Cycladum naufragia in
 Mari *Telio* bona inuasisse, quod de Ma-
 ri seu litore *Italico* dicere, à ratione mi-
 nimis est diffusum. Et forte in recensio-
 ne illa *Marium* apud *Æthiolum* cosmo-
 graphum præcum, *Mare Fœdorum* &
Ægeum; *Mare Laurenti* (quod pro

Leuca-

¹⁰ L. 10.

¹¹ L. 4.

c. 12.

Leuaniſium depravatè legi putant viri docti) *Mare Tilla*, ipſum *Mare Teliuſium*, etiam ex hac deprecatione, antequam depravata eſt, ſumtutum, innuebatur nomine *Tilla*. Atque de Reſponſo illo & libello ſupplice ſeu deprecatione Eudæmonis, ad hunc ferè modum, quantum ad rem quam tractamus, viri docti. Ego verò còſmographiæ emendationi libentiſſimè aſſenſum præbeo. Sed lectionem veterem receptamq; Reſponſi mutandam non exiſtimo, exceptâ vixitaxat interpunctione. Punctorum ſæpiſſimè ratio nulla habita eſt in codicibus præſcis, neque uſus ullus. Unde poſteris ſubinde Syntaxis confuſio. Perquam exigua autem eorundem heic mutatione (etiam & in libris editis ¹² ſane ipſa heic ſunt) ſenſus mihi redditur non ſolum in deprecationis rem appoſitus & manifeſtus, verum etiam tum ſomnio illo de Maris dominio Imperatori ibi negato, tum comitenti de Marino legiſ domini expreſſim ibi tradito plane liberatus. Nec quod voluit Imperator factis affectus eſſe hæctenus interpretes, in animum poſſum inducere. Nam quid hoc ad rem? *Ego ſum Mundi Dominus quidem, lex hæceta Maris*

¹² *Vide Alciat. Diſp. l. 2. c. 5.*

Maris domina. Si de lege generatim dicatur, certe lex æquæ erat & Continentis domina. Etiam in Contineute, ut in pelago, legis omnimodæ dominus ipse Cæsar. Atque ita sanè nihil ad deprecationem hactenus attinisset responsum. Si de lege Rhodia intelligas, eo sensu ut eam legem esse maris dominam vellet Imperator (quemadmodum Alciatus) quid illud est quod sequitur? lege Rhodia fingendam rem, quatenus Romanarum legum nulla adversetur. Anque lex Rhodia simpliciter Maris domina, quæ nihilominus, etiam dum eo insignita est titulo, legibus Romanis est coercenda? Concoqui hæc sequuntur, Interpunge igitur, aut ad hunc modum:

Εγώ μὲν εἰμὶ Κόσμου Κύριος. Ὁ δὲ νόμος τῆς
 Θαλασσης. Τὸ νόμον τῆς Ῥοδίων ναυτικῆς
 τῶν ναυλικῶν, ἐν οἷς μὴ ἕς τῆς ἡμετέρας αὐτῶν
 νόμου ἐναντίου). *Ego quidem Mundi do-*
minus. Sed vero huiusmodi seu illa lex
seu Mos est Maris. Lege Rhodia decernatur
nautica, quatenus eidem nostrarum
legum nulla adversatur. Aut sic ἔτι μὲν
 εἰμὶ Κόσμου Κύριος. Ὁ δὲ νόμος τῆς
 Θαλασσης τῶν Ῥοδίων, &c. *Ego quidem Mundi*
sum Dominus. Sed verò lex seu Mos ille
Maris, ex lege Rhodiorum nautica, iudicatur

ectur seu decernatur quatenus, &c. Eu-
 dæmon Asiaticus, Nicomediâ Bithyniæ
 urbe oriundus, Mari in Telio (seu *Æ-*
gæo quod circa Telum) naufragium
 passus conqueritur bona sua publicanos
 Cycladum invasisse, opem Augusti im-
 plorans, perinde ac si injuriâ summâ
 publicani ex ejus calamitate compen-
 dium sibi fecissent. Dominum eum sa-
 lutat & Imperstorem. Responso autem
 Dominum se libenter agnoscit Impe-
 rator, adeoque dominum ut orbis Ter-
 rarum, etiam ipsius Mundi dominatus
 suo contineri ajat. Quo etiam innuit
 suum esse supplicibus, qui injuriâ affi-
 cerentur, succurrere. At verò, quod ad
 rem attingas querere, seu deprecationem
 de Naufragi bonis à publicanis
 disceptis, utrum injuriâ id factum esset
 à publicanis, id non satis constare.
 Quippe (si prior lectio nostra, seu in-
 terpunctio admittatur) generatim, in-
 quis, & regulariter nos obtinet mari-
 timus, seu lex Maris qua Naufragorum
 bona ad publicanos pertinent. Nam
 ita à *si vopis* *me* *judicium*, ille vero
 nos seu lex, illa hujusmodi est Maris, re-
 fertur ad rem à publicanis gestam, quâ
 in deprecatione breviter narrabatur.

Quoniam

Quoniam verò mori seu legi huic maritimæ poterant esse, siue ex privilegio, siue ex bonorum qualitate, siue ex alia aliqua non minus, pro se nata, obtinente lege temperamenta aliquot, quorum ratione forsan aut publicanis esset, hac in causa, bonis abstinendum, aut con-
 querenti ob temporalem aliquam exceptionem non agendum, ideo legibus Rhodiorum natalibus, rem tam facili-
 tate nullisque adjectis circumstantiis in libello expressam, recte voluit deter-
 nendam; sed quatenus inter ceteras leges Romanas non advescatur. Neque multum discrepat sensus, si posterior admittatur interpunctio & versio, Man-
 di quidem sum Dominus, & ditione
 mea tam Mare quam Tellus continetur. In utroque imperia affectis, ut jus
 exigit, libenter succorro. Sed verò
 quodnam sit hac in causa jus mani-
 mum, & an querenti foveat succurren-
 dum, discernam ex Rhodiorum legi-
 bus que in mari, permissioribus nobis
 obtinent, ubi nostri non relinquantur.
 Ad priorem autem sententiam, quo lex
 maritima de Nausiagorum bonis ac
 Jure Publicanorum (id est Pisci, cuius
 jus in eos transfertur) afferunt, firmam-
 dum,

dum, haud parum facere mihi videtur, si constiterit ejusmodi legem seu morem tunc temporis obtinuisse. Quod interpretes heic admittere nō solent. Id certum quidem est, Jure Caesareo (quā nunc libris in Justinianeis illud conflatum habemus) Naufragii bona dominis pristinis servari, adeoq; & fiscum & publicanos inde argeri. Etiam & morem, quo fisco applicatur, velut à jure maxime alienum, tum in Romano-Germanici Imperii sententiis receptis, tum in jure Pontificio damnari, quod superiore retigimus capite. Ceterum ipso Antonini hujus Augusti ævo (Antoninum Pium intellige; quem scribit Julius Capitolinus, in jure sanciendo usum fuisse Volusio Maximo Jurisconsulto, & cujus libri deprecatio & Responsa quod tractatus in Pandectas transcriptum est) legem seu morem de Naufragorum bonis fisco applicandis vim habuisse, non obsecutus colligitur ex indiciis. Omnia fere quæ in Pandectis occurrant de eis pristino domino servandis, è Paulo, Callistrato, Ulpiano, qui compluribus locis post Antoninum hunc florere, desumpta esse manifestum est. Nonnihil etiam ad can-

¹³ L. 3.
 & 21. ff.
 tit. de ad-
 quir. &
 amittēd.
 possess. l.
 44. ff. de
 adquir.
 rer. dom.
 l. 1. 3. &
 seqq. ff.
 tit. de In-
 cēdio. l. 1.
 C. de
 Naufra-
 giis.

¹⁴ Loci
 superius
 citati.

15 L. 21.
ff. tit. de
adquir.
& amitt.
possess.
§. 1.

ad eandem rem è Prisco Javoleno 15,
qui Antonino huic coætaneus. Sed im-
peravit Augustus hic annos xxix. & fan-
ctione, ut videtur ex Javoleno, fiscalem
hac in causa rigorem mitigavit. Unde
facile evenire potuit, ut sub eodem &
vis inesse potuerit legi seu mori qua-
lem diximus, atque sub eodem potuerit
sive abrogari, sive mitigari. Constitutio
principalis, quæ, in Codice Justinia-

16 L. 1.
C. de Nau-
fragiis.

neo 16, fiscum, hac in specie, nolit se in-
terponere, ab Antonio Contio & Jure-
consulto præstantissimo, Antonino Au-
gusto ex auctoritate codicis veteris M. S.
tribuitur; tamen in editis Constantini
nomen præfigatur. Verba sunt; *Si quan-
do Naufragio navis expulsa fuerit ad
littus, vel si quando aliquam terram at-
tigerit, ad dominum pertineat. Fiscus
meus sese non interponat. Quod enim jus
habet fiscus in aliena calamitate, ut de
re tam luctuosa compendium scilicet?*
Etiam & sub Adriano, hujus, per ado-
ptionem, patre, ejusmodi quæ rescri-
ptum esse docet Ulpianus. *Licere uni-*

17 L. 12.
ff. tit. de
Incendio.

*cuique (sic Ulpianus 17.) naufragium
suum impune colligere constat, idq; Im-
perator Antoninus cum Divo patre suo
rescripsit.* Liquidissima sunt in hisce ve-

stigia

stigia usus, sub id tempus, juris, quale di-
 ximus, fiscalis; quod & contra vim re-
 scriptorum veterum, repullulare solitū
 esse certò scimus. Nam & sub Theodo-
 sio seniore in usu fuisse illud aliquo eb-
 citurex Valgii, seu Victoris, naufragio
 apud D. Paulinū¹⁸. Exempla etiam simi-
 lia sunt in Imperii Romano Germanici
 litore¹⁹. Alia ad ferri queunt, ubi tamen
 leges aliquot in contrarium latæ. Quin
 & Rhetores prisca, tam Græci quam La-
 tini, dum de forensium quæstionū stati-
 bus exempla adducunt, hanc ipsam le-
 gem seu morem de naufragio moribus
 aliis in Græcia ac Romano Imperio usi-
 tatis ac vetustis immiscēt, velut id quod
 erat receptissimum. Sopater & Syrianus
²⁰ in Hermogenem; Νόμος, τὰ ἀριστά-
 ρα λαίφυγα ἔσπρατηγῦ εἶναι καὶ νόμος, τὰ
 ναύγια τὸ τολώνι εἶναι. Λαίφυγα, χημῶνος
 χημῶνος, ἐπὶ τὴν λιμῆρας ἐκίχθη, ἔκ μὲν φη-
 σὶν οἱ αὐτῶν οὐ τελευτῶναι ἐοῖσπρατηγῶ.
 Εἰς αὐτῶν ἔδει τῆ τὸ νόμον ἀναγνώσθαι πρὸς ἐ-
 χθὸς πλωσηθῆναι, ἀλλὰ τὸ φύσει τὸ πρᾶγμα
 τῶν προπέειν. Lex est, spolia qua reperitur
 in, ad Ducem exercitus accinere; lex itē,
 Naufragium esse Publicanorum. Mari
 procolloso, spolia in portum inferuntur.
 Controversia de eis oritur inter duces &
 publi-

¹⁸ Epist.
 37. ad
 Mica-
 rium.
¹⁹ Chron-
 nic. At-
 bert. Sta-
 dēsis ann-
 1112.
 videfis
 Frederic.
 Linde-
 brog. in
 Glossario
 pag. 1443
²⁰ Eis
 σείσης
 pag. 107.
 Venetia
 1509.

(de quo Ulpianus in supra citatis) vis, forte non satis erat, sine accuratiore examine ne jurisconsultis quidem, quorum opera in responso usus est Antoninus, exploratum. Sed, ut hanc rem demum expediamus; siue vulgatam versionem, siue nostram quis malit; Dominium Maris in responso illo negari aut in eo quidquam vestigii, quod dominio ejus refragetur, comperiri, nemo hominum puto, nisi rationi ipsi renuntiaverit, re tota ritè perpensa, existimabit.

CAP. XXVI.

Recentiorum Jurisconsultorum sententiis, quoad *adversatur*, maxime Fernandi Vasquii & Hugonis Grotii, *respondetur*.

Siue solutis ad hunc modum, siue merito: *submovis* Jurisconsultorum Veterum aliquot sententiis, quæ ad perpetuam Maris communionem asserendam solent adduci; difficile non est Recentiorum auctoritatem pariter relucantem diluere. Nam si turbam eorum, satis quidem ingentem, qui siue ad corpus Iustinianæum siue seorsim de hac re scribentes à communiõne illà naturali nolunt recedendum, contemplantur; id planè eos facere deprehendemus, ut quæ in Ulpiani seu cujuscunq;

id ge-

id genus alius magistri vetusti verba, quàm par est, fuerint additiores. Nisi dicamus eorum nonnullos non tam jus ipsam hâc in re, quàm Juriscōsultorum, quâ traditæ sunt, opiniones explicâsse. Perinde ac si quis Astronomica Aristotelis, Thaletis sententiam Terram Mari, ut discum, innatare, Stoicorum hoc illam ut cingulum ambire, Veterum de immenso sub Æquatore calore, & quæ sunt ejusmodi alia à Posteritate, cui illuxit observationum experientia, rejecta damnataque ita explicaret; ut non tam rem ipsam disquirere, quàm Authoris, cujus vestigia premeret, personam (ut quid ille tantum sentiret doceatur) induere videretur. Sed ut radice succisâ arbor corrui, ita summotâ Veterum illorum auctoritate, recentiorum cuncta ab eâ tantum suffulta enervantur. Iam verò quod è Fernando Vasquio superiùs adducitur, rationibus nititur aut manifestò falsis aut ad rem non pertinentibus. Nam quid hoc est? *Mare ab origine Mundi. (sic ille) ad hodiernum usque diem esse fuisseque semper in communi nulla ex parte immutatum, ut est nostrum.* Certè notissimum est eis, qui gentium seculorumq; mores, receptos juraque

juraque introspexerint, id quod maxime est contrarium. Id est, Maria aliquotum in Principum tum in Privatorum dominium patrimoniumque, jure exploratissimo, transiisse; ut ex supra ostensis luculenter comprobatur. At vero & Præscriptionem cessare inter invicem exteros, neq; in jure Gentium, sed Civili tantum, locū vult habere; adeo ut inter eos, qui Civili, quod præscriptionem admittit, juri communiter non subsunt (veluti inter Principes binos supremos) præscriptio juxta ejus sententiam vim sortiatur nullam. Quo, quid absurdius dici, ne cogitari quidem potest. Omnia ferè Juris Gentium Interveniens capita ex Præscriptione seu inveteratâ consuetudine, annoso utentium consensu stabilita, pendent. Ut taceamus de Principibus, quorum territoria olim Romano suberant imperio, postea non Armis solum sed & Præscriptione (quæ in Jura Gentium passim admittitur) sui juris factis. Undenam fit ut Servi jam non fiant, qui apud Christianos in bello capti, nisi quia ante secula aliquot Christianæ fraternitatis causâ jus illud exolescere cæpit, & Præscriptione inter Gentes est firmata. Unde

¹ *Illustrium
contro-
vers. l. 1.
c. 51. §.
23. unde
& V. Cl.
Hugo
Grotius
in Mari
Libero
cap. 7.*

² *Suarez
de Legi-
bus lib. 2.
cap. 20.*

Unde redemptionis Captorum pretia alia Principibus, alia capientibus solvenda? Scilicet ut ubi decem millia aureorum non exceſſerit pretium, capienti; ubi exceſſerit, Principi sit ſolvendum. Quia, inquit Nicolaus Boërius in Decifionibus Burdegalenſibus, ſi excedit, ut eſt quando quis cepit unum Ducem aut Comitem vel alium Principem aut Baronem, tunc eſt Principi; & ita ſervatur in regno Francia, & Anglia, & Hiſpania. Temporis præſcriptione ſervatum eſt inter Principes; ideo & in jus tranſiit. Et præſcriptionis ſane titulum proſus inter Principes negare, eſt ipſa Jura Gentium intervenientia plano tollere. Quæ habet Vaſquius cætera de Charitate & de inehauſta Maris abundantia; (unde diſcrimen facit inter Flumina & Maria) atque id genus aliis, ad domini rationem non omnino attinent; de quo ante ſatis monitum eſt. Ad alterum illum devenimus, Virum ingentis eruditionis, & rerum humanarum divinarumque ſcientiſſimum, Hugonem Grotium; cujus nomen paſſim in ore hominum arripitur ut naturali & perpetuæ Maris communioni mirè patrocinantis. Rem illam tractavit ille

libris

³ Decifio-
ne 178.
num. 4

libris in binis; *Mari Libero*, & in opere illo eximio *De Jure Belli & Pacis*. Quod ad Mare Liberum attingit, in Lufitanos de commerciis per apertum Mare Atlanticum & Australe Indicanis conscriptum; habet quidem in eo. quæ Juris consulti veteres de Maris communiõne. Eos etiam in patres, ad amplianda patris; commoda disputans, trahit; ideoq; nec domini privati capax Mare esse probare nititur. Sed hoc argumentum est ei alius ita prudenter circumvalatum, ut hoc usnaque sive suadente iure conueniente, cetera rem, quæ prænanibus habuit, sustinerent. In titulum asuper (quem obsendant Lufitani) Inventionis; Occupationis, item eum qui est Donationis Pontificiæ, disputat. Et erè à communionẽ illã naturali & perpetuã, quam merdiciũ tenere volunt Juris consulti Galapet quamplures, ipse ut firmare in rem suam nixus est; aut a terdum recedere videtur aut egre sustineri posse fatetur. Nam de Maribus pud veteres Romanos inclusis; *Maris*, aquit; ⁴ *natura hoc differt à lissore,* *quod Mare nisi exiguã sui parte nec edificari facile nec includi potest;* & *is posset, hoc ipsum tamen vix contineret*

⁴ *Mari Libero cap. 5.*

geret sine usus promiscui impedimento. Si quid tamen exiguum ita occupari potest, id occupanti conceditur. Partis exiguae & majoris discrimen in dominio privato statuendo locum (puto) non habet. Sed & diverticulum Maris discretis verbis excipit. Et paulò post; Non de Mari interiori hic agimus, quod terrae undique infusum alicubi etiam fluminis latitudinem non excedit, de quo tamen constat locutos Romanos Iurisconsultos, cum nobiles illas adversus privatam avaritiam sententias ediderunt. De Oceano quaritur, quem immensum, infinitum, rerum parentem calo conterminum antiquitas vocat. Et dein, In hoc Oceano non de sinu aut freto, nec de omni quidem eo, quod de litore conspici potest, controversia est. Inferius etiam; ³ Cap. 7. adjungendum est, eorum qui dissentiunt auctoritatem huic quaestioni (de Praescriptione loquitur) non posse accommodari. Illi enim de Mediterraneo loquuntur, nos de Oceano. Illi de sinu, nos de immenso Mari, qua in ratione Occupationis plurimum differunt. Et sanè ut occuparetur totus Oceanus, nemo existimare potest non esse difficillimum. Si tamen occuparetur, ut fretum aut sinus.

ut totus

ut totus Orbis veteribus occupari à Principibus dictus est , æquè etiam in dominium occupantis posset transire.

Utcutique fuerint etiam alii ⁶ qui expressim Maria interiora, ac vicina ab aperto pelago seu diffusiore Oceano, heic ex ipso jure itidem distinguant.

⁶ Io. Gryphander, de Insulis cap. 25. §. 52.

Sed nec prætereundum est, eos in quorum gratiam libellum istum conscripsit Hugo Grotius, id est, Ordines Hollandiæ suæ fœderatos, non illibenter, seu potius (ut videtur) secundum ipsorum vota, audiisse de Maris communione atque libero in eo ex jure Naturali seu Gentium piscatu sententiam (inprimis quâ Grotii erat) à Legato Jacobi Regis Magnæ Britanniæ, publicè in Hollandiâ habita oratione, damnatam; aliosque, ne simili-

lem tuerentur, graviter ex ejus infortunio monitos. Cujus rei Grotius ipse testis est. *Pro navigatione*, scribit ille ⁷, *Indicana, pro servanda apud nos pannorum politura laboravi quantum alius quisquam. Pro libero verò piscatu in Oceano tantum, ut*

Carletonus Regis Britanniarum legatus, cum ab inimicis meis incitatus esset ut contra me jam captum (carceri

⁷ *In Apologetico eorū que Hollandia præfuerunt ante mutationem* 1618. pag. 387. edit. Heidelberg. cap. 19.

tradi-

K pag. 257.

traditus est rebus Barneveltianis immi-
 stus) aliquid publicè diceret, nihil quod
 diceret aliud inueneris, quàm me prin-
 cipium fecisse sermorum de ea libertate
 ut qua & jure Gentium & omnem me-
 moriam excedente usu niteretur; cum
 tamen à me in eo argumento nihil di-
 ctum scriptumve fuerit diuersum ab
 iis, qua anno MDCX federatorum Pro-
 cerum legati in Britannia defenderant;
 atque antehac majores nostri, etiam an-
 te secula aliquot. Et tamen ajebat is Le-
 gatus Mei infortunii exemplo terreri a-
 lios debere, ne eam sententiam tueren-
 tur. Verum quidem est licentiam in
 reos effundendi quicquid potentiori-
 bus placuerit, usurpari solere. Sed dicta
 hæc fuere non tam in Hugonem Gro-
 tium, quàm in ipsum (quod perperam
 obtenditur) communionis Marinæ jus
 Naturale: cui expressius & simplicius
 multi, quàm ipse, patrocinantur; tam
 doctè & ingeniosè, nemo. Nec, quan-
 tum scimus, ut res se tunc habuère, dis-
 plicuit Legati oratio Hollandiæ præ-
 ceribus. In libris autem de Jure Belli &
 Pacis¹, positâ quidem originis privati
 Domini ratione in eo quod est, Loca
 privatim assignata universorum com-
 modis

¹ De Jure
 Belli &
 Pacis lib.
 2. cap. 2.
 §. 2. & 3.

modis non sufficere, propter Maris magnitudinem & abundantiam inexhaustā quæ sufficiat omnibus, in proprium id jus abire non posse concludit. Alia item adjicit de interminata Maris natura; de quibus utrisque satis est dictum superius. Sed tandem receptis populorum moribus se dedit, & de Maris proprietate seu dominio privato, ut re extra controversiam interdum concedenda, non semel loquitur. *Terra*, inquit, ⁹ *Ibidem.*
 & *Flumina*, & si qua pars Maris in proprietatem alicujus populi venit, patere debet his qui transitu opus habent ad justas causas. Postea etiam de ¹⁰ *Ibid.* Fluminum proprietate verba faciens; *Ad hoc cap. 3. 6. 8.*
exemplum videtur & mare occupari potuisse ab eo qui terras ad latus utrumque possideat, etiamsi aut supra patent, ut sinus; aut supra & infra, ut fretum: dummodo non ita magna sit pars Maris, ut non cum terris comparata portio earum videri possit. Et quod uni Populo aut Regi licet, idem licere videtur & duobus, aut tribus, si pariter Mare intersitum occupare voluerint. Nam sic flumina que duos Populos interluunt, ab utroque occupata sunt ac deinde divisa. Alia affert de Maribus occupatis, ita tamen ut

intra diverticula & freta plerunquē se
contineat. Neque ex Naturali jure seu
ratione, sed ex instituto provenisse ait

1^o *Ibidem* §. 10. " Mare non occupatum esse, aut occu-
pari jure nō potuisse. Mutato instituto:
tū quod dominio Maris privato in Jure
veteri obstaret, mutari etiam commu-
nionis rationem. At satis illud mutatum
esse ex iis quæ hæctenus demonstravi-
mus, abundè (ni fallor) liquet. Etiam
ipsa Jura tã Civilia, quàm Intervenien-
tia plurimarum gentium huc faciunt
abundè, ut est ostensum. Quibus insu-
per, ne quid trutinæ præponderationi
desit, accedat, præter Jurisconsultorum
Cæsareorum, è Galliis, Hispaniâ, Italiâ
sententias superius, pro Maris privato
dominio, allatas, Mantissa hæc quæ ex
ejusmodi etiam Juriscōsultis generatim
de Mari disputantibus sumpta est. Eam, ut
conflavit Jurisconsultus in Imperio Ro-
mano-Germanico non incelebris, Re-
generus Sixtinus, ipse quidē privato Ma-
ris dominio reluctatus, exhibeo. Qua-

12 *De Re-* *stionis, inquit* 12, *de Mari & ejus litore,*
galibus. est, an sicut flumina navigabilia & per
lib. 2. cap. qua alia navigabilia sunt, inter Regalia
4 §. 97. referantur (nam quicquid in Regalibus
est, ita est Principibus privatum, ut sub-
ditis

ditis quod suum est; unde res fiscales ita privatæ sunt) ita etiam ipsum Mare ejusque litus de Regalibus sint? Cacheranus decis. 155. n. 81. & Ferrarius Montanus De Feud. lib. 5. c. 7. versic. Tametsi jus piscandi; Maris administratione & ipsum etiam dominium ad regalia refert, nec inter Mare & Flumen publicum discrimen constituit. Et Mynsingerus Resp. 1. n. 162. decad. 11. Proprietatem Maris regalium speciem esse ait. Sed ipse Sixtinus subjicit; Sed verius est Maris & litoris proprietatem de Jure communi non esse de Regalibus, rem pro more eorum, qui Ulpiani verbis addictiores heic quam par est, disputas & autores, qui adversantur, enumerans. Ceterum universis, quæ hactenus ex tot seculorum Gentiumque moribus, ac Jure tam plurimarum Civili quam communi seu Interveniente deprompta sunt, ritè perpensis, nemo (puto) dubitabit quin neq; in naturam ipsius Maris neq; in Jure sive Divino, sive Naturali, sive Gentium quid maneat, quod ita Dominio ejus privato reluctetur, ut id non jure omnimodo atq; exploratissimo queat admitti; adeoque quin jure qualicunq; Dominii privati capax sit qualecunq; Mare, quod erat demonstrandum.

IOANNIS SELDENI
MARE CLAVSVM

S E V

DE DOMINIO MARIS

Liber Secundus.

C A P. I.

Dicendorum *in libro hoc* ordo. Oceanus
Britannicus *quadrifariam partitus.*

Demonstrato, superiore in li-
bro, Mare pariter ac Tellu-
rem domini privati capax
esse, idq; ex Jure omnimo-
do, sive Divinum, sive Naturale, sive
Gentium quaecunque accuratius per-
pendamus; restat ut de dominio Sere-
nissimi REGIS Magnæ Britanniae in
Oceano circumambiente, & cumula-
tissimis quibus id firmatur fulciturque
testimoniis, dissertatio instituat. Quâ
in re is ordo servabitur, ut præmitta-
tur primò Maris circumflui tum Distri-
butio tum varia Appellatio, quæ disser-
tationi inserviat. Dein ostendetur, à
seculis vetustissimis per omne ævum,
in nostra usque continenter tempora,
Dominium Maris illius perpetuâ oc-
cupatione, id est utendo privatim &
fruendo,

fruendo, signatum, propagatumq; vel-
 ut nunquam non individuum five Cor-
 poris totius patrimonii regni Britanni-
 ci, five partis ejus, pro ratâ dominan-
 tium, portionem, seu ut Telluris ap-
 pendicem nunquam disjunctam, eos,
 qui per toties mutantes rerum status
 heic regnarunt, five Britannos scilicet,
 five Romanos, five Anglosaxones, five
 Danos, Normannos, adeoque Reges
 insequentes (quoslibet pro diversa Im-
 perii amplitudine) obtinuisse. Regum
 denique Magnæ Britannæ, Maris cir-
 cumflui, ceu termini eorum imperii
 non terminantis sed terminati (ut agri-
 mensorum verbis utar) dominium,
 periade ac ipsius Insulæ cæterarumque
 quas possident circumvicinarum, esse
 proprium.

Circumambiens Magnam Britan-
 niam Oceanus, quem Britannicum uni-
 versim nuncupamus, quadrifariam par-
 titur; idque ad quatuor Mundi plagas.
 Ab Occidente Vergivius alluit, qui &
 Deucalidonii nomen induit, ubi Ca-
 ledonum oras pulsat. Et Vergivii, in
 quo Hibernia sita est, pars censetur Ma-
 re Hibernicum, olim *Vallis Scythica*
 dictum, nunc Canalis Sancti Georgii

² *Gildas*
Epist. de
Excidio
Britan-
niæ.

K + appel-

appellatum. Tam scilicet id quod plagā
 Hiberniæ Occiduam alluit, quàm quod
 Magnam Britanniam (jam ita dictam)
 & Hiberniam interfuit, Britannicum
 dicendum. Neque enim hæc solùm,
 (quæ etiam antiquitas Magna Britan-
 nia, atque interdum *Insula* simpliciter

¹ *Aristi-
des in O-
ratione
Aegypti-
aciaca.*

Magna dicebatur) sed etiam Hibernia
 Insula, cæteræque circumjacentes, Bri-
 tanniæ vocitatæ. Unde sæpius Albion &
 Hibernia insulæ Britannicæ & Britanni-
 des æquè appellantur. Quod videre est
 apud Strabonē, Ptolemæum, Marcianū
 Heracleotem, Plinium, Eustathium in
 Dionysium Afrum, alios. Quin Hibernia

² *Magna
Constru-
tionu l. 2*

Mixog¹ Bestlavia dicta est Ptolemæo².
 Et vetustus Scriptor Ethelverdus, *Hî-
 berniam*, inquit³, *petunt, Britannidem*

³ *Lib. 4.
cap. 4.*

olim à Iulio magno Casare vocatam.
 Forte usus fuerat is codice Jul. Cæsaris
 integriore. Nam nullibi in commenta-
 riis ejus quibus utimur, dicta est eo no-
 mine Hibernia. Et mutilum esse inter-
 polatumque librum illum idque à Julio

⁴ *Lips. E-
pistolicar.
quæst. lib.
2. cap. 3.
& Eleth.
lib. 2. c. 7.*

quodam Celso, cujus nomen exempla-
 ria M. S. interdum præ se ferunt, obser-
 varunt viri docti⁴. Ad Septentrionem
 oceanus hic, Hyperboreus, Caledonius,
 & Deucalidonius nuncupatur; in quo

sparsæ

sparsæ insulæ Orcades, Thule, aliæ, quæ
 Britannicæ seu Albionicæ, item & Bri-
 tannides⁵ dictæ, mari alluenti nomen
 tribuere. Er Thule quidem (quam alii
 Islandiam esse; alii, idque optimè⁶,
 Shetlandiarum seu Zetlandiarum ma-
 ximam, *Thylensell* nautis⁷ dictam, ali-
 ter alii conjectantur) non solum Bri-
 tannica insula antiquitus vocitata, ve-
 rum etiam in ipsâ Britannîâ à nonnul-
 lis expressim collocata est. Mahumedes
 Acharranides Arabs, qui & Aracensis
 & Albategnius dictus, Mathematicus
 egregius, qui ante annos DCCC flo-
 ruit, *Terra latitudinem*, inquit⁸, *obser-*
vantes à loco linea aequalitatis, (*Æqui-*
noctialis) *versus Septentrionalem par-*
tem, insulâ Tile, quæ est in Britannîâ,
ubi est majoris diei longitudo xx hora-
rum, eam determinariprehenderunt;
 Ptolemæus⁹ scilicet & ejus sequaces,
 qui parallelum per Thules seu Shetlan-
 diarum Septentrionalia, id est, per gra-
 dum latitudinis Borealis LXIII præter
 quadrantem, ductum, Orbis habitabilis
 terminum esse statuerunt. Etiam & alii
 Thulen pro ipsâ Britannîâ usurparunt,
 seu Angliâ. Aderant olim Imperatori
 Constantinopolitano fidi custodes seu

⁵ Io. Fry⁶ *17es chi-*
*liad. 8.*⁷ *cap. 218.*⁸ *Guil.**Camden.**in Insul.**Brit. pag.**850.*⁹ *Gassan**Pencer.**lib. de**Terra di-**ensione.*⁸ *De Sci-**entiu stel-**larum,**cap. 6.**cap. 6.**cap. 6.**cap. 6.**cap. 6.**cap. 6.**cap. 6.**cap. 6.**cap. 6.**cap. 6.**cap. 6.**cap. 6.**cap. 6.**cap. 6.**cap. 6.**cap. 6.**cap. 6.*

satellites Barangi dicti, idque assidui. Ex Angliâ desumptos esse liquet, tum ex Nicetâ Choniate⁹, tum ex Códino Curopalate¹⁰, qui eos Ἰγκλιμαὶ *Anglice* vociferationes in salutē Imperatoris edere solitos scribit. Atqui in historiâ Annæ Comnenæ¹¹, Alexii filix, discrete ἐκ τῆς Θούλης νήσον *ex Thule insulâ* eos advenisse memoratur. *Britannica* demum dictæ sunt pariter, omnes insulæ quotquot in Mari hoc septentrionali sive cognitæ sive auditæ; quarum ultimas oras, etiam & ipsius Thules, ad latitudinis LXVII graduum aut circiter pertigisse volebant aliqui veterum. Et Albategnius de Oceano quâ ab Hispanis respicitur verba faciens, *In eo*, inquit¹², *à Septentrionali parte sunt insula Britannica, quæ sunt XII; & post hæc ab inhabitationibus elongatur; & quæ procedat, ignoratur.* Orientalis Britannix pars Oceano Germanico (Ptolemæo ita dicto, quia Germanico litore præjacet) pulsatur. Ab Austro Galliam & Britanniam interfuit, qui Britannicus singularim Ptolemæo indigetatus. Verùm & Britannicum appellabatur totum illud Mare, quod per lunatum Gallici litoris recessum, seu sinum Aquita-

⁹ *Histor.**Græc.**lib. 2.*¹⁰ *De of-**ficiis Con-**stantinop.**cap. 7.*¹¹ *Ale-**xiados**lib. 2.*¹² *De**Scientiis**stellarum,**cap. 6.*

quitanicum, in Hispaniarum litora Septentrionalia porrigitur. Testis est Me-
la, qui Pyrenzi promontoria in Ocea-
num Britannicum procurrere ait. *Py-
renaus*, inquit ¹³, *primò hinc in Britan-
niscum procurrit Oceanum; tñ in terras
fronte conuersus Hispaniam irrumpit.*

¹³ De fr-
tu Orbis
l. 2. c. 6.

Quem tamen siue Gallicum, siue Can-
tabricum, siue Aquitanicum à litoribus
quæ alluit, itidem dici nemo nescit. Sed
ab amplissimâ siue Britannorum in Ma-
ri dominatione, siue eorum qui jura
Britannici regni acquisierant (quod
heic idem est) eousque etiam proten-
sum est Maris & Britannici & Anglica-
ni nomen. Quod etiam veterum non-
nullis ad promontorium Nerium ex-
porrigitur. Geographus Arabs, *ab A-
quilonari* ¹⁴ *parte*, inquit, *Andaluziam*
(ita Hispaniam nominare solêt Arabes)

¹⁴ c. 4.
part. 1.

يحيط بحر الانقليس بين من الروم
*ambit mare Anglorũ, qui ex Romanis, id
est qui ex Europæis sunt. Nam tũ Roma-
nos tum Francos generatim Orientali-
bus dici Europæos solenne est. Et dein;*
من طلبطلة الي سنت ياقوب
علي بحر الانقليس بين تسع مراحل

A To

A Toletto ad S. Iacobum, quod situm est super Mare Anglorum, novem stationes. Et locum, ubi sita est S. Jacobi urbs, vocat ¹⁵ *promontorium Maris Anglorum*. Alia habet ille ejusmodi. Ita demùm velut in corpus unicum civile Britannia Magna, insulæ circumjacentes & Mare circumquaque alluens coaluere, ut Britannici nomine simul totum contineatur. Et mutua sibi fasce invicem velut dignitatis nomina reddidere Oceanus hic atq; Magna Britannia. Hæc scilicet Oceani insula seu *Insula Carulæ* ¹⁶ simpliciter veteribus dicta est, ut ille Oceanus Insulæ seu Britannicus.

¹⁵ *Climat. 5. part. 1.*

¹⁶ *In Catelectis Virgilii, de Sabino.*

His ita præparatis; primò de Britannorum, antequam in Romanorum potestatem sunt redacti, dominio Marino; dein de ejusmodi Romanorum heic imperantium dominio Imperium Insulæ & assiduò & necessariò comitante, agitur in sequentibus. Postmodùm vero, Anglosaxonum atq; aliorum qui in Britanniis summâ rerum, ante Normannæ adventum, sunt potiti, dominium ejusmodi, secundùm ea quæ suppetunt apud Veteres testimonia, explicatur. Postremò ad quadripartitam Oceani Britannici divisionem, singillatim cujuslibet
 Maris

Maris (cis Normannorum tempora) enarratur occupatio, & diutina atq; af-
 fidua possessio; Unde verum & legiti-
 mum dominium juraque quæ præ ma-
 nibus sunt Marina, usq; in Nostra tem-
 pora, filo velut continuo, deducantur.
 Sed verò, cum & Septentrionalis & Oc-
 ciduus Oceanus latissimè excurrat (hic
 ad Americam; ille non ad Islandiam so-
 lum & Groenlandiæ litora, sed ad me-
 tas planè incognitas) neque totus sit
 Britannicus dicendus: Quoniam tamen
 Jura sua amplissima tam in hoc quàm
 in illo Mari, etiam ultra Britannici no-
 minis metam, habet serenissimus Rex
 Magnæ Britanniæ; ideo neque hæc vi-
 sum est omninò prætermittere.

CAP. II.

Britannos Oceanum cognominem, maximè
 qui Australis est & Orientalis, in Romano-
 rum potestatem nondum redactos, ut
 dominos, cum Insulâ, occupasse.

Verum quidem est illud quod habet.

Vir præclarus, Non ex eo solo, quod Hugo
 terras populus occupavit, Mare occupa- Grotius,
 tum esse, nec animi actum sufficere; sed de Inre
 actu externo esse opus, unde occupatio pos- Belli &
 sit intelligi. Non igitur à nudâ terra- Pacis, lib.
 rum, quæ Oceano pulsantur, occupa- 2. cap. 3.
 tione §. 11.

tionem seu dominium argumenta sunt omninò desumenda. Sed ab ipso Maris usu ejusmodi privato, qui in Mari navibus ad dominium sive tutandum sive vindicandum sternendo, navigationis modo transeuntibus præstituendo, cæteris, quæ domini cujuscunque marini fructus sunt, percipiendis, aliisque, quod caput est, sive arcendis sive pro arbitratu admittendis consistit. Quâ de re, per secula anteriora ad ævum præsens, ea, quæ Britanniam spectant, diligenter exequemur.

Vetustissimam memoriam, cui de rebus Britannicis fides ferè ulla sit habenda, Cæsaris tempore antiquiorem non esse meritò statuitur. Seculis, quæ præcedunt, squallore fabularum nimium obductis. Sub illius autem adventum, non ita obscura circumflui Maris, maximè Australis Orientalisque, à Britannis occupati atque ut à dominis possessi, velut perpetuæ Insulæ imperii appendicis, vestigia reperiuntur. Etenim ii non duntaxat Navigantes & Piscantes Mari suo tunc usi sunt, verùm etiam neminem præter mercatores, suo injussu Insulam adnavigare sinebant; nec quenquam omni-

no por-

no portus & oram maritimam explo-
rare. Certè rem ita se habuisse, non leve
est argumentum quod ex Cæsare sub-
jiciemus. Quin argumentis & conje-
cturis, de seculis adeò retro diffitis, ve-
nia semper danda est; maximè ubi in-
sequentium seculorum usus atque te-
stimonia adstipulantur. Et quemadmo-
dum in longinquo nimis positorù spa-
tia, quæ oculis admodum in incerto
sunt, ex propinquioris trianguli certio-
ri ratione solent deprehendi; Ita ferè
quicquid incerti fuerit in probationi-
bus illis ex adeò longinquâ vetustate
adducendis, id ex continuato inde ci-
teriorum seculorum more & Jure cer-
tiore (quod in sequentibus susè ape-
rietur) satis manifestum redditum iri
non dubito. Quod attinet ad singu-
larem, prisco illo in ævo, Britanno-
rum Navigationis usum, sine quo Maris
hujusmodi occupatio haberi nequit;
Utcunque adpulsu J. Cæsaris primo,
inufitator longarum navium species
timorem iis injiceret, & secundo, na-
vium omnigenarum numero (quippe
quæ ad DCCC; ut nonnullis placet, ad
M³ excreverant) perterriti à litore dis-
cederent, minimè ad navale bellum,
quale

² Cæsar
de Bello
Gallico
lib. 4. &
³ Guil.
Pitta-
viensis in
gestis
Wilhelm-
mi Re-
gis L

quale tunc imminebat neque assuetum eis erat, satis armati; suas nihilominus naves eos habuisse, quibus per vicinum Mare discurrere solerent, adeoque illud corporaliter occuparent, certissimum est. Celebriora præ aliis sunt quidem apud Scriptores Navigia eorum, quæ suo more vimine contexta (ut in populis vetustioribus aliis) & coriis bubulis circumtectâ in usu habebant frequenti. Etiam de vetustis Oestrymnum insularum (Britannicarum, quæ, Belerio promontorio adversæ, *Syllnes* & veteribus *Syllinæ*† dicuntur, & circumjacentium) incolis, Festus Avienus³;

⁴ *Andr.*

Schott.

Observat.

Historic.

l. 3. c. 22.

§. 6.

⁵ *In Oris*

Mariti-

mb.

— *rei ad miraculum,*

Navigia junctis semper aptat pellibus,

Corioq; vastis saepe percurreunt salum.

Et quod habet ille de negotiandi illorum jugi curâ adeoque navigandi usu, ad ceteros qui Britannici fuere juris æquè pertinet. Nec præliis sane maritimis (pro seculi & populorum finitimorum more) gerendis coriacea hæc atque viminea Britannorum Navigia fuisse cuncta imparia sentiendum est, nec itineribus illius ævi longis minùs idonea. Nam cum illis sex dierum spatium in Oceano eos emensos interdum fuisse

scribit

ibit expressè Plinius ⁶. Etiam in hi- ⁶ *Histor.*
 oria legitur Britannica ⁷ Luidum, sub *Natur.*
 e faris ævum, Britannia Regem, mul- *l. 4. c. 16.*
 t insulas Maris bello occupasse, quod ⁷ *Henric.*
 testatem navalem insignè classemi- *Huntin-*
 te non inermem denotat. Verum qui- *don. hist.*
 m est naviculas in his fuisse (ut nulli- *lib. 1.*
 non sunt) quæ præliis & tempestati-
 is proculdubio fuere impares; quales
 ilicet J. Cæsar in angustias ab Afrania-
 o exercitu redactus, construxit ad mî-
 tes flumen transportandos, quemad-
 modum eum (quæ ejus verba sunt ⁸) sic ⁸ *De bello*
 prioribus annis usus Britannia docue- *Civili l. 2.*
 at. Carina primùm & statumina ex *c. 54. &*
 vâ materia fiebant. Reliquum corpus *videfis*
 avium, viminibus contextum, toris *Solinum,*
 tegebatur, de quibus item Lucanus ⁹ *cap. 25.*
⁹ *Phar.*

Primùm cana salix, madefacto vimi- *sal.*
ne, parvam

Textur in puppim, easque inducã
juvenco,

Vectoris patiens, tumidum circumna-
tat annem.

Sic Venetus stagnante Pado, fusoque
Britannus

Navigat Oceano. —

Et de his alii. Sed puppes, quæ sex die-
 rum spatium per Oceanû emetiri sole-
 bant,

bant, parvæ (puto) eo saltem seculo, non sunt dicendæ, nec quales militum tantum traiectioni construxit Cæsar, carrisq; junctis per millia passuum *XXII* devexit, uti memorat ipse. Dubitari igitur nequit, quin tunc fuerint etiam Britannis navigia & magnitudine & usû Oceano peridonea, etiam è materia jam dicta. Sed verò & è materia quæ multò commodior esset firmiorque. Naves eis bellicas construi Oceanoque suo insulisq; tuendis parari solitas fuisse, merito existimandum erit ex his quæ mox de vicinis æquore alluente arcedis dicentur. Frequentis autem Piscationis usus inde apud eos asseritur (tamen non docti qui Septentrionaliores Britannos pisces minimè gustasse ¹⁰ scribant) quod piscium grandiorum dentibus, eorum cultiores, eosum capulos insignire affecti sunt. *Qui student* (inquit de eis Solinus ¹¹) *cultus, dentibus Maris mantium belluarum insigniant Bujum capulos. Candicant enim ad eorum claritatè. Nam precipua virtus gloria est in armorum nitela.* Absque inventa hujusmodi belluarum copia, jam hæc frequenter piscatorum tum numero tum opera capi non posset, ornati

→ Dio

Caesar

lib. 76

→ Solinus

lib. 11

à huic materies minimè (puto) suffe-
 flet apud gentem bellicosissimam; in-
 ia nullus mas nascobatur, cui in os pri-
 os cibos, in bellici studii auspiciam,
 terni gladii mucrone inferre non so-
 bat puerpera. Et solennia erant matris
 tra, ut non aliter ac in bello & inter
 ma mortem filii oppeterent. Scio hæc
 pud Solinum pletunq; Scriptoribus ca-
 i, ac si de Hiberniæ incolis tantum di-
 ta fuissent. Qua in re, si quid video, pla-
 è hallucinantur. Caput habet Solinus
 e Britannia. Verba ejus sunt; *Finis erat*
orbis ora Gallici litoris; nisi Britannia
insula, non qualibet amplitudine, nomen
orbe alterius mereretur. Ostingen-
is enim & amplius millibus passuum
longa porrigitur; ita ut eam in Caledo-
sicem usq; angulum metiamur, in quo
recessu Ulysses Caladonia appulsus ma-
nifestat ara Græcis literis inscripta voca-
ta. Multis insulis nec ignobilibus circun-
datur, quarum Hibernia ei proximas
magnitudine. Inhumana est, ritu incola-
rum aspero; aliàs ita pabulosa, ut pecua-
nisi interdum à pascuis arceantur, in pe-
riculum agas satias. Illic nullus Anguis;
avis rara, gens inhospita & bellicosa.
Sanguine interemptorum hausto primo,
victores

bant, parvæ (puto) eo saltem seculo, non sunt dicendæ, nec quales militum tantum traiectioni construxit Cæsar, carrisq; junctis per millia passuum XXI devexit, uti memorat ipse. Dubitari igitur nequit, quin tunc fuerint etiam Britannis navigia & magnitudine & usu Oceano peridonea, etiam è materia jam dicta. Sed verò & è materia quæ multò commodior esset firmiorque, Naves eis bellicas construi Oceanoque suo insulisq; tuendis parari solitas fuisse, merito existimandum erit ex iis quæ mox de vicinis æquore alluente arceadibus dicentur. Frequentis autem Piscationis usus inde apud eos asseritur (tametsi non desint qui Septentrionales Britannos pisces minimè gustasse. 1º scribant) quod piscium grandiorum dentibus, eorum cultiores, ensium capulos insignire assueti sunt. *Qui studens* (inquit de eis Solinus 11) *cultus, dentibus Mari nantium belluarum insigniant Ensum capulos. Candicant enim ad eburneam claritate. Nam præcipua viris gloria est in armorum nitela. Absque immensa hujusmodi belluarum copia, quæ sine frequenti piscatorum tum numero tum opera capi non posset, orna-*

20 Dio
Cassius
lib. 76.

21 Poly-
hist. c. 25.

tui huic materies minimè (puto) suffe-
cisset apud gentem bellicosissimam; in
qua nullus mas nascebatur, cui in os pri-
mos cibos, in bellici studii auspiciam,
paterni gladii mucrone inferre non so-
lebat puerpera. Et solennia erant matris
vota, ut non aliter ac in bello & inter
arma mortem filii oppeterent. Scio hæc
apud Solinum plerunq; Scriptoribus ca-
pi, ac si de Hiberniæ incolis tantum di-
cta fuissent. Qua in re, si quid video, pla-
nè hallucinantur. Caput habet Solinus
de Britannia. Verba ejus sunt; *Famis erat
orbis ora Gallici litoris; nisi Britannia
insula, non qualibet amplitudine, mem-
penè orbis alterius mereretur. Oëtingen-
tis enim & amplius millibus passuum
longa porrigitur; ita ut eam in Caledo-
nicum usq; angulum metiamur, in quo
recessu Ulysses Caladonia appulsus ma-
nifestat ara Græcis literis inscripta voca.
Multis insulis nec ignobilibus circun-
datur, quarum Hibernia ei proximat
magnitudine. Inhumana est, ritu incola-
rum aspero; aliàs ita pabulosa, ut pecua
nisi interdum à pascuis arceantur, in pe-
riculum agat satias. Illic nullus Anguis;
avis rara, gens inhospita & bellicosa.
Sanguine interemptorum hausto primo,
victores*

victores vultus suos oblinunt. Fac ac nefas eodem animo ducunt. Puerpera, si quando marem edidit, primos cibos gladio imponit mariti, inq, os parvuli summo mucrone auspicium alimentorum leviter infert & gentilibus votis optat, non aliter quàm in bello & inter arma mortem oppetat. qui student cultui, dentibus Mari nantium belluarũ; & cetera quæ superius sequuntur. De Insulis dein aliquot circumjacentibus, veluti Thanao, Hæbudibus, Orcadibus, Thule agit; & quantum ad mores attinet, concludit Britanniam partim tenere barbaros quibus per artifices plagarum figuras jam inde à pueris variæ animalium effigies incorporantur. Quæ res satis est ex Cæsare aliisque Scriptoribus nota. Jam verò si ea quæ periochen illam, qua prima Hiberniæ mentio fit, sequuntur, de Hibernis non de Britannia Magnæ indigenis intelligenda forent, sequeretur sanè Solinum ibi, prorsus instituti in ipso limine oblitum, ad Hiberniam insulasque vicinas è Britannia Magna statim transisse; neque de hujus indigenarum, in ipsa insula, moribus quidquam, præter figuras cuti incorporatas, idque sub capitis calcem, meminisse. Quod

mibi

mihî nullo pacto credendum videtur. Nec fert ipsa sermonis ratio tam Hiberniam quàm Britanniam Magnam heic intelligi. Nam de Britannia hæc *Multis, inquit, insulis nec ignobilibus circumdatur, quarum Hibernia ei proximat magnitudine. Inhumana est, ritus incolarum aspero, &c.* Morum hæc descriptio quæ statim subjungitur fusior, non aliter Hiberniæ mentioni contexitur in editione Delriana & plerisq; aliis quas in citatis sequuti sumus. Et quis non videt descriptionis illius initium, adeoque insequentia, majori multo ratione sic ad Britanniam, de qua ex instituto verba fiunt, quam ad Hiberniam, cujus nomen obiter tantum interseritur, referri. Nec omnino obstat quod de Angue ibi legitur. Notissimum quidem id esse, fatendum est si de Hibernia dicatur, in qua animal nullum venenosum. Falsum, si de Britannia. Ceterum id etiam ipsum de Britannia nostra creditum est, idque in splendidiori superioris ævi literarum luce. Ut scimus non solùm ex Hieronymi Cardani libris de Subtilitate (in quibus ² negatur, Bri- ² *De Sub-*
tanniam ejusmodi animal aliquod ad- *tilitate*
mittere) verum etiam ex Julii Scaligeri in *lib. 10.*
cum

23 Exer-
cit. 200.

cum Exercitationibus¹³, qui hoc itidem
 admittit & ad causas quare Britannia
 careat venenatis frustra transit. Quod
 mirum sanè est, cum in illum hic tam
 acriter scripserit, & utrique viri sanè
 præstantissimi, naturæque callentissi-
 mi, aliquandiu in Britannia egerint. Sed
 hallucinationes hujusmodi (quemad-
 modum etiam quæ apud Solinum oc-
 currit de avibus apibusque) infrequen-
 tes, apud Scriptores, non sunt. Et Ro-
 manum Scriptorem summam exteris
 gentibus, quibuscum amicitiam non
 colerent Romani, barbariem tribuere
 (quod facit heic Solinus) solente erat.
 Quod verò in editionibus nonnullis
 habetur; *Multis insulis nec ignobilibus
 circumdatur, quarum Hibernia ei pro-
 ximat magnitudine, inhumana¹⁴, ritibus
 incolarum aspero &c.* ac si ita etiam sen-
 su & ordine continuato, quæ sequun-
 tur, ad Hiberniam planè spectarent; id
 sane contra veterum aliquot codicum
 spectatarumque editionum fidem, ex
 eo natum opinor quòd de Hibernia so-
 la in sequentibus lineis aliquot agi,
 cum vulgo perperam creditum est. At-
 tamen & sic etiam, quæ *magnitudine*
 sequuntur, æquè possunt, & debent ad
 Britan-

14 Edit.
 Claudii
 Salmasii.
 Atque ita
 sane Cod.
 Ms. vet.
 in Bi-
 bliothe-
 ca Cot-
 toniana.

Britanniam, non ad Hiberniam attine-
 re. Quin & expressim Tacitus de Hi-
 bernis illius seculi, *Ingenia, inquit* ¹⁵, ²⁵ *In vi-*
cultusque hominum haec multum à ^{ta Julii}
Britannia differunt. Jam vero, ut ad ^{Agrico-}
 cultum illum, qui ex piscium dentibus ^{la.}
 erat, redeamus; Gallicis adversus Ro-
 manos bellis ferè omnibus (quod ait
 Cæsar) ex Britanniis subministrari sole-
 bant auxilia. Aut igitur Britannorum
 sordidos & incultos etiam & inertes
 plerosque fuisse est dicendum (quod
 falsissimum esse constat) aut hinc con-
 jectandum est Piscandi usum genti fuis-
 se frequentissimum, qui, simul cum
 Navigationis & commerciorum fre-
 quentiâ, Oceanum corporaliter ab eis
 occupatum esse demonstrat. Hujus-
 modi autem occupationi corporali, si
 adjiciamus etiam ita Mare aliis ab iis in-
 terclusum esse ut pro arbitrato transi-
 tum & aditum præpedirent, quid ve-
 tat quo minus eos, tam ex Animi quam
 Corporis possessione, dominium ma-
 nifestum sibi acquisivisse concludamus?
 Ita autem interclusum fuisse ab eis Ma-
 re satis aperte docere videtur Cæsar.
 Cum enim is primùm in Britanniam
 trajicere contendens, de litore ac por-
 tuum

suum situ diligenter in Gallis disquire-
ret, idque convocatis undique Merca-
toribus Gallicis; adeò eâ in re frustra
fuit, ut ad hæc exploranda, prorsus scili-
cet incognita, C. Volusenum cum lon-
gâ navi necesse ei esset præmittere.
Horum enim prorsus ignari erant Gal-
li, quia aditu prohibebantur, adeoque
libero Maris usu. Nam disertè, horum

*26 De bel- neque temerè, scribit ille 16, præter Mer-
lo Gallico catores illò adit quisquam; neque in
lib. 4. ipsos (mercatoribus) quidquam, præter
oram maritimam atq; eas regiones qua
sunt contra Galliam, notum est. Neque
igitur adpellere, invitis Britannis, ad li-
tus quis jure usitato potuit præter Mer-
catores; neque ipsis Mercatoribus fas
erat aut loca litoris exscensionem idonea
aut incommoda, aut quibus exciperen-
tur portus, operosius & penitus obser-
vare. Quanquam enim oram mariti-
mam novisse hos dicit; at tamen, qui
essent ad majorum navium multitudi-
nem idonei portus, omnino nesciebant;
quod idem affirmat Cæsar. Et oras ma-
ritimas, præternavigando atque in ipso
marî commercia cum Insulæ incolis
exercendo, invisere Mercatoribus tan-
tùm, ut videtur, permissum. Quin vetus
Cæsar*

Cæsar interpres Græcus ibi, ἄλλο μὲν
 γὰρ ἔστι ῥαδίως τοῖς Βρεταννοῖς ἐπιμύθεον
 πλὴν ἐμπορίων· *alius quisquam, præter*
mercatores, Britannis non facile misce-
batur. Nec Tellure scilicet, nec Mari;
 cuius (ut ostensum est) frequentissimus
 eis erat usus, & à quo velut à territorii,
 cuius erant domini, parte, exteros om-
 nes, præter Mercatores, arcebant.
 Unde sequitur etiam eos qui in Britan-
 niam à Galliis Druidum disciplinæ dis-
 cendæ causâ frequenter trajicere soliti,
 id non nisi temeritatis pœnæ obnoxios,
 veniâ ab Insulæ Regulis non impetratâ,
 fecisse. A Regulis, inquam, maritimis.
 Nam non unius imperio tunc suberant
 Britanni. Maris domini fuerunt, qui ma-
 ritimis civitatibus seu Provinciis impe-
 rabant: veluti Gingetorix, Carvilius,
 Taximagulus, Segonax in Cantio; alii
 in Regnis, Belgis, Durotrigibus, Dam-
 coniiis, Trinobantibus, Icenis, Corita-
 nis (populis qui Suffexiam, Surriam,
 agrum Hamtoniensem, Dorsetiam,
 Devoniam, Cornvalliam, Essexiam,
 Norfolciam, Suffolciam, Lincolnien-
 sem agrum occubabant) id genus cete-
 ris. Nam & Cæsar ipse interiorem par-
 tem insulæ ab iis incultam ait quos

L

inibi

inibi natos proditum dicebant; maritimam autem partem ab iis qui prada ac belli inferendi causa ex Belgio transfierant, qui omnes ferè iis nominibus civitatum appellabantur, quibus orti ex civitatibus eò pervenerunt. & bello illato ibi remanserunt, atque agros colere ceperunt. Sed ille pro quantitate Insulæ exiguâ sibi cognitâ, maritimas civitates, seu provincias, illas tantummodò appellavit, quæ Thamesi fluvio Australes sunt: Maxime Cantium, Regnos, & Belgas. Tametsi verò ita in singularia distraherentur imperia tunc oræ maritimæ, nihilominùs adversùs hostem, seu ad mare (cujus tutela ad omnes harum Principes spectabat) tutandum, dubitari nequit, quin communi uterentur simul consilio; quemadmodum etiam in aliis rebus in externos hostes bellicis, ut videre est apud Cæsarem ¹⁷, ubi summa Imperii bellicæ administrandi communi Britannorum consilio permissa est Cassivellauno. Nec dominatui hujusmodi Britannorum Maris obstat, quòd apud Cæsarem de Venetis, Galliæ sub Ligeris ostium populo, legitur; eorum scilicet ¹⁸ amplissimam fuisse oræ maritimæ Galliæ occidentalis

¹⁷ De bello Gallico lib. 5.

¹⁸ Cæsar de Bello Gallico l. 3. c. 8. p. 12.

talis auctoritatem, & scientiâ usque
 rerum nauticarum cæteros (scilicet vi-
 cinos Galliarum populos) eos antecessisse,
 atque naves eis fuisse, in prælio navali
 cum Decio Bruto commisso, totas ex
 robore factas, apprimè erectas, & sive
 vela pellicea, sive catenas ferreas pro
 funibus, sive trabes spectes, ad quamvis
 vim perferendam accommodatas; &
 numero circiter CCXX, paratissimas atq;
 omni armorum genere ornatissimas è
 portu profectas, Classi Romanæ adver-
 sas constitisse. Credendum certè non
 est, harum plerasque non fuisse subsidia-
 riâ à Britannia Venetis petitas, aut
 quantacunque fuerit Venetorum po-
 tentia navalis, majorem tamen non
 fuisse quam Britannorum, etiam ipso
 auctore. Nam non solum accersita ex
 Britannia à Venetis tunc auxilia disertè
 scribit ille, verùm etiam plurimas fuisse
 illis naves quibus in Britanniam navi-
 gare consueverunt. At verò ut superius
 ex ipso ostensum est, nemo temerè Bri-
 tanniam, seu Britannorum injussu, ad-
 navigabat. Præter pelliceas igitur seu
 vimineas Britannorum naves, fuisse eis
 dubitandum non est classem strenuam,
 que etiam pro libitu arceret Veneto-
 rum

rum naves illas armatissimas. Aliter quæ fieri potuit ut, præter Mercatores, nemo ex Galliis in Britannia oram maritimam admitteretur? Quin omni Venetorum Senatu necato à Cæsare, superstites fuere post Bruti victoriam cæteri, inter quos tamen ne repertus quidem est qui portum Britannia aliquem haberet exploratum; ut ex eodem liquet Scriptore. Quod ut admitti posset, si aut Venetorum qui illuc navigare consueti, potentia navalis Britannica præstitisset, aut illorum non multò superasset Britannica, non omnino capio. Ratio autem cur in sequenti Cæsaris adpulsu nulla ejusmodi navis in Mari seu litore Britannico comperta sit (quod valde miratur Petrus Ramus¹⁹) nec de aliis ac vimineis Britannorum navibus Scriptores Romani loquantur, obscura non videtur. Nam Navium quod ubique fuerat, unum in locum, ad prælium jam dictum, coëgerant Veneti; ut expressè Cæsar. Si igitur, ut credendum est, in iis esset classis Britannica in subsidium accersita, certè tota ante Cæsaris adpulsam amissa est. Nam periere universæ Venetorum vires in prælio illo navali. Quin & P. Ramus, de tempe-

state

¹⁹ De C. Julii Cæsaris Militia, cap. de prælio Navali.

state ingenti qua Julii Cæsaris naves magno cum periculo in Oceano hoc usquequaque disjectæ sunt, verba faciens, *Hac tempestas, inquit, Maris, Britannos fines veluti ulciscens fuit & novum ac peregrinum regem indignantis.* Ac si dixisset in ipso Oceano fines fuisse Britannici imperii, quod ad alium principem tunc transferri indignaretur Oceanus ipse. Quod verò habet Panygrystes ille ²⁰, de Julii Cæsaris ævo; *illa* ²⁰ *In Pan-*
atate nec Britannia ullis erat ad nau- *egyrico*
le Bellum armata navigiis, aut oratorie *Maximi-*
 tantum dictum est, atque ad Constantii Chlorigæ Cæsaris victoriam (qua C. Allecto, qui Britanniam invaserat, occiso recepta est Insula simul cum Oceano, ut inferius ostenditur) impensius attollendâ, aut de ipso duntaxat Cæsaris ad pulsus tempore capiendum. Aliter sanè rationibus jam adductis, ac autoribus bonis subnixis, planissimè adversatur; nec pro vero admittendum. Postquam autem in Romanorum potestatem redacta est Insula, naves proculdubio armatæ Britannis, ut in officio facilius continerentur, interdictæ sunt. Unde postea Scriptores de Vimineis tantum verba faciunt.

Septentrionalis Maris dominos fuisse Britan-
nos antequam subjugati sunt Romanis. *Et*
Mare & Tellurem unicum Imperii Bri-
tannici corpus constituisse.

Septentrionalis item, seu Deucaledo-
nii, dominos fuisse Britanos sub id
ævum, res est satis testata. Hanc Ocea-
ni partem *Maris sui Secretum* dixerunt.
Tacitus, ubi Julii Agricolaë in hanc pla-
gam navigationem memorat, *Britan-*
nos, inquit, ut ex captivo audiebatur,
visa Classis obstupesciebat, tanquam,
aperto Maris sui fœtore, ultimum vè-
tilis perfugium clauderetur. Atque in
animosâ Galgæi Caledonii oratione,
qua milites ad pugnam horratus est,
Nunc terminus, inquit, Britannia pa-
tet. Maris sui secretum seu territorium
in septentrione Marinum, terminum
suum appellabant. Quin idem Galgæ-
cus, *Nulla, ait, ultra terra, scio Mare*
quidem securum, imminente nobis classi-
se Romana. Hujus tutandum æquè ac
insulæ dominium, innuens; utpotè an-
teâ acquisitum. Quid quod Scriptori-
bus illius seculi, *vincula dare Oceano;*
& Britanos subjugare, idem ipsum de-
notabat. Ita Lucanus intelligendus ^{2,}
ubi

¹ Tacit.
in vita
Agrico-
la.

² Phar-
sl. lib. 3.

ubi enumerat quas Victoriæ facies
pompa potuisset Cæsar præmittere in
urbem regressus, Gallorum tantum po-
pulis Arctoque subactâ;

— ut vincula Rheno,

*Oceanoque daret! celsos ut Gallia cur-
rus*

*Nobilis, & flavis sequeretur mista
Britannis.*

Attamen nondum vincula Oceano no-
stra data erant à Romanis. Insulam po-
tius ostendit tantum, quam posteris tra-
didit Julius Cæsar. Neque ante Clau-
dium, pars ejus aliqua in Romanorum
potestatem satis redacta est. Neque
Maris imperium aliò devolutum. Et ta-
meti sub Augusto, Drusus Germani-
cus per eam Oceani partem, quæ Rhe-
ni ostia & Cimbricam interjacet Cher-
sonesum, navigans³, Frisios subegit, eâ
nihilominus victoriâ nulla pars Oceani
Imperio Romano adjuncta est. Totus
Britannis, nondum omnino devictis,
manebat. Neque indignum est quod
hec observeretur, C. Caligulam, qui Bri-
tanniæ imminebat, ad transmarinas
Oceani nostri oras ex Germania inte-
riori profectum *ὡς καὶ ἐν τῇ Βερίλωνος
παλιβορίας, velut in Britannia bellum*

*3 Dio
Cassius
lib. 54.
Plin. lib.
2. cap. 67
Sueton.
in Claud.
cap. 1.*

L 4 *gesta-*

4 Adde *gesturum* (quæ verba sunt Dionis[†]) directâ in litore circa Rheni ostia acie, balistis machinisque dispositis, signoq; pugnae dato, nemine gnaro aut opinante quidnam esset cœpturus, repente ut conchyliâ legerent, galeasque & sinus replerent, imperasse. Atque hæc Oceani spolia Capitolio Palatioque debita vocantem animos sustulisse, ac si Oceanum ipsum subegisset. In indicium tandem seu trophæum ludicrae victoriæ altissimam turrem, è qua (ut ex Pharo) noctu ad regendos navium cursus ignes emicarent, juxtâ excitasse; cujus nondum penitus vastatas ruinas, sed aquis plerunq; prope Cattovicum opertas, rariùs nudatas, *Brittenhuys* & *t. Huys te Britten*, id est, (ut volunt aliqui) *domum Britannicam* vocant Batavi ac incolæ, seu *Britannicam arcem*. Certè de turri à Caligula tunc ibi extractâ, res certa est ex Suetonio⁵. Etiam & ruinas hæc ejusdem fuisse turris contendunt viri docti, Hadrianus Junius Baravus⁶, Guilielmus Camdenus noster⁷, & Richardus Vitus⁸; aliis, ut Ortelio, Golzio, Cluverio⁹ refragantibus. Et tum de origine nominis, tum de significatione est dubitatum. Qua de re nos non

Aurel. Victorē,
 ut emendatur ab
 Andrea Schotto
 Observat. Historic.
 lib. 3. cap. 21.

5 In Caligula
 cap. 46.

6 In Batavia
 cap. 10.

7 In Insula Britann.
 pag. 852.

8 Historiar. lib. 4. not. 56.

9 De Rheni alveis
 cap. 14.

& videfis Ortelium
 in Theaur. geograph.
 verb. Britannici.

on disputamus. Sed fallor nimium, isti Caligula non tam victoriam de Britannia ipsa speratam, saltem cogitam, dum hoc fecit, neglexerit, quam iusmodi victoriæ compendium joculariter invenisse sibi visus fuerit. Rem essit ut Britanniam subactus. Et onchyliæ, Oceani spolia ei dicta, marini Domini insignia, ac velut certissimam Imperii Britannici aram ratus est. Accedit, merito existimandum est, Territorium fuisse Imperii Britannici unicum è Tellure seu Continente Magnæ Britannia, insularum circumjacentibus & Maribus variatim interfluentibus conflatum. Quod tum ex unico nomine illo Britannico totum Territorii ejusmodi corpus complexo (ut superius narratur) elicere fas est, tum ex eo quod Mare ipsum nonnullis, ut Albategnio, Britannia pariter, ac Insula, vocabulo sit insignitum; ubi Thulen Oceani Insulam in Britannia collocat. Scilicet, quemadmodum Sicilia, Corsica, Sardinia, alia in mari Tyrrheno insulae, partes ¹⁰ Italiae etiam & ei continentes in jure dictae sunt, & Sicilia etiam Suburbana ¹¹ regio (postquam Maris interfluentis & contermini erant

¹⁰ L. 9. ff. tit. de Iudiciis. & l. 99. ff. tit. de V. S. ¹¹ Cicero actione 2. in Verrem. & Florus lib. 3. cap. 19.

L 5 domi-

domini facti Romani) nominabatur; & simul omnes cum Italia & ipso Mari unum corpus seu Provinciam confedere; ita insulæ, quas diximus, omnes Britannicæ cum Britannia Magna atque interluentibus circumfluisque Maribus, unum Britanniarum seu Imperii Britannici corpus, ritè erat indigetandum. Tam Maribus quàm Insulis in dominium eorum, qui rebus heic potiti, semper transeuntibus. Unde forsàn evenit, quòd Britannici Imperii seorsim æstimati magnitudinem tantam arbitrati sint Romani, ut Britannia

¹² Panegyric.
Maximiano dictus Si mihi.

non circumfusa Oceano sed complexa Oceanum ipsum videretur, ut Panegyristes ille.

C A P. IV.

Oceani Britannici dominium, ipsam Britanniam Magnam devictam sequebatur, sub Claudio & Domitiano Augustus.

DEbellatis postmodum à Claudio Cæsare Australioribus Britannis & in deditiorem accepta Insula Vectæ accessit cum illis, velut Victoriæ partem necessariò comitata, Romano Imperio Britannicus Oceanus; quæ saltè sub actæ insulæ parti prætendebatur. Inde ejusdem ævi Poeta Anonymus ad

¹ Epigr. vet. lib. 2. & in Catalect. vet. Poët. lib. 1. 7.

ad Claudium de Britannia subacta;

*Ausonius nunquam tellus violata
triumphis*

Ictus tuo, Caesar, fulmine procubuit.

Oceanusq; tuas ultra se respicit aras;

Qui finis Mundo est, non erat imperio.

Et dein,

Eufrates Ortus, Rhenus recluserat.

Arctos,

Oceanus medium venit in Imperium.

Ipsum Oceanum Imperio, cum Britannia, Romano tunc subjugatum ait, ut post etiam expressius.

*At nunc Oceanus geminos interluit
Orbes:*

Pars est Imperii, terminus antè fuit.

Terminus eras Romanorum, per Gallias & Germaniam, imperio Oceanus Britannicus. Devictis Britannis statim imperii pars fiebat. Iterum,

*Oceanus jam terga dedit; nec pervius
ulli*

Casareos fasces, imperiumque tulit.

Est;

*Illa procul nostro semota, exclusaque
caelo*

*Altitur nostra vixta Britannic
aqua.*

Nostram

Nostram aquam Oceanum appellat non minus, ac insulam ipsam, devictū. Unde & Romano cingi jam Imperium Romanum Oceano scribit, postquam nempe subacta est Britannia

Quam pater invictis Nereus vallaverat undis.

Undarum imperium, insule dominium semper secutum est. Et Seneca de eodem Cæsare & hoc Mari;

² In Oſa-
via act.

1.

— parvis liber diis

Oceanus, & recepit invictus rates.

En qui Britannis primus imposuit iugum,

Ignora tantis classibus acta freta.

Quin, in ejusdem Apocolocyntosi

Iussit & ipsum

Nova Romæ

Iura securis.

Tremere Oceanum.

Britannicus Oceanus palàm intelligendus. Et præseus autor Hegesippus, *Plus* (inquit ³, Agrippæ Regis personam induens, Claudium alloquentis) *ipse transiisse ad Britannos, quàm triumphasse de Britannis. Quid enim facerent, elementis jam Romanorum imperio subactis? Decuit illos Oceanus servitutis patientiam, postquam transfretantibus*

³ De Ex-
cidio Hie-
rosoly-
mit. lib.
2. cap. 9.

& ipse

Et ipse Romanorum navigiis insuetam
 sibi servitutem agnoverat. Hinc etiam
 navalis Corona, in Principis honorem,
 fastigio domus Palatinæ fixa est, traje-
 si & quasi domiti Oceani insigne, quod
 ait Tranquillus⁴. Verùm hæc ad Mare
 Australius tantum pertinent. Septen-
 tionalius hand navigatum est Claudii
 classis: Neque enim eius eousque per-
 tingebat victoria. Primum autem sub
 Domitiano circumnavigata est insula
 à Romanis; & tunc primum illud no-
 vissimum Mare ab eis cognitum domi-
 tumque. Tacitus de Julio Agricola in
 Britannia Proprætor, *Hanc*, inquit,
præter novissimi (Caledonii) maris tunc
primum (sub Domitiano) Romana clas-
sis circumvecta, insulam esse Britan-
niam affirmavit, ac simul incognitas ad
id tempus insulas, quas Orcadas vo-
cant, invenit domuitque. Quod itidem
 Juvenalis⁵;

⁴ In Clau-
 dio cap.

¹⁷

⁵ Satyr. 20

— arma quidem ultra

Littora Iuverna promovimus & mo-
 do captas

Orcadas. —

Modò captas dicit, id est sub Domitia-
 no. Et error est manifestus apud Euse-
 bium Hieronymianum, Claudium Or-
 cadas

eadas Insulas Romano adiacisse imperio
 Quem tamen secuti sunt Orofius, Cal-
 fiodorus, Eutropius, Beda, Nennius,
 Ethelverdus, alii. Sed contrarium ex
 unico Tacito, scriptore coetaneo &
 gravissimo, satis evincitur. Quae verò
 occurrunt apud Valerium Flaccum⁵,
 Silium Italicum⁶, Statium⁷, alios, de
 Caledoniis & Thule subactis ante Do-
 mitiani tempora, ita tantum intelli-
 genda sunt, ut aut more Poëtico Set-
 ptentrionaliorum nomen pro Britan-
 nis quibuscunq; per synecdochen usur-
 pari existimemus ipsamque Thulen pro
 Britanniae parte qualicunq;, aut Ro-
 manis Caledonios generatim Britan-
 nos tantum non Australi litori proxi-
 mantem, denotasse. Nam & Julius Flo-
 rus⁸ Australes Britannos Caledonias
 secutum esse in sylvas J. Caesarem scri-
 bit. Id est, planè in sylvas Britanniae
 Australioris. At verò cum Julius Agrì-
 cola sub Domitiano insulam tam nava-
 li, quam terrestri bello subegisset, &
 circumvecta classe, Oceanum Caledo-
 nium ita propriè dictum, quod *Mare*
sui Secretum (ut observatum est supra)
 appellabant Britanni, undique aperuis-
 set, Orcadasque domuisset; adjectum

⁵ *Argo-*
nautic.
lib. 1.
⁶ *Punic.*
lib. 3.
⁷ *Sylva-*
rum lib.
⁵ *in Pro-*
treptico
ad Cri-
spinum
Ve&ii Bo-
lani Pro-
pratoris,
sub Vite-
lio, Bri-
tannia
filium.
⁸ *Lib. 3.*
cap. 10.

unc fuisse Romano Imperio mare et-
 am illud Septentrionalius, atque adeo
 Romanos Britannici Maris totius non
 liter ac Insulæ Dominos fuisse par est
 t censeamus. Quod & disertis fere
 erbis testatur Tacitus. Is de Agrico-
 2, Caledonios armis petitulo, verba
 aciens, *Classis, ait, ab Agricola primò
 issuata in partem virium sequebatur
 gregia specie; Cum simul terra simul
 mari bellum impelleretur, ad sepe cisl-
 lem castris pedes equesque & nauis
 nilis mixti copiis & latitia, sua quisque
 acta, suos casus attollerent; ac modo
 ylvarum & montium profunda, modo
 tempestatum & fluctuum aduersa, hinc
 terra & hostis, hinc auctus Oceanus mi-
 litari iactantia compararentur. Britan-
 nos quoque (ut ex captivis audiebatur)
 visa classis obstupesciebat, tanquam
 aperto Maris sui secreto, ultimum vi-
 etis per fugium clauderetur. Clarissi-
 mum domini Maris Britannici testi-
 monium; quod tam Britanni Caledo-
 nios antea, quàm Romanos postea do-
 minos agnoscit. Utrum auctus an vi-
 ctus Oceanus ibi legendum, dubita-
 runt viri docti. Sed utraque Lectio do-
 minii acquisitionem palàm denotat. Et*

auctus

auctus Oceanus Mare Caledonium reliquo mari à Claudio, cum Australiori insulæ parte, Romano imperio adjecto jam accessisse significat. Quemadmodum *Auctum* dicebatur Circi spatium quod supra definitum modum victoriæ adjungebatur, ut habetur apud Fe-

⁹ *In verb. Auctum.* *stum*. Et Oceanum Britannicum ita in Romanorum potestatem tuæ redactum; velut perpetuam insulæ ac individuum appendicem, cogitavit forsitan *Papinius*, ubi Domitianum, sub quo hæc in Britannos victoria, ita alloquitur;

— *maneat hominum contentus habens.*

Vndarum Terraque potens. —

¹² *Iao. Chiffletius in Epist. dedicat. ad libellum de Portu Iccio.* Certè & Scriptor nuperus ¹¹ ipsam ait Julium Cæsarem *Insula Frætiqve Britannici imperium sibi asseruisse*. Et tam summâ id dicit cū ratione, dum utriusque imperium, velut individuum conjungit, quam nullâ, dum Insulæ imperium Julio Cæsari tribuit.

C A P.

CAP. V.

De Romanorum dominio in Mari Britannico, et Insulæ appendice, à Domitiano ad Constantium Chlorum Casarem, seu Diocletianum.

Subactis verò (ut dictum est superius) & Insula, & qui circumvolvitur, Oceano à Romanis; ut terrestre imperium subebantur præfides ac legati, ita Marimum Archigubernus cum classe numerosa. Eo enim nomine appellabatur præfectus Classis Britannicæ (seu, ut in Pandectis Florentinis¹, Archigubernus) quod scimus ex Javoleni J. C. sub Adriano & Antonino Pio Augustis, epistolis. *Seius Saturninus* (inquit ille²) *Archigubernus ex classe Britannica, testamento fiduciarum reliquit heredem Valerium Maximum trierarabum; à quo petiit ut filio suo Seio Oteano, cum ad annos sedecim pervenisset, hereditatem restitueret.* Verùm cum in perdomandis & retinendis Britannis Caledoniis, plurimum laboris, emolumentum parum fore perspicerent Romani, ita prætenturis terrestre imperium, in Austrum recedentes, relicta Barbaris Septentrionali Insulæ parte, limitabant, ut Oceanum imperium juxtà illis minutum esse creda-

¹ *Antoninus Augustinus de Nominibus propriis Pandect. Florentin.*
² *ff. tit. ad Senatusconsult. Trebellian. l. 46.*

credamus necesse fit. Prætenturæ illæ, in historiis de Adriano, Antonino Pio & Severo Augustis, obviæ. Eâ autem quam sive muro sive vallo ab Orientali litore ad Occiduum per Brigantes ducto statuit Adrianus & instauravit Severus, coercebatur Romanorum territorium intra eosdem penè fines qui Claudii victoriam terminarant. Altera verò quæ ad Glottam & Bodotriam æstuarium insulam interfecabant, Romanum imperium Britannicum sub Antonino Pio ac postea sub Valentiniano, & Valente, & sequentibus aliquot Imperatoribus finiebat. Unde forsitan nec multò Septentrionalioris Oceani, quàm qui horum territoriorum oras allueret, postmodum Romani erant Domini. Cæterum post Seium Saturninum classis (quem diximus) sub Adriano aut Antonino Pio Britannicæ præfectum, de maritimis rebus Britannicæ usq; ad Diocletiani tempora, penè etiam de ipsa Britannia, apud Scriptores altum est silentium. Infestantibus autem sub Diocletiano Mare Britannicum, per Aremoricum & Belgicum tractum, Francis & Saxonibus, ad illud pacandum missus est C. Carausius genere quidem infimus³, sed

³ *Entropius hystor. 2.*

confilio & manu promptus. Et hanc Maris præfecturam poposcisse ipsum scribit Galfredus Monumethensis atque promississe *tot & tanta se inde adepturum quibus Rempublicam magis augmentaret, quàm si ipsi regnum Britannia traderetur. Ille autem, multis barbaris saepe captis, (quæ sunt Eutropii verba; & de Mare Britannicum, cui à Cæsare ut ejus Domino, quæ Britanniz imperium tenebat, præficietur, infestantibus fiunt) nec præda integra aut Provincialibus reddita, aut Imperatoribus missa, sed sibi soli resensa, cum suspicio esse rapisset, consultò ab eo admitti Barbaros us transentes cum præda exciperet, atque hac se occasione ditaret, à Maximiano iussus occidi purpuram sumisit & Britannias occupavit.* Firmatis demum & Mari & Terrâ præfidiis, utriusque imperium, utpote semper conjunctum, septennio⁴ obtinuit; extinctus à socio suo C. Allecto, qui, triennio idem successor possidebat. Hic autem ductu Asclepiodoti Præfecti prætorio (postquam ita incertus confiliiq; inops à Constantio Chloro Cæsare, qui in Britanniam ad eum reprimendum trajecerat ipse, redderetur, ut tunc de-

nique

⁴ Orosius
lib. 7.
cap. 25.

^s Panegy-
ric. Si
mihi Cz-
sar.

nique senserit quod non munitus esset Oceano sed inclusus, ut loquitur Panegyrici author ^s ad Maximianum) tandem victus & occisus est. Atq; ita & insula simul & Oceanus, quæ Romanorū hic imperio prætendebatur, post decennium receptus est. Neq; aliunde, quàm ab hoc decenni in Britannis imperio, excusi sunt nummi illi & C. Carausii, &



C. Allecti cum inscriptionibus IMP. C. CARAVSIVS P.F. AVG. & IMP. C. ALLECTVS. P. F. AVG. Ectypum autem ex æreis Allecti adjicimus, ut eorum inscriptio in parte aversa Triremis cum VIRTVS AVGVSTA, simul observetur, qua im-

perium ejus Britannicū Oceani circumflui dominio maximè subnixum esse quin vellet, vix dubito. Restitutæ ita cū Oceano Britannia insignæ etiam testimonium est Panegyricus ille, cujus autorem alii Mamertinū, Eumenium alii putant. *O victoria multi vaga*, inquit ille,

ille, & innumerabilium triumphorum,
 qua Britannia restituta, qua gentes
 Francorum penitus excisa, qua multae
 praeterea gentibus in conjuratione illius
 sceleris deprehensis imposita est necessitas
 obsequendi: denique ad perpetuam quie-
 rem maria purgata sunt! Gloriare tu
 vero, Caesar invictè, (Constantium
 Chlorum Cæsarem, jam memoratum,
 alloquitur) alium te orbem terrarum
 peperisse; & Romana potentia gloriam
 restituendo navalem, addidisti Imperio
 terris omnibus Majus Elementū. Majus
 elementū oratorie dicit pro ipso Ocea-
 no Britannico, quem ita expressim ait
 cum Britannia restitutum. Et singulare
 sic est, Romanos de imperiis Britanniae
 & Maris cognominis, veluti semper in-
 dividuis, loqui. Et de huc illa, quam so-
 lus Britanniae visceribus intabuisset, ait,
 seu de periculo Romano imperio tunc
 imminente, Nullo certe, inquit, sine
 montium aut fluminum terminabatur,
 quem disposita Limitis custodia non en-
 ruitur. Sed ubique Navis, licet nobis
 virtutem felicitatemque vestram habe-
 reamus, magnis tamen terroribus immi-
 nebat, quae jacent Maria, quae venti fe-
 runt. Et mox; Hac victoria vestra non
 Britan-

Britannia solum servitute est liberata, sed omnibus nationibus securitas restituta qua Maritimo usu tantum in bello adire periculi poterant, quantum in pace commodi consequuntur. Allecti etiam imperium vim nautica rebellionis expressè nuncupat idem, atque ipsam, inquit, Britanniam, qua sedem tam diuturno sceleri prabuisset, constat victoriam sola sui restitutione sensisse vestrâ. Simul cum Britannia ipsa devicta, concidit vis omnis nautica, quæ in hac plaga, Britannia ab Allecto ita arreptâ, necessariò ut perpetua insulæ comes in Augustos invaluisset. Et pergit Panegyristes; Ex aliis quidem partibus aliqua restant, qua si voluntas vel ratio desiderent, possitis acquirere; ultra Oceanum verò quid erat præter Britanniam? qua à vobis ita recuperata est, ut illa quoque nationes Terminis eiusdem insulæ coherentes, vestris nutibus obsequantur. Nulla progrediendi causa superest, nisi si (quod Natura vetuit) fines ipsius quarantur Oceani. Quænam Nationes Terminis Britannia coherentes, heic sunt præter transmarinas, quarum litora terminis Imperii, quod tunc Britannicum censebatur, seu provinciarum Britan-

Britan-

Britannicæ terminis Marinis, id est, Oceano Britannico, cohærebant? Veluti Gallorum, & confinium. Nam de insulis exiguis quæ proximant, intelligendum non est. Neque enim eorum incolæ Nationes dictæ. Nec Panegyrici majestati consonum erat, è tam exiguis Imperatori gloriam adaugere. Quin Nationes illas terminis Britannicæ cohærentes, seu cohærentes Britannici imperii corpori terminis, in paulò post subnexis, ipsos Galliz continentis, cujus litora terminis Oceani cohærent Britannici (qui civiliter ipsius insulæ pars seu territorium cum eo conjunctum habebatur) incolas fuisse ostenditur. Nam sic pergit ad explicanda illa verba Panegyristes: *Per victorias tuas, Constanti Casar invicte, quicquid infrequens Ambiano & Bellovaco & Trigaestino Solo Lingonicoque, restabat, barbæro cultore revirescit.* Etiam ex eodem Carolus Sigonius, *Hac victoria,* inquit ⁶, *non solum ipsa est recuperata Britannia, sed Gallia quoque, Hispania, Italia atque Africa ora perpetuis piratarum incursionibus liberata.* Scilicet Britanniam cum Oceano suo ac vi eidem tuendo nauticæ, receptâ, in tuto positæ sunt

⁶ De Occidentali Imperio lib. 1.

sunt non solum circumvicinæ sed & longè distitæ provinciæ maritimæ, quarum universis impendebat hoc bellum seu rebellio nautica quæ tam late vagari & flagrare poterat, quàm latè omnis Oceanus & mediterranei sinus abluunt; quæ item Panegyrici verba. Britanniam restituere, recuperare, rebellionem nauticam hæc comprimere, Oceanum hunc purgare, ejusmodi habitata sunt ut, uno peracto, cetera (ob conjunctum perpetuò insulæ & Maris cognominis dominium) consequerentur. Et amissâ Britannia, copiæ Romanorum navales, quibus mare tutum, itidem amissæ. Restitutâ, etiam & hæc cum Oceano restituebantur.

CAP. VI.

De Dominio Maris Australis & Orientalis, Britannicum comitante Imperium, à Constantini Magni tempore usque dum Insulæ vaditabant Romani. Id totum præfecturæ Comitatus litoris Saronici per Britanniam

subfuisse. Et de Classe, sub Romanis, Britannica.

AV. o insequente, immutatâ sub Constantini tempora administrationis Imperii formulâ, quemadmodum sub Præfecto Prætorio Galliarum Vicarium Bri-

Britanniae Civili administrationi, haec
 praerat, & sub Magistro Milium Oc-
 cidentium: Comes Britanniarum & Dux
 Britanniarum hoc die tractate ad subscri-
 ptis inebantur, sed sub eiusdem Magi-
 stri dispositione, Min. titulo Spectabilis,
 Comes litoris Saxonici per Britanniam,
 praefectus in litore Australi & Orienta-
 li Britanniae dispositis, Marii universo
 quod Galliam, Batavam, & Cimbricam
 Chetsonesum, & Magnam Britanniam
 interluit, veluti pars seu termino ter-
 minato Imperii Britannici, non aliter
 ac ejusdem imperii provinciae alteri,
 praefici est solitus. Quod in ipso nomi-
 ne dignitatis est signatissime indica-
 tum. Nam Dux Britanniarum, Comes
 Britanniarum, & Comes Tingitanae,
 Comes Hispaniarum, id genus alii plu-
 rimi à terris & regionibus, quibus pra-
 erant, denominabantur. Atque inter
 dignitates illas, quae Limitaneae fuere,
 ex à limixibus nomen semper accipie-
 bant. Unde Comes limitis Aegypti,
 Praefectus Euphratis, Praefectus ripae
 Danubii, & Comes Danubii, & Gu-
 bernator Rheni, mandata est custodia in of-
 ficiis Augustalibus occurrunt. Scilicet
 fluvii hi Romani Imperii termini seu

¹ Notitia
 Dignita-
 tum Im-
 perii Oc-
 cidentii.

² Notitia
 Dignit.
 Orientii.

³ Inscripto.
 Gruter.
 fol. 1090.

21.
⁴ Ibid.
 fol. 490.

2.
⁵ Sido-
 ninus A-
 pollinaris
 in Pane-
 gyric.
 Anthe-
 mio disto.

⁶ L. 9. C.
 Theodos.
 lib. 7.
 tit. 1.

M limites

limites erant. Et Comites seu Ducei
 Rheni verbis illis de Rheno innui pu-
 tate merito videri debent. Quemadmo-
 dum autem Danubii, Rheni, Euphratis
 nomina fines denotabant Septentriona-
 les Orientalesq; Imperii Romani, ita
 planissime litore Saxonici nome seu li-
 mes Orientalem Australioromq; finem
 Imperii Britannici, seu quod Britanni-
 ci nomine in Romanorum, ut corpus
 unum, potestatem redactum est. Adeo
 ut quicquid ad limitem illum pertinen-
 debatur, Comes Maris Saxonici per
 Britanniam, ut prefecto territorii Ma-
 rini, seu insularum appendicis, proprie sub-
 jaceret. Jam vero protentum est terri-
 torium illud seu provincia huic digni-
 tati singulari subjacere per Mare ipsum
 Britannicum, à Britannico litore usque
 in litora transmarina, seu que in Gallia,
 Belgia, Batavia, Cimbrica Chersoneso
 Britannia nostra adversa sunt. Ita ut
 quicquid à Britannico litore sive Maris
 sive Insularum interjaceret, Comitum
 (quem diximus) prefectura, veluti Ad-
 ministrum provincialis seu territorialis ad-
 ministrati, accederet. Litora autem
 adversa illa Saxonici litore nomine to-
 ta cognita tunc fuisse, manifestum sit
 tum

7 Mar-
guard.

Freher.

Orig. Pa-
latin.

part. 1.

cap. 3.

tum ex Ptolemæo, Marciano Hera-
 cleote, Zofimo, ejusmodi aliis, tum ex
 Notitiâ Dignitatum utriusque Imperii.
 Erenim juxta Albis fluvii ostium quod
 Cimbricæ Chersoneso seu Daniæ regni
 parti occidentali proximat, Saxones à
 Ptolemæo⁸ & Marciano⁹ collocantur,
 uti etiam in ipsa Chersoneso Cimbricâ.
 Atque à sedibus eorum primariis &
 vetustis litus illud Saxonici nomen de-
 sumfit. Gens autem inter Germanos
 præcipua, vicinis pulsâ, in Austrum per
 Batavicum, Belgicum, Gallicum litus
 sedes ampliabat. Unde sub Rheni ostiis,
 Batavorum agros eam etiam sub Con-
 stantini tempora occupâsse scribit Zo-
 simus¹⁰. Atque ex eo quod hæc infi-
 debant littora Saxones, & crebris per
 Galliarum tractum totum maritimum
 excensionibus factis & Mare & Tellu-
 rem inde infestabant, dictum est non
 solum litus illud Saxonum ipsorum, seu
 limes imperii Britannici orientalis, ve-
 rum & ipsum litus Belgicum & Gallica-
 num totum, quod Britannicæ nostræ ad-
 versatur, Saxonicum litus, & limes Sa-
 xonicus. De Cimbrico & Batavico li-
 tore, in quo sedes sibi fecerant amplio-
 res, res manifesta est ex eis quæ jam

⁸ *Geo-
graph.
lib. 2.*
⁹ *In Te-
riple.*

¹⁰ *Histor.
lib. 3.*

memorantur. De Belgico & Gallicano expressim itidem testatur Notitia Dignitatum Imperii. Etenim in ea habetur sub dispositione Ducis Tractus Armorici (qui totus est ab occidentali Gallia seu à Ligeris fluvii ostio ad Sequanzæ ostium) *Tribunus cohortis prima nova Armonica, Grannonæ in litore Saxonico*. Ibi planissimè litus Britannicæ nostræ Australi in Galliis adversum, litus Saxonicum appellatur. Et in eadem Notitia sub dispositione Ducis Belgicæ secundæ (quæ à Sequanzæ ad Moisæ fluvii ostium porrigitur & Flandriam complectitur) habemus *Equites Dalmatas Maris in litore Saxonico*. Atque in insigniis ejusdem Ducis expressim item habetur *litus Saxonicum*. Ita totum quod à Cimbrica Chersoneso in occidentalem Galliam procurrit litus Saxonicum disertè in Notitia dictum. Quod non solum à frequentissimis in ora ea maritima deprædationibus, quas exercere solebant Saxones, sed ab eorum excensionibus sedibusque per totum illud litus subinde adquisitis evenit. Adeo ut expressius nil dici potuerit, quàm Oceanum totum interjacentem, ut Insulæ appendicem,

ab

21 *Sidonius Apollinaris lib. 8. epist. 6.*

ab Austrahoris insulæ partis dominis tunc occupatum esse; nisi quis velit ea quæ à Comitibus, Ductibus, aliisque præfectis limitanei sedibus propriis ad limites, à quibus ipse denominabatur, protendantur, sive ejus imperio sive præficientium dominio non subjacuisse. Quod sanè absurdum est, & à solenni Imperii Romani administratione profus alienum. Sedes autem proprias habuit Comes ille litoris Saxonici per Britanniam, tantummodò in Britannia; & sub Romanis, Britannicus duntaxat erat illè magistratus. Neque Saxones ipsi alii quàm hostes. Et litus eorum, quò illud ipsi infidebant, planè hosticum erat. Sedes scilicet Comiti huic, suo pro arbitratu, fuere in quolibet præsidiorum, oppidorum, seu urbium maritimarum novem quas in litore Suffexiano, Cantiano, Essexiano & Norfolciensi sitas, pro insignibus, ad mare depictas & Principali diplomati adjectas, semper habuit. Nomina harum fuere *Othona, Dubris, Lemmanis, Branodunum, Garianum, Regulbis, Rittupa, Anderidos*, (seu *Anderida*) *Portus Adurni*. Sua prætereà fuere & Vicario Britanniarum & Duci & Comiti Britan-



OTHONA. DVBRIS.



LEMANNI. BRANDVBO GARIANO.



REGVLB. RITTVPIS. ANDERDOS.



PORTVM. ADVENI.



niam insignia inideta cum imperio
 data: His ipsa Insula arcis munita fi-
 gura in Oceano depicta: Ducis oppida
 aliquot mediterranea ad Vicario, pro-
 vincia quinque in quibus insulae Roba-
 nis p'Orta: Quod videre est in Notitia
 dignitatum. Ubi Comitis litteris Sa-
 niti (quem diximus) insignia hac for-
 mula, ea scilicet quae in codicillis de-
 pingi solebant habentur. Quod totum ad
 Urbes illas in insignibus hinc maxi-
 mas seu oppida, accipere si rectum. Bri-
 tannicarum p'Orta: Tradantur. Oche-
 ra sua erant ad Trinobantum: lites
 mod Centuria de Deign in agro Es-
 sexiano praetaditur. Dubris idem est
 nom: Dover de manibus circa saltu in
 litore Cantiae solonabant. Braco-
 larium non aliud erat a Beanchester
 in litore Norfolciens prope Meris
 aestuarium. Garianum, aut Gernem-
 tha erat, aut locus proximans. Regul-
 bium seu Regulbis Cantii aquilona-
 rem oram occupavit. Neuber jam
 nominatum. Rittupis seu Rittupia in
 Cantio sub Wandeni fluvii ostium
 sedes habuit, forte Nicholoni. An-
 deridos Brotham fluvii ripam tenuit,
 Newenden jam appellatur. Et de-

12 Guil-
 Camden.
 in Suffe-
 xia, Can-
 tio, Esse-
 xia, Nor-
 folcia.

mōm Postus Adurni in viculum, nunc
 Aldington vocatū, propē Shoreham
 in hōre Suffexiano, transiit. Libri au-
 tem, in insignibus illis, figura, quæ in
 codicibus Notitiæ manuscriptis purpu-
 reū seu luteū est (ut testatur Gvidus
 Pancirollus) ipsa mandata Cæsariana
 denotabat. Et si Pancirollo fides ha-
 benda, literæ ei inscriptæ Notariorum
 hōgō significabant, *Felix liber injun-*
ctus Notariis laereulis, continens Man-
data militis Principis, seu Primicerii
 qui ad eantē erat Princeps. Ipsissimæ ex-
 dem literæ in aliorum Praefectorum in-
 signibus interdum habentur. Quosnam
 autē in Marini, quod diximus, dominiū
 reuelatū sub dispositione sua haberet
 Comes litoris Saxonici per Britanniam,
 ipse vixit officium, indicatur in No-
 titiā ad hunc modum;

Sub dispositione viri Spectabilis, Comitū
litoris Saxonici, per Britanniam.

Præpositus numeri Fortensium, O-
thobonē
Præpositus militum Tangritanorum,
Dubri.
Præpositus numeri Turmacensium, Le-
mannis.

Pra-

Præpositus equitum Dalmatarum Branodunensis, Branoduno.

Præpositus equitum Stablefiani Gariionensis, Gariannono.

Tribunus cohortis prima Vetasiorum, Regulbio.

Præpositus Legionis II Aug. Rutupis.

Præpositus numeri Abulcorum, Anderida.

Præpositus numeri Exploratorum, portu Adurni.

Officium autem habet idem Vir Spectabilis Comes, hoc modo.

Principem ex officio Magistri Prasentalium à parte pedisum.

Numerarios duos, ut supra, ex officio supradicto.

Cornicularium;

Adjutorem;

Subadjuram;

Regendarium;

Exceptores;

Singulares, & reliquos Officiales.

Tam de militum quàm ministrorum nominibus cõsulendus est Guidus Pancirollus. Neque heic locus est commentario, qui ea lectori inclinantis Imperii Romani historia non satis versato ex-

plicaret. Numerorum vero rationem à Guido subductam, ut præfidia sub hoc Comite, ad tutandum Britannici Imperii tunc temporis appendicem hanc Marinam adhibita, melius innotescant,

²⁴ Ad No-
titiam
Dignit.
Occident.
cap. 72.

adjuimus. *Sub hoc comite* (inquit ¹⁴) *erat una legio fortè à peditum, & seni Numeri, forte MCC, & duo ordines Equitum fermè CC. Summa est peditum fermè MCC, & equitum CC. Praefecturam enim mille peditum hoc tempore fuisse*

²⁵ Lib. de
Themati-
bus.

Constantinus Porphyrogenneta ¹⁵ *scribit. Sic ille. Naves & classarii, hoc saltem nomine, non memorantur in Notitia. Sed, ut in hostium excensionibus (si fortè acciderent) dispositi fuisse or-*

²⁶ De Re
Militari.
l. 4. c. 31.

ditines equitum, ita in Numeris & Legionibus Classarios contineri, non est quod dubitemus. Quemadmodum etiam

²⁷ Lipsius
de Ma-
gnitudi-
ne Roma-
na l. 11.
c. 5. sed
& vide
Inl. Cas.
Bullinger
de Impe-
rio Ro-
mano l. 6.
c. 6.

Flavius Vegetius apud Misenum, inquit ¹⁶ *& Ravennam Singulae Legionibus Romani nominis cum Classibus stabant ne longius à tutela urbis abscederent. & cum ratio postulasset, ad omnes mundi partes navigio pervenirent. In Legionibus, seu harum nomine, ipsi classarii ab eo vocentur. Observandum verò interea est, diligentissimos Romanorum ferunt indagatores* ¹⁷ *dam de*

classibus

classibus dispiciunt, præter Ravennatensem & Misensensem ¹⁸ (quarum hæc quibus *De item Tacitus l. 4. Annalium.* Galliam, Hispanias, Mauritaniam, Africam, Ægyptum, Sardiniam atque Siciliam in proximo habebat; illa Epiron, Macedoniam, Achaiam, Propontidem, Pontum, Orientem, Cretam, Cyprum petere directa navigatione consueverat; quæ sunt Vegetii verba; utraq; ab Augusto Cæsare ¹⁹ primùm ad *19 Suetonius in Augusto cap. 49.* tuendas provincias maritimas ipsùmq; mare ibi institutâ, & Prætoriâ etiam, ob dignitatem, dictâ) binas alias in ipso mari, sed minus celebres plerumque tantùm adjicere. Harum altera ad Forum Julii in Gallia Narbonensi ²⁰, *20 Tacit. Annal. 4. Strabo lib. 4.* altera in ipso Ponto ²¹ collocabatur. *21 Joseph. Halos. l. 2. c. 269.* Atq; ita quatuor duntaxat in Mari classes perpetuas seu celebriores Romanis fuisse plerumque admittitur, Alias quidem rectè addunt Fluminum classes etiam perpetuas, veluti Rheni, Danubii, in quibus Mœsica, item & Bannonica, ejusmodi aliz. In his verò Navæ seu Lembi, *Lusoria* ²² seu *Lusoria* dictæ ad *22 Cod. Theodos. l. 7. tit. 17. De Lusoria Danubii.* imperii fines usque in ulteriôres ripas & castella in eis extracta tuendos excubabant. Atque hæc notione Lusoriarum nomen binis Codicis Justiniani legibus.



23 L. 4. bus²³ satis antea depravatis à præ
 C. de offic. tissimo viro Claudio Salmatio²⁵
 milit. In- tutum est. Atque ut in Flaminibus
 dia. & Formis seu navibus milioribus plerum
 4. 4. C. de utebantur, ita in Mari Liburnis quæ
 Off. Ma- maximæ remorum habebant singu
 gistræ Of- laris, paulò majores binos, id est
 ficiorum. ordines, paulò majores binos, id est
 24 In No- mensuræ ternos vel quaternos, in
 in ad dum quinos, ut docet Vegetius.
 Flavium vero, utcumq; apud veteris Imperii
 Vespiscæ mani præsidii &munitionis omnigenæ
 pag. 475. indagatores illor; satis obscure aut ne
 gligenter verba de classe qualicumq;
 Britannicæ fieri soleant; id nihilominus
 certissimum est, non solum singularem
 Classem in Romanorum præsidis per
 petuis fuisse Liburnarum Britannicam
 quæ Mare de quo loquimur, velut Insu
 læ Magnæ Britannicæ appendicem tul
 tabantur, verum etiam aliam classem
 in Oceano exteriori seu navale aliquod
 alibi in maritimis sive Hispaniæ sive
 Galliarum oris, extra Mare Mediter
 raneum, non omnino eos habuisse. Sat
 tem nullibi apud veteres commemor
 ant. Quod restat omnino non contem
 nendum est; tum hinc tam confectis
 Britannici Imperii, jam ad Romanos
 devoluti, corpus Mare simul & Insulam,

tum,



tum jus ejusmodi in Mari, quod Britannicum erat, tunc obtinuisse, ut simile in plagis saltem Occidentalioribus (utpote in quibus alia provincia non erat Marina) non omnino reperiretur. Classis hujus Britannicæ (præter obvium illud quod de Seio Saturnino Classis Britannicæ Archiguberno sub Antonino seu Adriano Augusto ex Pandectis²⁵ juris Cæsarei supra²⁶ habetur) expressa apud Tacitum etiam fit mentio, ubi de rebus Cerialis & Civilis sub Vespasiano Augusto locutus, *Circumsteterat*, inquit²⁷, *Civilem & alius metus, ne quartadecima legio, adjunctâ Britannicâ Classe affligeret Batavos, quâ Oceano ambiuntur*. Et nulla cum ratione doctissimus Lipsius opinatus est hanc fuisse partem²⁸ classis Lusoriarum quibus Rhenus fluvius instructus erat; partem scilicet ad exitum fluvii excubantem sub arcem illam Britannicam qua de nos supra²⁹. Nam etiam Britannica integra terra & Marina omnino, non fluvialis. Marinam fuisse non solum res ipsa persuadet, verum etiam tum prædicta tum ea quæ capite proximo dicuntur de Comite litoris Saxonici; quæ saltem ex posterioris rerum administratio-

²⁵ L. 46.
ff. tit. ad
senatus-
conf. Tre-
bellianic.

²⁶ Cap. 5.
hujus li-
bri.

²⁷ Histo-
riar. l. 40

²⁸ De
Magni-
tudine
Romane
l. 1. c. 5.

²⁹ Cap. 30

tum jus ejusmodi in Mari, quod Britannicum erat, tunc obtinuisse, ut simile in plagis saltem Occidentalioribus (utpote in quibus alia provincia non erat Marina) non omnino reperiretur. Classis hujus Britannicæ (præter obvium illud quod de Seio Saturnino Classis Britannicæ Archiguberno sub Antonino seu Adriano Augusto ex Pandectis²⁵ juris Cæsarei supra²⁶ habetur) expressa apud Tacitum etiam fit mentio, ubi de rebus Cerialis & Civilis sub Vespasiano Augusto locutus, *Circumsteterat*, inquit²⁷, *Civilem & alius metus, ne quartadecima legio, adjunctâ Britannica Classe affligeret Batavos, quæ Oceano ambiuntur*. Et nulla cum ratione doctissimus Lipsius opinatus est hanc fuisse partem²⁸ classis Euforiarum quibus Rhenus fluvius instructus erat; partem scilicet ad exitum fluvii excubantem sub arcem illam Britannicam qua de nos supra²⁹. Nam etiam Britannica Integra³⁰ & Marina omnino, non fluvialis. Marinam fuisse non solum res ipsa persuadet, verum etiam tum jam dicta tum ea quæ capite proximo dicentur de Comite litoris Saxonici; qua saltem ex posterioris rerum administratio-

²⁵ L. 46.ff. tit. ad senatus-
conf. Trebellianic.²⁶ Cap. 5.

hujus libri.

²⁷ Historiar. l. 40²⁸ De Magnitudine Romana l. 1. c. 5.²⁹ Cap. 30

nistrationis praesidiorumque collocatio-
nis, ratione, de priore, ut non raro, fue-
rit dijudicandum. Sibi vero integram
fuisse hanc classem suumque habuisse
praefectum, testis est Inscriptionis vete-
ris, Romae in Palatio Capranicensi, Fra-
gmentum ³⁰ quo perit quidem ipsum
nomen Praefecti Classis Britannicae. Sed
ex eo liquet praefecturam ejusmodi, in
Romanorum vetustis, non incelebrem
fuisse, eamque gessisse quendam qui
etiam classis Moesicae & Pannonicae praefectus fuerat, uti etiam Proconsul &
praeses Alpium, subpraefectus Classis
praetoriae & Tribunus legionis XVI. Il-
lud ita se habet.

PRAEF. GLASS. BRIT. ET MOESIC.
ET PANNONIC. PROC. ET PRAESIDI
ALPIVM SVBPRAEF. GLASS.
PRAET. TRIB. LEG. XVI
FL. ECPREPUSA

Quin non ita leve est argumentum,
classis illius in Mari Britannico, velut
provinciae Britannicae (juxta ea quae di-
cta sunt) parte, tuendo, illis in seculis
fuisse usum frequentem, ex eo quod
Scapharum exploratarum, quae ma-
joribus

joribus Liburnis in excubando socia-
 bantur, nomen à Britannis in Roma-
 norum scripta receptum fuerit, quem-
 admodum *Copulorum* qui ³¹ itidem in
 Rhēni limite tuendo naves fuere Iuso-
 riaz, nomen à Germanis. Eas vocasse
 Britannos *Pyctas* observabant Romani.
 Flavius Vegetius, qui è commentariis
 Catonis, Celsi, Trajani, Hadriani, sub
 Valētinianorum ævo libros de Re con-
 scripsit Romanorum militari, *Scaphæ*,
 inquit ³², *majoribus liburnis explorato-*
ria sociantur, quæ vicinos prope remi-
ges in singulis partibus habebant; quas
Britanni Pyctas vocant. Per has & su-
perventus fieri, & comitatus adversis
riorum navium aliquando intercipi as-
soles, & speculandi studio ad venos ea-
rum vel consilium deprehendi. Ne ta-
men exploratoria naves candore pro-
dantur, colore Veneto (quæ marinis est
fluctibus similis) vela tinguntur & fu-
nos. Cera utiam, quæ unguere solent na-
ves, inhiabitur. Nimia quoque vel mili-
tes Venetam vestem induunt ut non fa-
ctum per noctem, sed etiam per diem fa-
cilius latent explorantes. Sic ille. Et
 libri editi habent plerunque hæc: *Pi-*
ctas aut Pyctas. Manuscriptis verò ali-
 quot,

³¹ Videfis
Lip. ad
Tacit.
Hist. l. 5.
num. 36.
& de Ma-
gnitud.
Romana
l. 1. c. 5.

³² De re
Militari
l. 4. c. 37.

quot, quibus usus est Godescalcus Stevvechius, legitur *Picatas*; uti etiam binis in Bibliotheca ad D. Jacobi Regia (quod adnotavit mihi vir doctissimus amicissimusque Patricius Junius) *Picatas*; unde in versionibus Vegetii superiorum seculorū Gallicis habetur nunc *Picaces* nunc *Pigaces*. Sed Stevvechius ad citatum locum, *Mihi*, inquit, *verius videtur pincas appellatas. Id enim navicularum genus etiam hodie Britannia & Batavia agnoscit. Vocant autem vulgo Een pincte.* Ut ut verò se hæc res habuerit, Exploratoriarum habes hæc apud Vegetium, navium usum cum Liburnis conjunctum, noménque earum ex Britannico illius ævi sermone ita observatum, ut non omnino videatur dubitandum quin Britannia & in Britannica provincia Marina, usum earum fuisse aut perpetuum aut frequentissimum simul sentiret Vegetius. Sic ex vocabulis illis *Gesum*, *Trimeria*, *Essedum*, *Petaritum*, *Bracca*, id genus aliis sive à Gallis sive à Britannis in Romanorum linguam receptis, notissimum ipsarū rerum quas significant sive in Gallis sive in Britannis usum satis indicari à nemine non agnoscitur.

Quin

Quin etiam tuendi Maris rationem arteque adhibitas ita adjungit heic Vegetius, ut eis isidem tunc ulos fuisse Britannicos, classarios seu qui Pyttis aut Picatis illis in excubiis præerant marinis, non sit prorsus ut minime credamus.

CAP. VII.

Expenditur sententia virorum aliquot doctorum, qui litus Saxonicum cujus Comes ille per Britanniam de arduis dicitur est, Litus velut esse Britanniæ Cismarium; Et plane refellitur.

¶ Sed verò viri aliquot docti, sive aliter (ut plerumque) agentes, sive oscitanter nimis rem perpendentes, Comitatus Saxonici per Britanniam dignitatem seu præfecturam aliter interpretantur; atque ita, ut si eorum sententia esset admittenda, argumentum seu testimonium de Maris dominio cum Insula sub Romanis in præfectura illa conjuncto superius allatum, palam corrueret. Horum duplex est genus. Alii ipsam Litus Britannicum seu Cismarium, Saxonicum in Dignitatis hujus nomine tantum dici volunt; Alii tam Britannicum, quam totum illud à Cimbrica Chersoneso in Galliam Occidentalem lunato

Ad No-
titiam
Dignit.
Occid.
cap. 72.

lunato recessu portectum atque Britan-
niæ adversum. Sed utrique largiter sanè
sunt hallucinati. Prioris sententiæ author
est Guidus Pancirollus, qui à Saxoni-
bus quos *Vortigernus* Britannicæ Au-
strationis Rex huic sibi subsistio vocavit
ita denominatum intra Insulam, dicitur
seu limitem esse scribit. *Insula partem*
(ita ille) Saxones occuparunt, unde li-
mes contra eos à Comite Creato erectus
Saxonicus est dictus. Quo nihil in sci-
tius dici potuit, sive rem ipsam sive tem-
porum rationem spectes. Nam ut præ-
teream in Notitia ipsa, nos omnino
de Limite Saxonico, sed de Litore ver-
ba fieri (ut cunq; etiam Pancirolo præ-
fectus, de quo loquimur, dictus sit in
Commentarij sui limine, *Comes li-*
mitis Saxonici per Britanniam) scripta
est Notitia sub Theodisij junioris re-
pora, seu annis *enclix*, ut fere con-
sentiant viri docti. Id est, sub eodem tempore,
Formula universæ Imperii administra-
tionis, tam in Oriente quàm in Occi-
dente, quæ jam antea inoleverat, sum-
ma cum diligentia velut in laserculum
congesta est unicum. Jam vero Saxo-
nes, ut plerique veterum docti, præ-
mum in Britanniam advenerunt anno

Christi

Christi cccclix. Detur autē, quod ex
 meliore calculo est fortè recipiendum,
 adventum illorum annum cccxxviii
 sortiri debere ², id est xxi Theodossi
 Junioris; id interea (quod imprimis est
 heic advertendum) certissimum est, de-
 relictam esse à Romanis præfectis Bri-
 tanniam omnino, antequam illi acciti.
 Scilicet fuere à Vortigerno rege *ad re-
 tundendas Aquilonales gentes* (Pictos,
 & Scotos; non Romanos, qui Insulæ
 valedixerant) *inromissis*; quod scribit
 Gildas ³. Neque Romanis eorumve
 Ducibus aut Comitibus res erat intra
 Insulam omnino cum Saxonibus. Adeo
 ut historiarum & temporis rationum sit
 ignorantia crassa, Saxonicum quem-
 cunque litem aut Saxonicum litus,
 florente aut aliquatenus obtinente heic
 Romanorum Imperio, in ipsa Insula
 statuere. Manifestius igitur nihil est,
 quam transmarinum Britannicæ Australi
 & Orientali adversum litus, ut superius
 designatum est, Saxonicum in ea dig-
 nitate dictum. Etiam & multò antiquior
 erat Comes ille litoris Saxonici per Bri-
 tanniam, & *tractus maritimi* seu Maris
 ejus quod Romanorum per Britanniam
 imperio, seu in Britannicæ provinciæ
 corpore

² Apud
 Guil.
 Camden
 in Brit.

pag. 95.
 vide

Thomam
 Lidiat. in
 Temp. E-
 mendat.

pag. 238.

³ In Epist.
 de Exci-
 dio Bri-
 tannia.

4 Hist. v.
lib. 27.

corpore comprehensum est, adjectione notus. Nam sub Valentiniano I, seu circa annum Christi ccclxx hac dignitate functus est Nectaridius; teste Ammiano Marcellino, ubi nuncium ait [†] indicasse, *Britannias Barbarica conspiratione ad ultimam vexatas inopiam; Nectaridiumque Comitem Maritimi tractus & Buchobaudem Ducem hostilibus insidiis circumventum.* Neq; alia à Comitibus litoris Saxonici, hoc sensu, per Britanniam, putanda est dignitas, quam accepit apud Bononiam (in Gallis) C. ille Carausius, de quo supra, ad pacandum per tractum Belgicæ & Armoricæ mare, quod *Franci & Saxones* (ut Eutropii & Orosii verba sunt) *infestabant.* Nam præsidia etiam ipsum & sedes præfecturæ in Britannia eum habuisse inde satis elicitur, quòd à Maximiano iussus occidi, in Britannis statim purpuram sumpsit & per septennium inde imperavit. Ita Præfectus heic seu Comes tractus Maritimi & Comes litoris Saxonici, iidem ipsi semper habiti, ad Britannia Marisque sui solius administrationem atinuere. Quibus etiam, ut nomine tantum non re discrepans, adjungendus est Præfectus Classis, sub Roma-

Roma-

Romanis, Britannicæ, de quo capite superiore. Suas autem ad tutandum mare & litus hoc transmarinum operas auxiliares ex instituto Principali præbuisse fatemur Ducem Belgicæ secundæ & Ducem tractus Aremoricani, de quibus supra fit mentio. Nam & præsidia habebant illi in litore hoc Saxonico, ut observatum est, disposita. Ceterum id maximè heic observandum est, Duces hosce transmarinos non tam litus aut mare, quam continentem ex ipsâ Dignitatis naturâ curâsse; atque inde tantum nomina, ut vides sortitos. Hunc à tractu Aremorico & Ebruicano, qui per provincias quinque, Aquitaniam primam & secundam, Senoniam, secundam Lugdunensem & tertiam (quæ Britanniam minorem & Normanniam complectitur) extensus totas ferè Gallias jam vulgò dictas continebat; illum verò à Belgica secunda. Neque alium fuisse Mediterraneorum, alium litoris aut maritimi tractus in Gallis sive Comitum sive Ducum. In Britannia autem, distincta omnino fuisse munera sive Comitum sive Ducum Mediterraneorum & Comitum tractus Maritimi, seu litoris Saxonici, distinctas copias, insignia

³ Præter
Natiâ
& Pancei
volumi,
vide Ios.
Scaligeri
ad Auso-
nium lib.
2. cap. 6.

signia prorsus distincta. Perinde ac si hoc ipso Romani Imperatores vellent denotatum, ut Mare ipsum ad insulæ semper Imperiûm, ita res maritimas earumque tutelam ad Britannicam litoris Saxonici seu transmarini præfecturam jure singulari pertinuisse; utrumque autem adversi Galliarum continentis Ducem subsidium adversus infestantes Saxonas, cum res postularet, ita præstare debuisse, ut interea sola cura Mædis ipsius, ut singularis mandatae provinciæ, Comiti litoris Saxonici per Britanniam constituto incumberet. Et si quis five Arémoricæ five Belgicæ secundæ Dux seu Comes, Ducis seu Comitis litoris Saxonici (ut obiter voluit aliqui *) nomine appellabatur, id sane inde fiebat, quia litus Saxonicum, nobis transmarinatum, provinciam eorum terrestrem terminabat; quemadmodum & Comitis, jam dicti per Britanniam, Marinam. Nec verò magis admittenda est sententia Hvaltera; tam Britannicum nostrum quam adversum seu transmarinum litus, Saxonicum eo ævo dictum. Ad hocque nomen illud in Comitis, de quo loquimur, dignitate cismarinum litus de-notare. Hujus est Abrahamus Ortelius;

*¶ Jos. Scaliger in
lect. An-
tonianis
lib. 2. c. 6.
& Guil.
Camden.
in Brit.
pag. 96.*

his⁷; *Saxonicum litus*, inquit ille, in ⁷ *In The-*
libro Notitia, Cantii partem Orienta- *sanio*
lem designare video; cum Dubrim, Bu- *Geogra-*
rupim, & alia. Cantii oppida in eo de- *phico.*
scribat. Sequaces ejus sunt viri quidem ⁸ *In Can-*
præolari, Gualelmus Candonus⁸, Pau- *tio pag.*
lus Merula⁹, Philippus Cluverius¹⁰, alii *230.*
aliquot. Errationem adjuvant; quia li- ⁹ *Cosmo-*
tus, utrumque usum tismarinum quam *graph.*
transmarinum à Saxonibus piraticam in *part.2.*
hoc mari cantia frequentia exercensibus *lib.3.c.88*
nomen defumit. Unde et in Comitibus ¹⁰ *Germ.*
titulo, Britannicum litus designari. Sed *Antiqua*
hallucinatio est manifesta. Scimus qua- *lit.1.c.18.*
dam Scriptores illius ævi docere tam li-
rus adversum, quam Mare æliens, cre-
bris de prædationibus Saxonum eorum-
que excensionibus, fedibusque ubi col-
locatis (ut vetustas in litore Cimbrico
& Batà vicinias prætermittam) esse in-
festatum. Ideoque Saxonicum inde de-
nominatum fuisse, doctosum vix est
quæ dubitat. De Saxonibus autem litus
illud usque frequentibus testes sunt omni ¹¹ *Paneg.*
exceptione majores. Sidonius Apollin- *ad Avitum*
aris¹¹ de noctu Armorico; *August.*
Quis est Armoricus piratam Saxo- *seu Carm.*
na tractus *7. adde*
Spexerat. *eum lib.8*
epist. 6.

Et

12 *Histor.* Et Ammianus Marcellinus¹², sub Va-
 lib. 27. lentiniano & Valente Augustis, Galli-
 canos, ait, *tractus Franci & Saxones*
iisdem confines, quò quisque arumpere
potuit terra vel mari, pradis acerbis in-
cendiisque & captivorum funeribus ho-
minum violabant. Adde & Saxones
 Baiocassinos in litore Aremorico a-
 pud Gregorium Turonensem¹³, ces-
 13 *Lib. 5.*
 cap. 36. incolas vetustos, commemorari. Adde
 ut res obscura non sit, quam obrem Sa-
 xonici nomen liosi aduerso inditum.
 At verò nullibi legitur Saxones tunc
 temporis litora Britannica sive insedisse
 sive adpellere solitos, aut Britannicum
 quid, præter mare, infestasse. Nec ve-
 stigium quidem occurrat unde conji-
 cias nomen *Saxoni* littori Britanico
 tunc temporis fuisse aut debitum, aut
 tributum. Atque inauditum est (puto)
 litora aliqua, nominis sui celebritate
 notissima, à præternavigantium tan-
 tum sive transitu sive nuda maris, sine
 excensione, infestatione, novum no-
 men defumisse. Maxime in Digeita-
 ris indicatione quæ non sit sine Tellu-
 ris etiam, cujus revera ita litus esset
 ipsum, nomine inter se adjecto. Per-
 curre quæ habentur in Notitia utrius-
 que

que Imperii dignitates universas. Nulla reperitur aliâ denominatione signata, quàm aut ipso limite, ut limitaneæ, aut à notiore & certiori provinciæ nomine, ut reliquæ. Scimus quidem portum qui in Morinis, seu transmarinus nobis est, dici olim *Britannicum*, seu *Portum Morinorum Britannicum*, ut testatur Plinius ¹⁴. Quod nomen à Britannia ~~est~~ derivatum volunt ¹⁵ viri docti. Scilicet J. Cæsaris ex illo portu in Britanniam trajectum (nam Iccium faciunt) ita denominatum volunt. Simili, aut æquivalente ratione litus, quod Britannia est, Saxonicum sub Dignitatis, de qua loquimur, tempore vocari, non est repertum. Certè nec à ratione est absolum, ipsum Britannicum in Morinis portum à statione navium quæ tuendo sub Romanis Mari contermino quæ Britannicum erat & Britannicæ præfecturæ subjacebat, Plinii seu Vespasiani Augusti (quod idem est) ævo denominari. Quin verò si ipsum litus insulæ in Comitibus, quo de agitur, limitanei dignitate intellectum fuisset, quàm compe-diosè dictus fuisset *Comes litoris Britannici*? Undenam verborum illa periphrasis singularis, *Comes litoris Saxo-*

¹⁴ *Histor. Nat. l. 4. c. 23.*
¹⁵ *Jacob. Chiffletius in Portu Iccio, c. 6.*

N

nici

nici per Britanniam, si litus ipsum fuisset Britannicum? Palàm est, quemadmodum in officiis Augustalibus habebatur *Magister militum per Orientem, Magister militum per Thracias, per Illyricum, per Orientem*; ita Comitem hunc dictum esse per Britanniam. Scilicet undique per Britanniam, quantum ad eius singulare ministerium attingebat, id est, quantum ad tuendos fines Imperii Britannici ad ipsum litus Saxonicum seu transmarinum sitos. Atque ita verba, quibus exprimitur dignitas hæc, sunt distinguenda ut *Comes per Britanniam* planè dicatur; sed *litoris Saxonici, seu limitis transmarini*; quâ ratione ceteri Duces seu Comites limitanei designari soliti. Et egregium est ad hanc rem exemplum in Germanici Imperii, quod tenuere Romani, limite. Is erat Rhenus fluuius. Custodia Rheni mandari solita est præfecto; quod apud historicos ²⁶ & ex codice Theodosiano ²⁷ est manifestum. At verò ripa Transrhenana erat *limes præfecturæ* hujus, adeoque Imperii Germanici, non ripa ceterior. Unde etiam Posthumius sub Gallieno Imperatore *custodia hujus Præfectus, Limitis Trans-*

²⁶ *Zonas tom.*

²⁷ *alii.*

²⁷ *L. 9. C. Theodos. L. 7. tit. 1.*

Transrhenani Dux nominatur à Valeriano Augusto in Epistola ad Gallos missa, quod discimus ex Trebellio ¹⁸ *In Tringinta Tyrannis.* Pollione. Et *limiterans Rhenum*, id est ripa transrhenana, memoratur Flavio ¹⁹ *In Tacito Augusto.* Vopisco. Ita ferè Proconsul Afiaz totum sub sua dispositione habebat Hellestipō-

riacum fretum usque in Europæ litora, ut capite ostenditur decimo quarto. Non alio certè modo Comes litoris Saxonici per Britanniam, litoris seu limitis transmarini adeoq; totius inserventis maris, ut Magistratus in Britanniarum administratione constitutus, Comes habendus est. Id quod maxime etiam firmatur ex alio ipsius Dignitatum Notitiæ loco, ubi de Comitum prefecturis quæ sub dispositione Viri illustris Magistri Peditum presentalis, agitur. In libris Notitiæ editis ita legitur, *Sub dispositione Viri Illustris Magistri Peditum Presentalis, Comites Militum inscripserunt.*

Italia.

Africa.

Tingitanis.

Urbes Argentoratensis.

Britanniarum.

Litoris Saxonici per Britannias.

Tam in Alciati, quàm Pancirolli editio-
 ne legitur, ut hęc: *Militum infra scri-
 ptorum*. Dubitari nequit, quin pro *Mi-
 litum*, *Limitum* fuerit substituendum.
 Neque enim ratio officiorum Imperia-
 lium patitur ut *Militum* ibi locum ha-
 beat. Et certissimum est ex eis quæ se-
 quuntur, Italiam, Africam, Tractum Ar-
 gentoratensem, Britannias & litus Sa-
 xonicum suos habuisse Comites, ut Co-
 mites limitum, non aliter ac Territoria
 quæ ibi proximè subjunguntur; velut
 Mauritania Cæsariensis, Tripolitani,
 aliæ idem provinciae, quæ, præter Bri-
 tannias, suos pariter habuere Duces,
 nomine Ducum Limitum. Jam verò
 tam Ducis quàm Comitis Britanniarum
 limes erat ipsum insulæ litus. Scilicet
 nihil omnino erat insulæ, quod eorum
 præfecturæ non suberat, ne quidem ex-
 tremi ipsius, quæ Tellus erat, limites.
 Quod cum ita sit, cujusnam limitis erat
 Comes ille qui litoris Saxonici per Bri-
 tannias dicebatur, si nolis eum ex ad-
 verso litore nomen sumsisse? Dux &
 Comes Britanniarum (simpliciter ita
 dicti) præter Vicarium Britanniae, pro
 diversitate administrationis totam in-
 sulam gubernabant; atque Comiti &
 Duci

Duci & Vicario integra, sed diversis formis, insula, diffuso Oceano circumdata, pro insignis in Notitia habetur; quemadmodum etiam insula similiter circumdata cum oppidis maritimis seu navalibus, Comitibus Saxonici, Et Vicario, Duci & Comiti Britanniarum administrationis limites fuisse ipsa insulae territoria, adeoque etiam in ipsa litora se undique per Romanorum hinc imperium extendisse liquet ex eis quae in Notitia Dignitatum ostenduntur. Unde etiam & Dux & Comes Britanniarum à litore Saxonico ut à limite pariter denominandi fuissent si eo nomine Litus Britannicus tunc temporis fuisset indigeratum. Nam Britannias ipsas, quae insulae ea voce comprehensae sunt, limitum nomine expressim designari in Dignitatibus Limitationum, quas ex Notitia memoravimus, recensione patènt videmus. Extra Insulam igitur, adeoque in litore adverso seu transmarino secundum id quod superius differuimus, limes ille quod litus erat Saxonicum, est etiam hinc statuendum. Nec sanè prætermittendum est, cum in Notitia quamplurima Provinciarum atque Praefectura-

rum tam maritimarum quàm mediter-
 raneorum sint Insignia depicta, idque
 ex more, apud principes aliosve qui
 codicillos principales conficerent, ab
 eis qui fœderis rerum præerant rece-
 pto, non solum nulla omnino, præter
 ea quæ sunt præfecturæ Britannicæ, in
 Occidentis dignitatibus reperiri in quibus
 Maris habetur aliquod vestigium,
 nec sanè in dignitatibus Orientis præ-
 ter Comites Aegypti & Iudææ (quo-
 rum utriusque insignibus prætegebatur
 limbus maribus) sed etiam in Britan-
 niarum quatuor præfecturatum singu-
 larum, Vicarii nempe, Ducis, Comi-
 tis, & denique Comitis litoris Saxoni-
 ci per Britanniam, insignis perpetuò
 Oceanum circumfundit. Perinde ac si
 id denotare inde voluissent Romani,
 aliam provinciam prorsus nullam, præ-
 fecturam nullam aliam adeò uttè tam
 ample obijunctum commixtum ac vel-
 ut incorporatum sibi Maris dominium
 seu Territorii Marini tutelam habuisse.

... CAP.

CAP. VIII.

E Claudio & Numismatis aliquot Antonini Pii *Augusti, indicia de Britanna Insulæ & Oceani sui Imperio & dominio individuo.*

A Dominio Maris Britannici cum Insulæ semper conjuncto, ceu comite individuo (secundum ea quæ dicta sunt) manarunt, ut veri est similitimum, illa Claudiani, qui vix de Britannia pacata, recepta, aut domita loquutus, quin Mare ipsum voluit id, quod necessario comitaretur, simul adjiciat. Ad Honorium Augustum de gentis suæ origine, quæ ex Iberia,

— *cunabula fovit, inquit* :

Oceanus. Terra dominos pelagique fuitur.

Immense domus rerum de Principe nasci.

Hinc processit avus. —

Scilicet Theodosius, qui post Nectarium litoris, ut supra memoratur, Saxonici Comitem & Buchobaudem insulæ Ducem casos, in Britanniam missus est ab Imp. Valentiniano I. Neque quod pelago, in rerum Theodosii hujus gestis, bene respondeat, habet Claudianus, præterquam quod *debellator.*

N. 4.

Bri.

¹ *Panegyric. de*
4. *Consultatu Honorii.*

*Britannici litoris ei dicatur, & maduisse
Saxone fuso Orcadas subjungat. Quod
palàm de pacato Mari Britannico à Sa-
xonibus infestari solito intelligendum.
Mox item de Theodosio hujus filio,
seu Honorii patre, id est Theodosio
Augusto I;*

*Sed laudes genitor longè transgressas
avitatis*

Subdidit Oceanum sceptris. —

Quod ad recuperatam Britanniam, oc-
ciso Aquileiæ Maximo, qui per tyran-
nidem insulæ imperium invaserat, quin
spe&et, vix dubitari potest. Ad Flavium
item Stilichonem Honorii minoris tu-
torem, apud eundem, ipsa Britannia.
Munivit me, inquit ², Stilicho.

² De lau-
dibus Sti-
lichonis.
lib. 2.

— ne littore toto

*Prospicerem dubiis venturum Saxona
ventis.*

Mare scilicet mihi pacatum reddidit;
mihi tutatus est & servavit; ab ejus usu
Saxonas abegit. Alibi etiam Pietas Deæ
ad Honorium ³.

³ In En-
tropium.
lib. 2.

— Quantum, te Principe, possim;

*Non longinqua docent: domito quod
Saxone Tethys
Mittor, aut fracto securæ Britannia
Pictæ.*

Maris

Maris tutamen cum Insulæ planè heic
 conjunctum. Idem Poëta ad Manlium
 Theodorum Cos.

— *Hispanasibi, Germanaq; Tethys*
Paruit, & nostro diducta Britannia
mundo.

Idem imperium, eadem victoria, tutela
 eadem semper & Maris seu Tethyos
 Britannicæ & ipsius Insulæ. Germanaq;
 enim Tethys heic Oceani Britannici
 pars illa est quæ Belgas, Batavos, Fri-
 sios, Jutas, & Britanniam interfuit. His-
 ce accedat Provinciæ (quæ Præsidialis



sub vetustioribus Cæsaribus fuit) figu-
 ra in Romanorum numismatis reperta.

N 5

Ea

Ea est forma muliebris, pallà seu sup-
 pato induta, nuncrupibus nunc globo
 in Oceano infidens cum signo militari,
 hastà, scuto, uti ex arceis Antonini Pii
 nummis juxtà habetur depicta. Britan-
 niam circumambienti Oceano impe-
 rare ita notabant, & Romanum Impe-
 ratorem Britannie. Neque effigiem
 hujusmodi comperimus ante tempora
 Scii Saturnini, primi (de quo mentio
 apud veteres fit) Præfetti classis Britan-
 nicæ seu copiatum navium, quibus
 Britannicum Oceanum tuebantur Ro-
 mani. Is sub Adriano aut Antonino Pio
 hoc munus gessit, ut ante dictum est.
 Atq; hinc est quod postea Claudius,
 ubi Britanniam (Cæculi seu Oceani,
 jure singulari, insulam dictam) personam
 induit, velat eam amictu pelliceo adeo
 velut undulante & cæruleo glasti colo-
 re infecto, ut Oceani ætus omnino
 imitaretur; & pedibus ejus ipsum O-
 ceanum subjicit. Ita scilicet ille, ubi
 plures provincias trabearum insignia
 Stibichoni Romæ petentes induit. Hi-
 spaniam, Britanniam, Africam. Et de
 Britannia seorsim †.

† De lau-
 dibus Sti-
 bichonis.
 lib. 2.

*Inde Calpurnio velata Britannia
 monstra*

Ferre

*Ferro pacta genas; cuius vestigia verris
Carulus, Oceanique astum mentitur
amicus.*

*Ma quoque vicinis persuntem genti-
bus, inquit,*

*Munivit Stilicho; totam cum Scotus
Hibernam*

*Movit, & infesto spumavit remige
Tethys.*

Hispaniæ antè ibi comas palmæ foliis ornat, & vestem Tago fluvio intexto. Africam spicis & ebore, quemadmodum in Antonini Pii nummis etiam designabatur. Harum utraque mari item alluitur, pene circumdatur. Sed ad neutram, ut ad Britanniam, adjacentis maris imperium spectasse tum intellexit Poëta. Ceterum ut Hispaniæ Palmæ & Tagus fluvius, ut Africae Spicæ & Ebur propriæ; ita Britannicæ provinciæ Oceanum cognominem proprium fuisse voluit innuere. Verum ita terminatum fuisse Romanorum in Oceano hoc dominium existimandum est secundum litoris occupationem, ut in maris interiori Britannici parte, quæ gentium Britannicarum eis minimè subjacentium aduebat litora, parum juris habuerint. Quod de Mari Hibernico, & quod reliquum;

liquum est sub Cæuro positum, maxime dicendum. Neque enim Hibernia solum sed etiam Mannia, inclinante Romanorum imperio, insulæque occidui Maris ceteræ & Britannia magna pars Septentrionalior, à Scotis tenebatur Pictisque; unde par est ut iis etiam suum fuisse in alluente Oceano imperium avitum autumemus. Et de imperio seu dominio, sub Romanorum tempora, Oceani Britannici, velut ejus quod non minus jure prisco ad Insulam ejusque imperium attineret, quàm sive Murus sive pomerium ad Urbem, hæc dicta sunt. Ad Successorum tempora transitus.

C A P. IX.

De Maris Britannici dominio, postquam Romanorum imperium exuerant incolæ.

Inclinantibus, sub Theodosio juniore & Honorio & Valentiniano III Augustis, rebus Romanis, neque Urbis ipsius tutelæ sufficientibus præfidiis militariibus, liberabant se omnino eorum imperio, Britanni; circa annum à Julii Cæsaris adventu cccclxxx seu Christi cccclxxx. Scilicet Ἐπιφανίου, ut scribit Zosimus, Ἰουλιανὸς ἐφίσηκεν καὶ κατ' αὐτὸς ἐβίβαλεν, Βοτανίαν ἰσχυροῦς

¹ *Histor.*
lib. 6.

extenuarunt, constituta pro suo arbitrio Re-
publica. Rediit igitur ad indigenas tam
 Maris quam Insulae partis à Romanis
 antea occupatae dominium, Huic inte-
 rim inhiabant Saxones, illi aduersi lito-
 ris incolae, quibus re piratica exercita-
 tissimis propulsandis Comitem litoris
 Saxonici per Britanniam praeficere (ut
 fufius est jam ostensum) solebant Ro-
 mani. Quin verò & in subsidium ad-
 versus Scotos & Pictos à Britannis Au-
 stralioribus, Romana omnimoda ope
 nudatis, illi accersiti, summam rerum
 sibi heic demum adepti sunt. Regnum-
 que ita in notissima illa eorum Heptar-
 chia semper eiusmodi habebatur, ut
 penes unum aliquem Regem esset,
 etiam ante Egberti Regis tempora,
 summum imperium quod ceteri omnes
 agnoscerent. Hos Dani excepere. Atqui
 terrestri utrorumq; imperio conjunctum
 fuisse marinum vix est cur dubitemus.
 Neque enim sentiendum est eos, qui
 adeò *assueti salo, & quibus antea erat*
— pelle² salum sulcare Britannum
Ludus, & affuso glaucum mare finde-
re lembos,
 Ex quorum quot remiges vidisses, toti-
 dem se cornere putasses archipiratas, ut
 de

² Siden.
 Apolli-
 naris Pao-
 negyric.
 ad Avin-
 tum Aug.
 sen carm.
 7.

Lib. 8.
epist. 6.

de Saxonibus loquitur Sidonius Apollinaris³; & quibus *cum discriminibus pelagi non vetitia solum erat, sed familiaritas*: Quod idem de Danis etiam & Normannis (promiscuè enim hæc nomina usurpata eandem gentem sæpius denotant) dicendum, testantibus satis Reginone, Dudone, Monacho Malmesburienfi, Abbone, Gemiticense, aliis; non est inquam sentiendum hosce five insulam five litus, cui Maris imperium adeò affixum erat, nactos, Mare item præjacens jure domini non itidem occupasse. Neque omnino forte contemnendum est, fuisse Saxonibus hæc tantam & tam singularem mirandamque Maris & rerum marinarum consuetudinem, ut ipsi soli artificiosa æstuum ac refluxuum Maris (hos *Lidunus* seu *Lidunas*, illos *Malinus* appellabant) observatione Menses sibi & Annos putare solerent, etiam & annorum cyclos inde conficere. Prorsus sicut exemplo, Atque ut vetustiores agricultæ tempore interjungendi boves, dies horaque, & quemadmodum cæteræ ferè Gentes Solis & Lunæ motu annos diesque measurebant (utpote rebus quarum in colendis quæ possidebant

lati.

latitudinis varioque eorum usu ratio habenda erat præ ceteris maxima) ita hi soli ex solo Oceani, cui fuere adeo affueti, motu reciproco diversaque in fluxu & refluxu litoris pulsatione velut ex eo, cujus in eorum vitæ generis ratione primaria erat habenda ratio, annales ac menstruas periodos distinguebant. Quin ut Ægyptiis ex agrorum scotum, quos inundaverat Nilus suavis, dimensione natam esse ajunt Geometrix artem; ita Saxonibus nostris, ex Maris sui frequentissimo usu & perpetua observatione, ortum esse dubitari nequit artificium hoc alibi inauditum. De quo, qui plura velit, post Venerabilem Bedam nostrum⁴, consulat Josephum⁵ Scaligerum, Dionysium Petavium⁶, Olavum Wormium⁷. Totam verò gentem inde rebus nauticis apprime affuetam fuisse, non tantum maris acolas, inde elicitur, quia aliter ægrè admittitac ex vario Oceani motu remporum rationes genti ipsi putandas fuisse. Nam qui ab Oceani usu alieni, certe quibus computas hujusmodi aut inanis aut difficilis nimis fuisset, fieri nequibat. Etiam causa proculdubio erat non exigua accersendi in insulas Saxones,

⁴ De Natura Rerum, cap. 28.

⁵ De Emendatione Temporum.

lib. 2. pag. 162. &

in Appen- dice ad

Conjectan. in Varrone

pag. 181. | edit. 1581.

⁶ De Doctrina

Temp. lib. 2. cap. 70.

⁷ In Fastis Dani- cu. lib. 1. cap. 11.

Saxones, ut rerum ipsi maritimarum periclitissimi Mare, quod, quia Romana classis nuper id deferuerat, hostium incursibus undiquaque jam patebat, tutarentur. Tantundem sanè innuere vitus est antiquus Scriptor Erhelyverdus, de eorum adventu verba faciens; *Illis diebus, inquit, agilem audierant Britanniam esse in piratico genere gerentem. Saxonum in tota maritima à Rheno fluvio usque in Doniam urbem, quæ nunc vulgò Danemarc. nuncupatur, ac in omni armaturâ robustam. His igitur immensa per nuncios munera mittunt, auxilia petunt, societatem pacis promittunt. Qui antea Mare Britannicum infestare soliti, ad ejusdem tutamen & ad pacem invitantur. Et Britannis certè rerum navalium adeoque tutelæ Maris sui curam fuisse eo in ævo maximam inde liquet, quòd in historiâ Britannicâ de Arthuro illo rege decantatissimo & Malgone Principe legitur, eos sex annis provinciales Oceani insulas (ut Galfredi Monumethensis verba sunt). Hiberniam videlicet atque Islandiam, Gotlandiam, Orcades, Norvvegiam, Daniam divissimis praeliis sua potestati sive adjecisse sive recuperasse; etiam & Groen-*

Lib. I.

*Greenlandiam & omnes alias terras & insulas Orientalis Oceani usque ad Rus-
siam & multas alias insulas² ultra
Scantiam usque dum sub Septentrione.*
Ex de hoc seculo est illud apud Nenniū
¹⁰ Elvodugi discipulum intelligendū,
Cunedam nempe Maglocuni avum
Britannam Australiorem, Scotos ex
omnibus regionibus & insulis Britanni-
cis expulisse. Certè ut hæc fierent, ne-
cesse est ut potestas navalis, quâ Mare
proximum facile tutum semper redde-
reatur, accederet ingens.

⁹ Vide
Guil.
Lābard.
de Priscis
Anglorū
legibus.
pag. 137.
¹⁰ MS. in
Biblioth.
Cotto-
niana.

CAP. X.

Anglo-Saxonum & Danorum Britannia
Australis imperium occupantium, Dominium
Marinum, tum ex Saxonici regni initiis,
tum ex copiis eorum victoribusque
navalibus elicitar.

PRæter jam dicta de Saxonibus heic
rerum potitis, sunt etiam in veterum
monimentis alia quæ tum eorum tum
Danorum in Britannia regnantium Im-
perium marinum expressius indicant.
Ea quadrifariam tribuo; *Imperii potentissimi
Saxonum regni initia; Copias sequen-
tis temporis & victorias Navales; Tri-
buta & fiduciariorum clientium officia
ad rem nauticam pertinentia; Et de-
sum*

mum *expressissima* aliquot, de Regum tunc temporis Anglosaxonicorū *dominio Marine, testimonia*. In initiis regni Anglo-Saxonum præcipuis censeo eum Oethæ & Ebiffæ, quos suadente Hengisto Vortigernus invitarat, adventū, tum Ællæ Suffexiæ Regis adpulsum. Hic Mare & litora Australia, illi Septentrionalia occuparunt. De copiis Oethæ & Ebiffæ navibus, ita Nennius' Elvodugi discipulus, sub Gildę nomine etiam circumferri solitus; *Cum XL Cisulis navigantes circa Pictas, vastaverunt Occidentales Insulas, veneruntque & occupaverunt plurimas insulas & regiones trans Mare Fresicum* (Bodotriam intelligit seu Fretum Edinburgense) *quod inter nos & Scotas, & usque ad confinia Pictorum. Et Hengistus semper Cisulas* (id est navigia Saxonibus plena, paucos myoparones Sidonio dictos) *ad se paulatim invitavit, ita ut insulas quas habitabant relinquerent*. Vix expressius dici potuit Gentem rebus nauticis bellicisque maritimis assuetam, Britannia partem magnam ita adeptam, etiam appendicem illam Insulæ individuan, seu Mare, in primis fuisse tutatam; numerosa, quæ hoc præstare posset, vi traducta

M. S. in Biblioth. Cottonian. & partim apud Camden. in Brit. pag. 91.

ducta. Quod ad Ællam attinet; cum cū
 Cisa & Cimeno filiis, classe militaribus
 copiis instructissima, ad locū litoris Suf-
 sexiani propè *Witering/ Cimensthor*
² *clivab hoc Cimeno dictum*, adpu-
 lisse scribunt; oram³ maritimam, pul-
 sis Britannis, possedisse; novisque Indies
 è Germania accitis subsidiis, regnum
 tandem ad Humbrum fluvium, per li-
 tora Orientalia, dilatasse; primumque
 fuisse Anglo-saxonum, qui tam diffusū
 Imperii heic potiretur. Quin ejus po-
 tēti durasse hoc regnū annos circiter
 septuaginta. At vix sanè evenire potuit
 ut à, quibus re nautica insigniter pot-
 lentibus adeò feliciter res in litore pro-
 cessisset, ipsum etiam mare non obtine-
 rent; maxime cum, sub id tempus, alios
 quosquam re nautica in hoc tractu pot-
 luisse nentiquam omnino testatum ha-
 beamus. *Copias autem Navales & Na-
 valis victorias* insequentium Regū tam
 Danorum, quàm Anglo-saxonū, videre
 est passim apud Ioannem Asserium E-
 piscopum Schirburnensem, Gulielmū
 Motachum Malmesburiensem, Henri-
 cum Archidiaconum Huntingdonien-
 sem, Rogerum Hovedenium, Floren-
 tium Vigorniensem, Florilegum; præ-
 cipue

² *Cart. Cedvull. R. apud Camden. in Brit.*

pag. 223.

³ *Ethel- vverd. lib. 1. c.*

3. cap. 3.

Henric.

Huntingdon. lib. 2.

complexa
 gularum o
 majestas &
 milis talen
 tur ut earu
 formulâ, a
 censenda.
 fit ibi aliu
 interluens
 cum insulis
 ne, conjun
 ctæ fieban
 contiguae.

ctio ubi no
 insulæ præj

cum provin

hinc evenit

liæ essent;

& quæ mod

viderentur,

provincias

centia maris

ex continen

nuatū territ

ore Ulpian

hominum c

Sed eâ de re

jecta. Etiam

quis me pro

29 L. 9. ff.

tit. de In-

diciis, de

qua vide

I. Gry-

piand.

tract. de

Insulis

cap. 15.

30 L. 99.

ff. de

verb. Si-

gnif.

31 L. 13.

§. si quis.

ff. tit. de

Injuriis.

... fabricari per regnum,
... hostibus adventanti-
... impositisque piratis in illis,
... astodiendas commisit. Et
... autis quoque suis manda-
... freti vitale hostibus sub-
... rent. Piratarum heic vo-
... admodum alii illius ævi
... pro prædonibus, ut vul-
... is, qui hostium classes
... grederentur & Marinum
... territorium. De voca-
... holiastes vetus ad Sopho-
... *ἠολιάστας*, inquit, *ἠολιάστας δὲ*
... *ἦσαν ἄνθρωποι οἱ καὶ*
... *ἠολιάσται.* Pira Atticè de-
... seu artem, unde & Pira-
... qui Mare infestant. Cùm
... tempore, Anglo-saxo-
... summa rerum in An-
... decertabant (nam tunc
... seu Guthrunus, Rex Da-
... nduciarius Alfredo cliens,
... in Northumbria & Anglia
... les atque territoria peram-
... nationes eorum maximè na-
... perinde ac si eum qui Ocea-
... co dominaretur, etiam Tel-
... luris

cipue verò in Alfredi, Edvardi senioris, Athelstani, Edgari, Ethelfedi & Haroldi regum gestis. Certè diu post Saxonicis regni initia, rem Nauticam, qua Maris dominium tutum foret, haud parum heic floruisse existimandum est tum ex Gentis moribus supra narratis, tum ex frequenti Navigationis usu qui utrinque negotiantibus interdictus est, ob ortum inter Carolum Francorum (postea Cæsarem) & Ottam Mercionem apud Anglosaxones Regem, cui ceteri suborant, dissidium. Sed & restituta est ejusdem paulò post libertas, ex foedere in Anglosaxonum maximè gratiam & commodum, quod ex Alcuino⁴ & Guilielmo Malmesburiense scimus. At verò ante Alfredum Regem languescere cepit potestas eorum maritima, idq; praesertim sub Ethelulpho Rege, cum Dani seu Normanni non litora solum verum & totam pæne insulam gravissimè infestarent, & insulas plerasque Britannicas occidentaliore vi occuparent. Ex patebant omnia piraticam exercentibus. Postquam autem Alfredus regnum adeptus est, instaurata est Maris tutela, firmatum dominium. De eo ita Asserius ille Episcopus Schirburnensis, praecipit

⁴ *M. Epist. apud Guiliel. Malmesbur. de gestis Regum lib. 1. cap. 5. & in O. peribus Alcuini, inter Epistolae pag. 1669.*
⁵ *Gesta Norman. ann. 840. Malmesbur. lib. 2. ca. 2. & c.*

ceptor

ceptor ejus. *Iussit cymbas & Galens, id est, longas Naves, fabricari per regnum, ut navali praelio hostibus adventantibus obviaret, impositisque piræis in illis, vias Maris custodiendas commisit. Ex paulo post; Nautis quoque suis mandavit, ut in parte freti vitale hostibus subsidium denegarent.* Piratarum heic vocabulo (quemadmodum alii illius ævi) usus est, non pro prædonibus, ut vulgo; sed pro iis, qui hostium classes arte navali adgrederentur & Marinum defenderent territorium. De vocabuli etymo Scholiastes vetus ad Sophoclii Ajacem, *πῆρες*, inquit, ἀρκίως δὲ λέγουσι πῆρες ὄντας ἡμεῖς Πλοῦτον οἱ καὶ Ἰδὲλατον ἀναύχεται. *Rex Arcticò denotat delictum seu arctum, unde & Pirata dicitur, qui Mare infestans.* Cùm vero, Alfredi tempore, Anglo-Saxones & Dani, de summa rerum in Anglia subinde decertabant (nam tunc Guthmundus, seu Godfrigus, Rex Danorum, in fiduciais Alfredi clientibus habuit in Northumbria & Anglia Orientali, fœderatque, relictione perantipha) concertationes eorum maxime navales fuerent, periode ac si cum qui Oceanò Britannicò dominaretur, etiam Telluris

luris seu præjacentis insule partem dominatam fore, necessario sequi existimasset utriusque. Unde etiam fiebat ut invalescentibus in Mari Danis, Copias navales insigniter augeret Alfredus Rex, naves, Danorum navibus duplo longiores, altiores, celeriores, minusque nutantes, adeoque naumachiis multo magis idoneas, construendo. Florentius Monachus, *Æt. d. anno*, inquit, (scilicet Christi *DOCCXCVII*) exercitus Paganorum in *Eastanglas & Northumbria* residentiam, fursivam prædam circa ripas maris agentes, terram occidentalem Saxonum graviter vexabant maxime longis velocibusque navibus, quas ipsi ante plures annos fabricaverant. Adversum quos bistongiores, altiores, celeriores, minusque nutantes, ex præcepto regis Alfredi fabricantur naves, quarum violentia prædicta hostium naves superari possunt. Totidem verbis idem narrat Rogerus Hovedenus. Henricus autem Huntindoniensis de remorum numero quibus agerentur naves hæc Alfredi, expressim; Rex, inquit, *Alfredus naves longas scilicet & remorum vel plurimum fecit parari, contra puppes Danorum.* Sed de sexaginta remis navibus

amplioribusque ab eo tunc constructis loquuntur Annales Saxonice conscripti; unde suos consarcinarunt fere jam citati aliique scriptores ejusdem farinae. Verba sunt Annalium; þa heƿ

⁶ MS. Codices bini, in Bibliotheca Cottoniana. ann. 897.

Alfred Cingz zimbrian lanze
 ſcipu onzen þa ærcas þa pænon
 full neah zpa ſþa lanze ſpa þa
 oðre. Sume hæfdon lx ara
 ſume ma. þa pænon æzþer
 ze ſpiztman zeunpealdpan
 zeeac hearnan þonn pa oðre.
 nænon hi næþon ne on ſpizt
 zeſceapen ne on deniſc buton
 ſpa him ſelfum þuhte þ̄ hu
 nyt peoþohte beon mihton.

quod sonat, Constructi iussit Alfredus
 Saxones longas que cum Daniis pro-
 lineantur. Erant autem duplo illis lon-
 giores. Quorum nonnulla remos habue-
 re frangunt, nonnulla plures. Celeriores
 tam fuerunt illis, minus nutantes atque
 aliores. Nec ad formam sive Friscam
 sive

sive Danicam fabricata. Sed eâ quam ipse existimavit preliis commodissimam.
 Unde dubitandum non est quin mirè instaurata fuerit, eo regnante, apud Anglo-Saxones res navalis quæ provinciæ marinæ tuendæ inserviret. Atque inita tam ab Alfredo quàm Edvardo filio suo cum Danis & Normannis prælia navalia, exitu ut sit vario, non sine classibus numerosis sæpius occurrunt. Sub Athelstano autem Rege copiis maritimis instructissimo *Gens Hibernensium* (ut habet Huntindoniensis ⁷) & *puppium habitatores fatales corruerunt.* Anglo-Saxonica, quæ in vetustis Annalibus, unde ea transtulit Huntindoniensis, hisce respondent, sunt; *Scotta leode* & *scýpplozan fæge feollan*, quæ idem satis denotant. Nam *Scotta leode* seu *Gens Scotica* & *Scoti* pro Hibernis non raro apud veteres sumuntur. Is etiam, *confersissimum, inquit idem, ducit exgræcum terrâ & Mari in Northumbriam & Scotiam, cui cum non esset qui resistere persisteret, ubiq; terrarum progrediens & pro libitu prædans cum triscaphali rediit lauro;* unde Poëta ⁸ *illius*
ævi, *Lam*

⁷ *Histor. lib. 5.*

⁸ *Apud Guil. Malmesbur. de gestis Regum 2. cap. 6.*

Iam cubas in terris fera barbaries A-
quilonis ;

Iam jacet in campo, pelago, pirata, re-
lictæ,

Illicitas torvasque minas Analavus
ambelans.

Analavus hic Hibernensium ⁹ multa-
rumque insularum Rex erat, qui Athel-
stani litora, ad Humbri fluvii ostium,
cum classe DCXV navium adgressus, in-
genti accepta clade, in turpissimam fu-
gam conversus est. Edgarus verò Rex
cum ingenti classe (sic Florentius VVi-
gorniensis ¹⁰) Septentrionali Britannia
circumnavigata, ad Legionum civita-
tem (Cestriam) appulit, ubi subreguli
ejus octo, ut mandarat, occurrerunt; &
quod sibi fideles & Terra & Mari coo-
peratores esse vellent, juraverunt: Seu,
ut Huntindoniensis ¹¹ de eadem re;
Omnes illi domino debitam dederunt
fidem, se Terra & Mari servituros ei
ad ejus imperium. In Regulis hisce fuit
Maccusius plurimarum Rex insularum,
Hovedenio & Florentio dictus; & Flo-
rilego, Rex Mona & plurimarum in-
sularum. Eundem Archipiratam nun-
cupat G. Malmesburiensis. Quin idem
Rex Edgarus perinde ac si in re navali

⁹ Roger.
Hovede-
nius an-
nal. part.
1. an. 937
& Florët.
Wigorn-
ann. 938.

¹⁰ In ann.
937.

¹¹ Anno.
Edgari
13. Hun-
tindon.
lib. 5.

& Maritimâ splendorem, magnificentiam, ac velut epitomen totius Imperii sui cerni voluisset, *Scapham* (cùm Cestriæ agebat; ita Florentius & Hovedenius) *ascendit, regulisque illis ad remos locatis, ipse clavum gubernaculi arripens, eam per cursum fluminis Dea peritè gubernavit, omnique turbâ Ducum & procerum simili navigio comitante, à palatio ad monasterium S. Iohannis Baptista navigavit, ubi, facta oratione, eâdem pompâ ad palatium remavit; quod dum intravit, optimatibus fertur dixisse, tunc demum quemq; suorum successorum se gloriari posse Regem Anglorum fore cùm, tot Regibus sibi subsequentiibus, potirentur pompa talium honorum; seu, cùm tanta prerogativa honorum fruerentur, ut scribit Malmesburiensis eandem rem narrans. Tot regibus, qui ut fiduciarii clientes tam Mari quàm Terrâ cum subsidiis ei præstò semper forent, quandocunque accirentur. Sed & insigne est apud eundem Florentium & Monachum Malmesburiensem testimonium, quotannis Regem hunc & assidua cura & copiarum vi Mare suum circumfluum esse circumlustrando tutatum, *Omni*, inquit*

Malmes-

Malmesburiensis, astate, emensa statim Paschali festivitate, naves per omnia litora coadunari precipiebat; ad Occidentalem Insula partem cum Orientali classe, & illa remissa, cum Occidentali ad Borealem, inde cum Boreali ad Orientalem remigare consuetus; pius scilicet explorator, ne quid Pirata turbarent, id est, viriliter hoc agens (ut ait , præter Hovedenium , Florentius) ad defensionem contra externos regni sui , & suorum suorumque ad bellicos usus exercitium. Manifestum est hoc imperii Marini tutamen. Classium autem, quas diximus, cuilibet naves erant MCC, cæque, quod expressim ajunt scriptores, robusta, adeo ut eo Rege, classis Britannica è navibus ejusmodi constaret MMMDC, quemadmodum expressè Florentius ¹², & Hovedenius. Alii autem MMM Naves classes hæc confecisse scribunt; ut Ioannes Bramtonius ¹³ Abbas Journalensis; aliis tribus hæc classem XV adjicientibus, unde numerus ad MMMDCCC excrevit; quod videre est apud Florilegum. Ita Regni sui fines, ut ait etiam Florentius, prudentia, fortitudine, justitia, temperantia, quoad vixit, Deo auxiliante custodivit, & quoniam iram ferocis

¹² In Anno
975.

¹³ MS. in
biblioth.
Cottoniana.

Leonis contra inimicos habuit, insularum principes & tyranni illum pertinuerunt De Haroldo etiam seu Herald-
do Rege legitur apud Ordericum Vitalem; *Heraldus Mare navium militumque copia munierat ne quis hostium sine gravi conflictu introiret in regnum.*
Adeo ut quin Mari tuendo custodien-
doque, ut Anglosaxonici in insula imperii appendici, dispositas fuisse copias illo in ævo has navales, & naumachias commissas existimemus, fieri quidem nequeat. Maximè, si hæc jam ostensa cum iis quæ de eodem seculo ad hanc rem statim subjiciuntur, rite componamus.

CAP. XI.

Imperium Marinum Anglosaxonum & Danorum in Britannia regnantium, ex Tributis & Clientum fiduciariorum officiis ad rem nauticam pertinentibus, itidem observandum. Et de Tributo seu stipendio Danegeldo dicto quod Maris tutela præstari solebat.

T*Ributa sequuntur & Clientum officia ad rem Nauticam seu Maris Tutelam attinentia; quæ domini item Marini in Anglosaxonum ævo indicia sunt. Tributa dico ad Navium incrementum*

mentum & Classiariorum comneatus
 indici solita. Qualia fuere quæ, secun-
 dum Civium fundos possidentium cen-
 sum, indicta sub Ethelredo Rege ad na-
 ves construendas. Tunc enim quicunq;
 cccx. *Cassatos* seu *Hidas* terræ posside-
 bat, is unius Navis fabricandæ sumptus
 præbuit. Et pro ratâ, ad hunc modum,
 omnes, qui plurium pauciorumve *Hî-
 darum Hidae*ve partis domini. Hoc do-
 cent Marianus Scotus ¹, Hovedenius, ² *Ms. an-*
 & Florentius, totidem quilibet verbis. *no 1008.*
Rex Anglorum Æthelredus de cccx. *in biblio-*
Cassatus (ita illi) *unam trierem, de no-* *thec.*
vam verò lorica & cassidem fieri, & *Cotto-*
per totam Angliam navis intentè præ- *niana.*
cepit fabricari. Quibus paratis, electos
in eis milites cum alimentis posuit, & ut
ab exterorum irruptionibus fines regni
sui defenderent, illas ad Sandwicum
portum congregavit. Hensicus autem
Huntindoniensis, uti etiam Mathæus
Parisiensis ² & Forilegus de eadem re ² *Histor.*
Fecit Rex parari per totam Angliam ex *Minor*
trecentis & decem Hidis navem unam, *Ms. in Bi-*
&, ex octo Hidis, lorica & galeam. *blioth-*
 Dein subjicit Huntindoniensis, quid *Cotto-*
Hidæ nomine veniat. Hida autem An- *niana.*
glicæ, ait, vocatur terra unius aratri

cultura sufficiens per annum. Alii de Hidæ quantitate aliter statuunt. Et pro diverso regionum more, eam fuisse per quàm variam certissimum est; sed eandem cum *Cassata & Carucata*. Certè

³ Ms. in
Biblio-
theca
Cotto-
niana.

Annales Anglo-Saxonici ³ Monasterii Abingdoniensis Hidas heic expressim itidem habent. Sub anno M VIII. *Hæn bebead Ƴe Cing* (ita illi) *Ƴ man Ƴceolde oƳer eall anƳelcƳn Ƴcipu ƳæƳlice ƳƳƳcan, Ƴ Ƴ Donn oƳ ƳƳim hund hidum 7 oƳ Tynum ænne ƳceƳð. 7 oƳ VIII hidum helm 7 bynnan.* Id est; *Heic iussit Rex ut per totam Angliam naues sedulo fabricarentur, scilicet ut ex CCCX. Hidis unica passim construeretur trieris, ex octo vero Hidis lorica praberetur & galles.* Et solenne est legibus nostris illius seculi Hidarum numero beatiores cen-

⁴ Ms. pe-
nes Ca-
mera-
rios
Scacca-
rii.

seri; quemadmodum item passim videmus in Notitia illa Angliæ seu libro Censuali *Domesday* ⁴ dicto, qui sub Guilielmo Rege primò conscriptus est: Addit item *Hantiadoniensis; Non fuisse tantum*

tantum

tantum numerum Navium tempore alicujus in Britannia; quod itidem testantur Annales, quos diximus, Saxonici. Igitur nec numerosissima illa Edgari Navium vis (de qua superiore in capite) eum hac comparanda. At verò ex vestigiis illius seculi schedis Hidæ per Angliam apud Guilielmum Camdenum, virum præstantissimum atq; ingens Britannicæ nostræ lumen ita numerantur, ut non ultra 24,600. excrecant. Si ita res fuisset, certe Naves integræ ex hoc tributo tantùm 785. construi potuere; qui numerus millibus aliquot est Edgari Regis numero minor. Itaque alia est Hidarum ratio incunda, eus locus heic non est. Huc spectat illud Huntindoniensis, de Canuto Rege & Haraldo filio ejus. In diebus illis, inquit, (scilicet Haraldi) reddita fuerant XVI puppibus ab unoquoque portu VIII Marca, sicut & patris sui tempore. Quin tributum quod Classica manui penderetur statutum (cum Canutus & Edmundus Reges in insula Sabrinæ mediamni, Olenja dictâ, sedus percutiebant) memorat Hovedenius. Accedat, quod Hardecanuto Angliæ Regi, antequam biennum regnasset, sunt reddita triginta

In Brit.

pag. 114.

duabus puppibus 11048. libra (scilicet triginta duabus navibus construendis) quod scribit Huntindoniensis. Is etiam unicuique remigi sua classis (ita Mathæus V Vestmonasteriensis^o) octo *Marcas*, & singulis rectoribus decem *Marcas de tota Anglia pendi precepit*. Idem iterum de eo; *ministros suos per omnes fines regni destinavit, ut tributum, quod indixerat, nulli parcentes colligerent, & piracis suis (classiariis) inde omnia ministrarent*. Et Florentius; *Octo marcas*, inquit⁷, *unicuique sua classis remigi & 12* (sic apud eum legitur) *unicuique gubernatori de tota Anglia precepit pendi, tributum scilicet tam grave, ut vix aliquis id posset persolvere*. Sed hæc de Canuto, Haraldo filio ejus, atque Hardecanuto dicta, forte ad Tributum seu stipendium *Danegeldum* dictum attingent. Id scilicet ad rem navalem & territorio marino tuendo quotannis pende batur. Inter prisca Angliæ leges occurrit; *Danegeldi redditio propter piratas* (sive deprædantes sive alios mare invadentes) *primis statuta est. Patriam enim infestantes, vastationi ejus pro posse insistebant. Ad eorum quidem insolentiam reprimendam, statutum est Da-*
negeldum

6 Anno
1040.

7 Anno
eodem.

negeldum annuatim reddi; scilicet duodecim denarios de unaquaque hida totius patrie ad conducendos eos qui piratarum eruptioni resistēdo obviant. Ita nonnullis legitur exemplaribus⁸, aliis⁹ eruptioni habentibus. Altera verò lectio denotare videtur, indictum hoc tributum, ad conquirendas alendasque copias Navales quæ ita Mare tutarentur, ut nec ex adverso litore erumpere possent piratæ hostesve. Nec aliter bene locum ibi habet Eruptionis vox. Ad eò ut ipsissima Comitibus litoris Saxonici Dignitas vetusta (de qua jam superius dictum est) in eo qui classibus illius ævi præfesset ut Admirallus, non obscure inde cernatur. Originem habuit tributum hoc sub Ethelredo illo Rege. Scilicet is à Svano Danorum Rege miseris tandem redactus in angustias, pace ab eo emptâ, etiam ex federe conduxit puppes Danorum XLV, quæ regnū suum in mari excubando tutarentur, stipendia, quæ ex tributo hoc conflarentur, in cōmeatus annuatim accepturæ. Quod ut ritè intelligatur, advertendum est ex historia Anglosaxonica, tributum seu censum Danis persolvi sub id tempus solitum, non unius fuisse generis. Aliud

⁸ Apud Rogerum Hoveden. part. 2.

pag. 344. in edit.

Londin.

pag. 603. in edit.

Francof.

⁹ Apud

G. Lambard. de præfiscis

Angloriæ legibus

fol. 128.

& G. Camden.

Britan.

pag. 102.

erat tributum seu pecuniæ vis, quæ pacem interdum Anglosaxones ab illis insulam graviter infestantibus redimebant. Aliud verò quod classi Danicæ, ad tutandum mare orasque defendendas maritimas conductæ, ut stipendium, præstabatur. Primi generis tributum in illo tum Florentii tum Rogeri Hovedenii cernitur sub Anno MVII; *Rex Anglorum Æthelrodus cum consilio primatum suorum nuncios ad Danos legans, eis nunciare mandavit, quod sumptus & tributum eo tenore illis dare vellet, ut à rapinis desisterent & pacem cum eo firmam tenerent. Cuius postulationi consenserunt. Et ex eo tempore de tota Anglia sumptus illis dabatur; & tributum quod erat 36000. librarum persolvebatur.* Scilicet hoc tantum nunc fiebat, ut pecuniâ pacem ad tempus, quam armis non potuit, acquireret, ut recte ait Florilegus. Elapso item quadriennio, Omnes Anglia primates utriusque Ordinis ante Pascha Landonia congregati sunt & ibi tam diu morati sunt quousque Tributum Danis promissum, quod erat 48. millia librarum, persolveretur; quæ leguntur etiam tam apud Florentium quam Hovedenium. Hoc autem ideo

22 Anno
1012.

ideo præstitutum est, ut Dani omnes qui
 in regno erant pacificam haberent cum
 Anglis ubique cohabitationem, & esset
 ætriusque populi quasi cor unum & ani-
 ma una, quemadmodum Florilegus il-
 le. Ejusmodi sunt alia in illius ævi histo-
 ria, etiam & anteriora. Neque quotan-
 nis pendi solebat hoc genus primum,
 sed, pro re nata, subinde præstitum est.
 Utcunq; verum forsitan fuerit quod scri-
 bunt ¹² nonnulli, pro pace ulterius ser-
 vanda xxxvi Millium librarum Tri-
 busum Danis singulis annis persolvere
 concessisse Ethelredum in federe illo an-
 ni mxxii. de quo paulò ante dictum est.
 Concessisse heic legimus, juxta persol-
 visse *ibidem*, nullibi. Quod verò secun-
 di generis erat classi Danicæ, ut dictum
 est, conductæ solvendum, id annuum
 fuit & eodem tempore, saltem eodem
 anno (scilicet Christi mxxii) quo 48.
 millia illa librarum ad pacem redimen-
 dam solvebantur, præstitutum. Nee cer-
 ta pœcunia quantitate finiebatur, sed
 quanta classiariorum victui & vestitui
 sufficeret. Florentius & Hovedenius in
 anno jam dicto; *Post hac, tributo soluto*
(illo 48000. librarum) & pace iura-
mentis firmata, Danica classis ut prius
 ERAT.

¹² Autor
 Chronicis
 Melro-
 sensis Ms.
 in Biblio-
 the. Cot-
 toniana.

erat congregata longè lateque dispergi-
tur. Sed cum rege XLV. naves remansere
eique fidelitatem iuravere, & aduersus
exteros Angliam se defensores eo tenore
promisere, ut eis victum tegimenq; pra-
beret. Qua de re itidem Annales Anglo-

32 In Bi-
bliothe-
ca Cot-
toniana,
an. 1012.

faxonici Monasterii Abingdoniensis¹¹;

Ða þ̅ ȝarol ȝelærȝ pær 7
ƿrið aþay aȝponene pærnon þa
to ƿeȝde ȝe heȝe ȝide ȝpa he
ær ȝeȝadepode pær. Ða
buȝon to þam cynȝe of þam
heȝe ƿiƿ 7 ƿeoƿerȝiȝ ȝcȝpa 7
him beheȝon þ̅ hi ȝoldon þ̅ȝȝne
eaȝð healdan 7 he hi ƿedan
ȝceolde 7 ȝcȝȝdon. id est; Tributo

soluto & amicitia iuramentis praestitis,
exercitus, ut antè erat congregatus (seu
classis) late dispergitur. Manebant vero
cum Rege ex ipso exercitu quadraginta
quinae Naves, ipsique fide datâ promise-
runt se Terram hanc defensores, mo-
dò eas aleret & vestiret Rex. Danorum
Rex tunc Svanus erat, quocum ita pe-
pigit

pigit Ethelredus. Utrunque autem præstationis, quam diximus, genus Danezeld, *Danogeldum* seu *Danageldum*, id est Tributum Danicum dicebatur. Hoc nomine expressim apud Joannem Sarisburiensem ¹³ insuitur ¹³ *In Pælycratico seu de Nugis Curialium. lib. 8. cap. 27.* genus primum; ubi *Suannus*, inquit, *Britannia insulam quam ex magna parte occupaverat vastabat, spoliabat, & membra Christi persecutionibus multis affligebat indictione census quam lingua Anglorum Danageldum nominant.* Secundum verò quod pro classiariorum comneatu solutum est itidem eadem voce indigetabatur, tum quia ex federe Danico natum, tum quia Danicæ classi Marino territorio tuendo conductæ, pendi solitum. Unde & idem retinuit nomen tam sub ipsis Regibus Danicis, veluti Canuto, Haroldo I, Hardecanuto, quã sub Anglosaxonibus seu Anglicanis. Atq; ea quæ diximus, fuisse hujus initia, testis item est omni exceptione major Ingulphus Abbas Grovlandensis, qui sub idem seculum floruit. Is de rebus agens Edvardi Confessoris, *Anno*, inquit ¹⁴, *M L I* (qui decimus erat Edvardi Regis) *cùm terra non daret solita fertilitate fructus suos, sed fame* ¹⁴ *Edit. Londin. pag. 510. Francofurt. pag. 897.* pluri-

plurimos habitantes devoraret, in tam
 tam ut bladi carentiâ & panis inopiâ
 multa hominum millia morerentur, mi-
 sericordia motus super populum piissi-
 mus Rex Edwardus tributum gravis-
 simum, quod Danigeld dicebatur, o-
 mni Anglia in perpetuum relaxavit.
 Ferunt quidam, regem sanctissimum,
 cum dictū Danigeld Cubicularii col-
 lectum in regis Cameram intulissent &
 ad videndum tanti thesauri cumulum
 ipsum adduxissent, ad primum aspectum
 exhorruisse, protestantem se demonem
 super acervum pecunie saltantem &
 nimio gaudio exultantem prospexisse;
 unde pristinis possessoribus iussit statim
 reddere & de tam fera exactione ne jota
 unum voluit retinere. Quin in perpe-
 tuum remisit, anno scilicet XXXV, ex
 quo, tempore Regis Ethelradi patris sui
 Suvanus Rex Danorum suo exercitui
 illud solvi singulis annis imperavit. Pu-
 tatis retrò ab anno 1061, annis 38, satis
 occurrit ipse annus 1012, quo, juxta
 superius dicta, collocatur Danegeldi
 hujus initium. Nec obstat, omninò
 quod annus unicus forsan superesse vi-
 deatur. Nam discrimen ejusmodi in
 Monachorum Chronicis saepe obvium
 esse,

esse, maximè ob indiligentem annorum Christi ac Regum (quorum initia variatim discrepare nemo nescit) commixtionem, satis norunt in illis versati. Nec ante annum proximum, seu 1013, de tributo stipendiisque satis conventum fuisse est verisimile. Nam de eo anno expressim Florentius, Hovedenius, aliique; *Interem Suvanus tyrannus, sua classi sumtus affluenter parari, & tributum fere importabile solvi præcepit. Similiter per omnia Turkillus classi, qua apud Grenovic jacebat, solvi mandavit.* Classis illa puppium XLV in Thamesi juxta Grenovicum stationem subinde habuit, & jam primùm stipendia promissa accepit. Id est, anno ipso qui trigessimus octavus est retrò putatus, ut vult Ingulphus. Unde nec anno in illo initium ejus malè positum. Auticus certè erat Ingulphus ille tempore Guilielmi primi Regis seu sub ipso, quo id quod narrat gestum est, tempore, non incelebris. Adeo ut hæc in re fides ei cum primis sit habenda. Quod verò ait ille, in perpetuum Danegeldum remisisse Edvardum Regem, astipulantur etiam Rogerius Hovedenius, & Matthæus Monachus VVestmona-

monasteriensis. Hic, anno, inquit, *gratia* MLI Rex Eadwardus à *vectigali* gravissimo Anglos absolvit, quod pater vivente, Danicis stipendiariis triginta octo millium librarum solvi consuevit.

Quæ itidem leguntur apud Matthæum

¹⁵ Hist. Minor. in Ms. Bibliotheca Cottoniana.

¹⁵ Parisiensem. Hovedenius autem; Rex Eadwardus absolvit Anglos à gravi *vectigali* trigesimo octavo anno ex quo pater suus Rex Ethelredus primitus id Danicis Solidariis solvi mandarat. Alii

tantundem. Eandem rem in anno sequente collocant Annales aliquot Anglo-Saxonici

¹⁶ Ms. in Bibliotheca Cottoniana.

¹⁶ adeoq; annos 39. ab initiis tributi hujus (quod & *Hepezyld* seu *Heregildum* id est *tributum Militare* seu *Navale* appellant) ad illam

Compacti cū Guil. Gisbur-nensis *annalibus*.

Eadwardi Regis abolitionem intercessisse testantur; idem interea cum Ingulpho & Hovedenio, quantum ad initia attinet, asserentes. In anno scilicet MLI,

Alede Eadward cýnꝝ (sic Annales illi) þ Hepezyld þ Ethelred cýnꝝ ær arcalde. þ þær on þam niȝon 7 þrittizohan ȝeare þær þe heht on ȝannon hæfde. id est, *Aboluit Eadwardus*

Rex

*Rex Tributum illud militare seu Herigildum, quod antea indixerat Æskelredus Rex; anno nimirum xxxix à tempore quo incepit. At verò apud autorem Dialogi '7 de Scaccario sub Henrico Rege I I conscripti (eum fuisse Gervasium Tilburiensem vulgo putatur) legitur solum esse quotannis usque ad tempora Guilielmi Regis primi seu Normannorum adventum. Nempè per quatuordecim annos integros, qui abolitionem illam proximè secuti sunt. Nam tamdiu regnavit Edvardus Rex quem excepit Guilielmus ille. Verba auctoris sunt; *Circumadjacentium insularum pradones, irruptione facta, maritima depopulantes, aurum, argentum & quaque pretiosa tollebant. Verùm cùm Rex & indigena bellicis apparatus instructi, in sua gentis defensionem, instarent, illi fugas adgredebantur æquoreas. Inter hos itaque penè præcipua & semper prior ad nocendum erat bellicosa illa & populosa Gens Danorum; qui præter communem raptorum avaritiam acrius instabant, quia aliquid sibi de antiquo jure, in ejusdem regni dominatione, vendicabant, sicut Britonum plenius narrat historia. Ad has igitur**

¹⁷ Ms. penes Camerarios Scaccarii, c. 27. Idè habetur dialogu etiam in Codice Rubro penes Rememoratorem Regis.

igitur arcendos, à Regibus Anglicis statutum, ut de singulis Hidis Regni, jure quodam perpetuo, duo solidi argentei solverentur in usus virorum fortium, qui perlustrantes & jugiter excubantes maritima, impetum hostium reprimerent. Quia igitur principaliter pro Danis institutus est hic redditus, Danegeldum, vel Danegeldus, dicitur, Hic igitur annua lege, sicut dictum est, sub indigenis regibus solvebatur usq; ad tempora Regis VVilielmi primi de gente & genere Normannorum. Sic autor ille, qui tributum hoc nomen, vides, sortitum esse voluit à Danis quos maxime classis eo sustinenda Angliæ finibus arceret. Sed primam nominis rationem, quemadmodum ex supra citatis adducta est, amplectendam esse non dubito; tametsi postmodum etiam simili classi ex eis qui Dani non essent seu Anglis, ad Danos ipsos reprimendos, stipendium solutum ac tributum pendi solitum idem nomen non immerito itidem indueret. De hujus post Normannorum adventum solutione, plura inferius¹⁸. Quod verò dicit heic ille, ex Hida qualibet solidos binos argenteos quotannis præstari ad tributum hoc

¹⁸ Cap.
Lj.

hoc constandum solitos, id alios habet
 autores veteres, Rogerum scilicet Ho-
 vedenum ¹⁹, & Matthæum Parisien-
 sem ²⁰. Adeo ut præstatio ei quæ ex
 Anglosaxonum legibus superius addu-
 citur, apud hosce sit dupla. Apud Mat-
 thæos item Westmonasteriensem &
 Parisiensem annua stipendii hujus Da-
 nici pensio triginta octo millibus libra-
 rum æstimatur, ut ex jam citatis liquet.
 Quod sanè temere nimis ab eis scri-
 ptum est. Nec melius illi quibus tri-
 ginta millibus librarum taxatur illa
 pensio, velut Chronici Melrosensis ²¹
 auctori. Nam qualicumque census ratio-
 ne, pro temporum varietate, tributum
 ipsam Regi penderetur, certissimum
 videtur stipendia classi Danicæ præberi
 solita adeo incerta fuisse, ut nunc am-
 pliora multo, nunc angustiora, pro Na-
 vium & classiariorum numero Tutelæ
 Marinæ idoneo (quod nec aliter eve-
 nire potuisse credendum est) præsta-
 rentur. Id quod etiam exempla apud
 Historicos docent. Florentius in anno
 M X I V Rex Ethelrodus, inquit, classi
 qua apud Grenewic jacuit tributum,
 quod erat 30 millia librarum, pendit man-
 davit; sic item Hovedenius. At Anna-
 les.

¹⁹ Edit.

Londin.

pag. 276

Edit.

Franco-

furt. pag.

482.

²⁰ Hist.

Minore

Ms. in

Biblio-

theca

Cotto-

niana;

in Steph-

ni R. ini-

tius.

²¹ Ms.

ibid.

22 *Ms. in*
Biblio-
theca
Cotto-
niana.

les Abingdoniensis Monasterii, Anglo-
saxonici ²² de eodem anno; *De cýnꝝ*
het ȝyldan þam hefe ȝe on
ȝienapic lætꝝ xxi þuyend
pund. Rex mandavit solvi exercitui
(ita classis illa Anglosaxonice passim
vocatur) *qui Grenovici stationem ha-*
buit 21000 libras. Haud exigua
heic in librarum numero discrimē. Ut-
cunque verò; si de annuo stipendio ca-
piendum sit, minor multo erat hoc an-
no quàm apud monachos illos, qui de
38000 libris loquuntur, æstimatur,
Quadriennio inde elapso, sub Canuto
Rege (qui ipse Danus erat) longe am-
plior pecuniæ vis classi huic sustinendæ
præstabatur. Florentius ille sæpè me-
moratus; *Hoc anno (scilicet M X V I I I)*
de tota Anglia 72 millia, & de Lundo-
nia 1050 librarum exercitus Danorum
sunt persoluta; & cum rege Canuto 40
naves remansere. Cetera verò Dene-
merciam sunt revecta. De quo anno
Hovedenius; *De tota Anglia 72. & de*
Lundonia 410 libra exercitui Dano-
rum sunt persoluta. Et cum rege &c.
De summa discrepant, non de re, ut
nec

nec Annales Anglo-Saxonici, quos me-
 moravimus. Sed certorum stipendio-
 rum rationi quam afferunt Monachi
 quos diximus, satis adversantur hi simul
 omnes. De eodem autem tempore
 Matthæus Parisiensis ²³, & alter ille
 Westmonasteriensis, *Cnuto classem*
Danicam, inquit, *& milites stipen-*
darios (præter 40 scilicet Naves, ut ex
 jam dictis liquet) *remisit ad Natale so-*
lum, datis eisdem ex tota Anglia Octo-
ginta duobus millibus librarum argen-
ti: Item anno secundo Hardecanuti
 Regis, *redditus est consensus exercitui Da-*
norum scilicet 21000 libra & 89 libra,
 quod ait Huntindoniensis. Quæ omnia
 satis, puto, demonstrant tum ex certa
 pensionis annuæ quantitate Danicum
 quod tractamus stipendium non con-
 stituisse, tum ingentem pecuniæ vim
 ad Mare Regibus hujus Angliæ tutan-
 dum (nam quorsum aliàs classis illa per-
 petua, & præstationes tantæ in ejusdem
 commeatus annuæ) quotannis impen-
 di illo in ævo solitam. Sub Henrico au-
 tem II Rege, nomen Danegeldi in
 desuetudinem abiit, Tributis nihilomi-
 nus, ad mare tutandum, aliis nomini-
 bus potissimis pendi solitis; ut infra
 osten-

²³ *Histor.*
Minor.
Ms. in
Biblioth.
Cotto-
niana.

ostenditur. Sed falluntur nimium tam qui à priore Tributi Danis, pacis redimendæ causâ, soluti genere, Danegeldi annui, quod celebrius passim habetur, originem sive cum Joanne Bram-

24 Ms. in
Biblio-
theca
Cotto-
niana.

anno 13.
Ethelredi
Regis, seu
Christi

991. pag.
57.

25 Apud
Jacob.
Thuanũ
Histo-
riar. lib.
95.

26 Ms.
penes
Came-
rarios
Scacca-
rii.

tonio ²⁴ Abbate Jornallensi sive cum quopiam alio è quo ipse exscripserit, trahunt, aliisve ejusmodi, quàm qui ob negatam Danis & Saxonibus navigationis libertatem, bellum ab eis in Britannos susceptam esse volunt ²⁵, ejusque exitum fuisse, ut genti subjugate eo nomine tributum hoc imponeretur. *Clientum autem fiduciariorum Officia* navalibus expeditionibus & Maris tutelæ illo in ævo præstanda habemus in iis quæ capite superiore de Edgardo rege dicta sunt. Jramento obstringebantur ei Reguli insularum circumvicinarum, terrâ & mari servituros ad ejus imperium. Et in Notitiâ illâ Angliæ celeberrimâ *Domesday* ²⁶ dictâ (quæ usitatos sub Anglosaxonibus mores plurimos, præter censum provinciarum, continet; Guilielmi primi tempore conscripta) legitur; *Consuetudo VVarrwici est; si Rex per Mare contra hostes suos ibat, vel IV Bat sueins (clafsiarios seu remiges) vel XV libras dona-*

riorum

riorum ei mittebant. Et de Exonia, quando expeditio ibat per terram aut per mare, serviebat hac civitas, quantum v Hida terra. Barneſtapple, Lydeford, & Totenais serviebant quantum ipsa civitas. Hoc est tantum præstabant hæc tria simul oppida, quantum Exonia sola. Quin, reddebat Glocestria **XXVI** dicras ferri & c virgas ferreas dactiles ad clavos navium Regis. Leicestria item, Si per Mare in hostem ibat Rex, mittebat ei quatuor equos de eodem burgo usque Londoniam ad comportandum arma vel alia quibus opus esset. De Lewes etiam agri Suffexiani oppido primario; Ibi Rex Edwardus (Confessor) habebat **CXXVII** Burgenſes in dominio. Eorum consuetudo erat, si rex ad mare custodiendam sine se mittere suos voluisset, de omnibus hominibus, cujuscunque terra fuisset, colligebant **XX** solidos, & hos habebant qui in Navibus arma custodiebant. Ipfius Maris tutelæ seu Custodias expressissima heic mentio est. Et in Colcestria Effexiani agri oppido insigni, morem illius ævi offendimus reddendi de unaquaque domo per annum **v** denarios, quos reddere potest, ad vicium Soldariorum

rum Regis ad expeditionem terra vel Maris &c. & hoc fit si Rex Soldarios habuerit vel expeditionem fecerit. Hæc omnia in Notitia illa. Atque ejusmodi sunt inibi alia. Quin expeditio per Mare in testimoniis hisce non bellum ad vicinorū continentes subjugandas gerendum, sed planissimè apparatus & profectio militarem ad mare tutandum pacandumque, atque, ut Imperii Britannici partem, retinendum denotavit. Quod ex historiis illius temporis factis elicitur. Nam neque cum vicinis quibuscunque tunc temporis certamen aliud iniisse Anglosaxones Danosve nostros, præter id quod aut de Insulis Britannicis aut de Mari suo institueretur, legimus. Quod etiam est imprimis advertendum.

C A P. XII.

Edgari & Canuti Regum Anglia, aliaque expressissima de dominio eorum decessorumque Marino testimonia; Et de adversalitoris, illo in aro, Gentibus monitum.

VT tandem quadruplicem de illius ævi testimoniis divisionem absolvamus, Edgari & Canuti regum disertitas de dominio suo Marino sententias adjicimus. Quod ad Egdarum attinet; titu-

titulus ei solennis erat, *Ego Edgarus*¹ *Apud totius Albionis Basileus nec non maritimorum seu Insularum Regum circumhabitatum*. Britannici imperii corpus ita sanè facit regna maritima circumquaque omnia, id est, in mari Britannico posita. Quod explicatius reddit, dum Oceani Britannici Regè se expressim appellat in Tabulis, quibus Eclesiam V. Vigorniensem an. DCCCCLXIV. Sic habet ante aunos plurimos typis, quantum ad hunc titulum attinet, eas mandavit. Verba sunt; *Altitonantus Dei largiflua clementia qui est Rex Regum, Ego Edgarus Anglorum Basileus omniumque Regum insularum, Oceanique Britanniam circumjacentis* (sic legebat olim vir sanè doctrinà multijugi, Johannes *Deel* nisi quòd *Britanniani* pro *Britanniam* habet ille; aliis legentibus *Insularum Oceani qua Britanniam circumjacent*) cunctarumque nationum qua infra eam includuntur Imperator & Dominus; gratias ago ipsi Deo omnipotenti

Guil.

Malmebury. de gest. Reg. l. 2. c. 8.

² *Inspeximus in Rot. pat. 1. Ed. 4. part. 6.*

Sic habetur apud *Ioannem Deel* in *Monarch. Britanni.* pag. 58. & 60. & apud *Williel. Purchasium*, in *Peregrinantium.* Anglice editorū, part. 3. l. 3. c. 19. pag. 619.

betur apud *Ioannem Deel* in *Monarch. Britanni.* pag. 58. & 60. & apud *Williel. Purchasium*, in *Peregrinantium.* Anglice editorū, part. 3. l. 3. c. 19. pag. 619.

Deel in *Monarch. Britanni.* pag. 58. & 60. & apud *Williel. Purchasium*, in *Peregrinantium.* Anglice editorū, part. 3. l. 3. c. 19. pag. 619.

Deel in *Monarch. Britanni.* pag. 58. & 60. & apud *Williel. Purchasium*, in *Peregrinantium.* Anglice editorū, part. 3. l. 3. c. 19. pag. 619.

Deel in *Monarch. Britanni.* pag. 58. & 60. & apud *Williel. Purchasium*, in *Peregrinantium.* Anglice editorū, part. 3. l. 3. c. 19. pag. 619.

Deel in *Monarch. Britanni.* pag. 58. & 60. & apud *Williel. Purchasium*, in *Peregrinantium.* Anglice editorū, part. 3. l. 3. c. 19. pag. 619.

Deel in *Monarch. Britanni.* pag. 58. & 60. & apud *Williel. Purchasium*, in *Peregrinantium.* Anglice editorū, part. 3. l. 3. c. 19. pag. 619.

Deel in *Monarch. Britanni.* pag. 58. & 60. & apud *Williel. Purchasium*, in *Peregrinantium.* Anglice editorū, part. 3. l. 3. c. 19. pag. 619.

¹ *Edvardus Cote* in *Prefat. ad Commentariorum Iuris lib. 4.* & *Iacob. Vfferius, Archiepiscopus Armachanus, in Epistolarum Hibernicarum Sylloge, pag. 121. ubi videtur pag. 163.*

potenti Regi meo qui meum imperium sic
 ampliavit & exaltavit super regnum
 patrum meorum; qui licet Monarchiam
 totius Anglia adepti sint à tempore A-
 thelstani (qui primus regnum Anglorum
 & omnes nationes qua Britanniam in-
 colunt, sibi armis subegit) nullus tamen
 illorum ultra ejus fines imperium suum
 dilatare aggressus est. Mihi autem con-
 cessit propitia divinitas cum Anglorum
 imperio omnia regna Insularum Oceani
 cum suis ferocissimis regibus usque Nor-
 vvegiam, maximamque partem Hiber-
 nia cum suâ nobilissimâ civitate Dubli-
 niâ, Anglorum regno subjugare. Quos
 etiam omnes meis imperiis colla subdere
 (Dei favente gratiâ) coëgi. Quod ait pa-
 trum suorum neminem imperium suum
 ultra fines Britannia dilatate esse ag-
 gressum, ita planè intelligendum est ut
 de finibus Septentrionalibus Occiden-
 talibusque Britannici imperii capiatur,
 quod ex Hibernia & Norvvegia men-
 tione satis constat. Adeò ut plures,
 quàm Britannia nomen complectere-
 tur, jam insulas, seu insulas Oceani il-
 lius, cum ipso Oceano, subjugatas ipse
 haberet omnes. Canutus autem Rex
 suæ ditionis esse Oceanum Britanni-
 cum

cum verbis expressissimis item est testatus. Is in litore Southamtoniensi [†], ad æstum maris, sediliposito discumbens, ut etiam Reges ipsos homines esse assentatoribus manifestaret; Mari estuanti ad hunc modum imperasse fertur. *Tu mea ditionis es, & Terra in qua sedeo mea est. Nec fuit qui impunè meo resisteret imperio. Impero igitur tibi ne in terram meam ascendas, nec vestes; nec mēbra dominatoris tui madefacere præsumas. Mare verò* (quod ajunt Huntingdoniensis & Florilegus, qui hæc narant) *de more conscendens, pedes Regis & crura sine reverentia madefecit. Unde Rex resiliens neminem Regis nomine dignum esse pronuntiavit præter eum anicum, cujus nutum tam Mare quàm terra observaret. Neque postea auream coronam induere voluit, sed imagini Servatoris cruci affixæ cōsecravit. Ipsum se interea Maris Dominatorem, æquè ac Insulæ, esse palàm est heic professus. Huc sanè spectant Scriptorum aliorum testimonia aliquot, quæ, utcunque Anglosaxonum imperio recentiora, à viris nihilominus historiæ Anglicanæ receptissimarumque de dominio maris Anglicano sententiarum callentissimis,*

⁴ Guil.
Camden.
in Brit.
pag. 189

⁵ Henric.
Huntingdoniens.
lib. 6. &
Florilegus.
anno
1035.

utpote à majoribus edoctis, posteritati relinquuntur. Habetur apud Galfredum Chaucerum, non celeberrimum tantùm Poetam sed etiam virum sanè, pro seculo quo vixit, doctrina omnigena refertissimũ, Fabula in itinere quod fingit versus Cantuariam à Jurisconsulto suo narrata, quam ad Allæ Regis Northumbrorum çvum spectare voluit. Regnavit ille annos xxx. Cæpit autem anno salutis ° DLIX. Fingitur ibi, Constantiam Imperatoris, nescio cujus, Romani filiam Syriæ Regi nuptam, nave in mare propugnaculo cuidã litoris Northumbrii vicinum devectam esse atq; in arena hæsisse. Christianam eam fuisse, eoque nomine extorrem, atq; à propugnaculi regio præfecto captam. Inter describendum autem Constantiæ infortunium, Christianismum ait (quod verum est) nondum fuisse territorio in illo ullibi receptum, sed Septentrionales illas plagas tam per Mare quàm per terram à paganis devictas tunc esse atque occupatas. Verba ejus quæ idem sonant, sunt;

In all that lond dursten non Chri-
sten rout;

All Christen folk been fled from the
Countrè Through

*6 Floren-
tius Wi-
gorniensis
ann. 559.*

Through Paynims that conquerd
all about

The plagues of Northumberland
by land and See.

Mare vicinum æque ac Tellurem victo-
ribus hujus insulæ cessisse, appositè di-
xit, receptissimæ ea de re apud majores
sententiæ non nescius. Floruit ante an-
nos ccxxx, sub Richardi secundi tempo-
ra. Nec minuitur autoritas hæc, ex eo
quòd cetera sunt ibi fabulosa. Scimus
enim ex fabulis Heliodori, Achillis Ta-
tii, Theodori Prodromi, Eustathii, ejus-
modi aliis sive Eroticis sive generis qua-
liscunque, ritus, mores ac receptas sen-
tentias tum hominum apud quos agi
singuntur, tum seculorum quibus tri-
buuntur, non inutiliter subinde obser-
vari. Joannes item Hardingus qui hi-
storiam de rebus Anglicis metricè sub
Edvardo IV. rege conscripsit, ubi prin-
cipes memorat qui fidei juramenta, ut
clientes beneficiarii, Canuto Regi præ-
stitissent, adjicit 7;

So did the Kings of Wales of hie ^{7 G. 117.}
parage

And all the Northwest Occian
For their Kingdomes and for their
landes than;

P 3 id est,

id est, *idem fecere tunc Cambro-Britannia Reges nobilissimi, uti etiam totius Oceani sub Cauro positi, nomine regnorum & territoriorum suorum.* Oceani illius Regum Rex itaque erat Canutus, quod satis & ipse testatur ubi ditionis suae Mare fuisse in superius adductis expressim affirmat. Et de Oceani Britannici à regibus tum Anglosaxonicis tum Danicis (præter ipsos Britannos, postquam Romanorum exuerant imperium) occupati testimoniis, hactenus. Quin eodem ferme usus hocce fuisse consilio videtur, in firmando tutandoque tam Oceani quàm Insulæ imperio, quod Germani veteres (quorum pars & Saxones & Dani) in civitatibus suis mediterraneis tuendis adhibere soliti. Apud eos enim *maxima laus erat* (quod scribit Cæsar³) *latissimas circum se vastatis finibus solitudines habere, hoc propriam virtutis existimantes, expulsos agris finitimos cedere nec quenquam prope se audere consistere; simul hoc se fore tutiores arbitratos, repentina incursionis timore sublato.* Ita sanè iis, qui in Britannia rerum sunt tunc potiti, visum est latissima circumambientis Oceani spatia sua reddere, circumnavigando aliosque arcendo.

³ De bello Gallico lib. 6.

arcendo, veluti ab Insulæ sive Muro sive Pomœrio. Neque civitates illæ Germanorum domini magis erant circumjacentium, in quibus nihil præter solitudines agrorum; quàm Britanniarum reges Oceani cognominis. Ceterum ut de Scotis & Pictis sub Romanorum tempora superius, ita heic etiam de ipsis iterum Norvvegis, Normannis, (hi duo iudem sæpe sunt) aliis Septentrionalibus populis moriendum est; insulas nimirum Britannicas in Occiduo & Septentrionali Oceano positas à Scotis Pictisque adeò fuisse interdum occupatas, uti etiam à Norvvegis, atque id genus aliis, qui Mare Boreale infestum haberent insulasq; interjectas invaderent, ut non dubitandum fuerit hos etiam pro vario terrestri suo imperio marinum simul (velut litorum qualibet cunque Britannicorum appendicem) dominium esse hoc temporis intervallo adeptos. Autor incertus: de anno DCCCXLVI, Scoti à Normannis per annos plurimos tributarii efficiuntur, insulis circumquaque positis, nullo resistente, potiti immorantes. Et de nauticis in Mari nostro rebus Normannorum, alia occurrunt apud Reginonem Abbatem, Aimoinum &

*In gestis
Norman-
norum
pag. 2. vi-
de Ai-
moinum
de Gestis
Francorū
lib. 4. cap.
90. &
100. de
Normā-
nis.*

Scriptores, de ævo illo, alios. Sed interea pro comperto satis est, ut per variantes rerum illo in seculo status ipsum Insulæ imperium in incerto sæpius positum est, ita etiam & Imperium Marinum pari aut simili modo affectatum esse, turbatum, inuasum, receptum, defensum, velut id quod Insulæ imperium dominiumque nunquam non sequebatur. Scimus autem in historiis Francorum subinde quædam de eorum potentia navali hoc in seculo occurrere, quæ & collegit Popelinerius ¹⁰. Sed in istis nihil habetur quod dominiis seu Imperii Marini vestigium seu specimen exhibeat. Pauca sanè sunt ea; & quæ sunt, aut ad tutanda, adversus Normannos ac Danos per Mare nostrum tum circumcurstantes, fluminum ¹¹ ostia, aut ad Frisonum ¹² eisq; vicinorum aliquot subjugationem tantum ferè attinent. Quò etiam tantum spectabunt nonnulla, quæ infra de Francorum Admiralibus dicemus.

¹⁰ l'Amiral de France, chap. 6. & 7.

¹¹ *Aimoin. Monach. lib. 5. c. 7.*

& Eginhart. in vita Caroli M.

¹² *Appendix Gregorii Turonensis cap. 109.*

CAP.

*Testimonia de Marino Regum Anglia dominio,
post Normannorum adventum, per
Capita generatim indicantur.*

DE Marino Britannorum dominio
cis Normannorum in Angliam ad-
ventum (eò enim indaginis ordo de-
duxit) proximè dispicimus. Et primò
de Oceani Anglicani, seu ejus quod
Angliam. & litora portusve vicinorum
adversos interluit Dominio agemus.
Cum autem dominium omne justâ
Possessione sive Occupatione ejusque
Continuatione inprimis subniti in con-
fesso sit, nec Possessionem adipiscamur
sive per se Animo, sive per se Corpore ¹ *L. 3. ff.*
(ut rectissimè Paulus ¹ olim) sed tum *tit. de ac-*
Corpore tum Animo, & utroque ea *quir. vel*
optimè retineatur; unde in Civilem seu *amitt.*
quæ jure est ², & Naturalem seu Corpo- *possessione.*
ralem distribuitur; dominiumque illud ² *Hugo*
ut insigniter firmetur necesse fit à Vic- *Donellus*
norum, quorum maximè interest, per *de Jure*
multa secula Adstipulatione & libenti *Civili lib.*
atque publicâ Confessione seu Reco- *5. Cujac.*
gnitione: Primò tam de Corporali seu *Observat.*
Naturali Maris hujus Possessione, quàm *lib. 9. cap.*
de eâ quæ Civilis seu Jure est atq; ani- *37. l. 10.*
mo retinetur, amplissima simul, de tem- *C. tit. de*
acquir.
Possess. &
retinenda

pore quod Normannorum adventum sequitur, testimonia exhibebimus. Dein verò ejusmodi dominium Regum Angliæ Marinum etiam ab Exteris seu Vicinis gentibus quarum maximè interest, recognitum esse ostendemus. Quoniam verò quæ de Anglicano Mari generatim ita dicemus, ad Australe & Orientale, seu quod Gallias & Germaniam pulsans Angliæ litoribus præten ditur, potissimum attinebunt; ideo, tam de Occiduo Angliæ, quàm de eo, quod Scoticum est & Borealius, seorsim post eà differetur. Quod ad Maris hujus Anglicani tam Corporalem, quàm eam quæ ex Animo est, Possessionem in illo, quod jam tractamus, temporis inter vallo, perpetuam, indeque natum & re rentum non dissimile dominium spe ctat; Ejusce sunt insignia seu Testimo nia luculentissima, quæ, Methodi causâ, in Capita octo tribuimus. Horum est

I. *Custodia, Præfectura, seu Admi rallatus* Maris Anglicani, ceu *Territoriis* sive *Provincia* Regiæ.

II. *Dominium Insularum* littori Gallicano præjacentium.

III. *Impetrata Exteris transseundi* per hoc Mare *venia*.

IV. *Li-*

IV. *Libertas piscandi in eo Exteris vicinisque indulta, & tutela Piscatoribus præstita.*

V. *Leges & Termini Exteris, qui invicem hostes, Anglo utrique amici, per hoc Mare mutuò deprædarentur, præstituri.*

VI. *Tabula in sacris Scriniis publica, quibus dominium hujusmodi obiter, idque tum à Rege ipso tum ab ordinibus Angliæ Parliamentariis, velut aliud agentibus, ut res certissima, disertè asseritur.*

VII. *Iuris patrii Commentaria moresque receptissimi, quibus sive asseritur sive admittitur ejusmodi dominium.*

IX. *Veterum aliquot nota minoris Testimonia.*

Domestica quidem fermè sunt omnia hac in distributione comprehensa testimonia; sed adeò publica & tam certæ spectatæque fidei, ut, quod Possessionem tum quæ Animo est seu Civilem, tum quæ Corpore seu Naturalem luculentius comprobet, id quidem vix possit fingi. Ut intuenti cuivis facile patebit. Maximè, si ipsis exterarum Gentium, quarum inprimis intererat, sententiam seu Recognitionem, quæ itidem mox subji-

348 MARE CLAVSVM.
subjicitur, adjungat. Sed de his sigil-
latim.

C A P. XIV.

*Reges Anglia, post Normannorum adven-
tum, Marii circumstui dominos perpetuò fuisse;
primò ex ejus veluti Provinciæ seu Territorii,
custodiâ seu præfecturâ, id est, jure Ad-
mirallatus Anglicani singu-
lari, probatur.*

QUOD ad Custodiam seu præfectu-
ram Maris hujus attinet; Tria sunt
de eâ maximè advertenda. *Nuda Cu-
stodia Maris & Custodum seu Admi-
rallorum in Tabulis publicis & Histo-
riis Mentio & Natura; Tributa & ve-
tigalia ad Custodiam ejusmodi sive in-
dicta, sive pendi solita, seu postulata;
Et demùm Custodia hujus & Admiral-
latus Anglicani seu præfecturæ Marine
diplomatum tenor & varietas.* Custo-
diæ seu præfecturæ ad tutandum Mare
institutæ mentio est; post Normanno-
rum adventum, frequens. Recolantur
heic quæ superius ex Notitia Angliæ
Doomesday dicta, de Custodia hujus-
modi adnotantur. Et Henricus Rex pri-
mus, inquit Florentius VVigorniensis²,
*Butsecarlus suis præcepit mare custodire
& observare nequis de partibus Nor-
manniæ*

¹ Cap. 11.
hujus lib.

² Anno
1101.

mannia fines adiret Anglia. Totidem ferè verbis Rogerus Hovedenius, excepto quòd in impressis malè legitur *Buzsecarlis*, pro, *Butsecarlis*. *Butsecarlis* seu *Butescarles* sunt Ministri Nautici seu classarii ut *Hufsecarlis* ministri domestici seu aulici, linguâ Anglorum veteri. Mære autem custodire heic, Mare ipsum classe, non regionem maritimam (ut interdum, sed raro) copiis terrestribus tueri denotasse manifestum est ex Huntindoniensi, apud quem liquet hos ipsos, qui Mare ita custodirent, missos etiam fuisse à Rege ut navate bellum adversus Robertum Normanniæ Comitem in Angliam trajecturura gererent. Interciderunt autem tabulæ publicæ in quas referri solebant codicilli Regii quibus ejusmodi præfectura mandari solebat per totum tempus quod Normannorum adventum & Ioannem Regem intervenit. At verò ex iis, qui ad sequentia secula etiam in præsens attingent, aperte constat Reges Angliæ Præfectos constituere solitos, qui Mare Anglicanum custodirent seu ejus Custodes essent sive Præfecti, non aliter ac Provinciæ cujuscunque terrestris. Primò autem Mari, *Maritima* & *Marina* (idque ubi

¹ Rot. ubi his vocibus non regio solùm mari-
 pat. 6. Io- tima, sed ipse etiam Oceanus Britanni-
 hannis R. cus planè continetur; quod non semper
 memb. 8. fieri fatemur) præficiabantur ³ qui tue-
 vide rot. rentur & custodirent, nomine Custo-
 pat. 8. dum (ut interdum) navium, frequentius
 Hen. 3. verò Maritimæ seu Marinæ, sensu jam
 part. 1. dicto. Et sub Henrico tertio nuncupa-
 m. 3. & 4 tur Thomas de Moleton ⁴ *Capitaneus*
 class. 9. & *Custos Maris*, & præficitur ipse ad
 Henr. 3. *Custodiam Maris & partium mariti-*
 memb. 15 *marum* litoris Orientalis. Sub eodem
 pat. 9. etiam cives Quinque portuum *custo-*
 Hen. 3. *diebant costeram* ⁵ *Anglia & Mare*. Sic
 part. 2. Hugo de Crequeur *Custos* erat *Quin-*
 m. 9. *que* ⁶ *portuum & Maris in partibus il-*
⁴ Rot. *lis*. Postea Custodum nomen sæpiùs in
 pat. 48. Admirallorum transit. Edvardus pri-
 Hen. 3. mus *navigium ad custodiendũ Mare in*
 part. 1. *tres classes distinxit, tres præponēs ei Ad-*
 memb. 3. *mirallios; videlicet, Gernemuthensibus*
⁵ Rot. pat. & *cæteris illius partis navibus, Iohan-*
 27. Hen. *nem de Botetort; Portesmuthensibus*
 3. part. 1. *VVillielmum de Lenburn; Occidenta-*
 memb. 3. *libus verò navibus & Hibernicis, mili-*
 in dorso. *tem quendam de Hiberniã oriundum;*
⁶ Rot. quæ verba sunt Thomæ VValsingha-
 pat. 19. mii ⁷. Sed & Johannes ille de Butetort
 Hen. 3. *Custos Maritimæ nominatur, in sacris*
 memb. 14. *illius*
 7 22. Ed.
 1. seu an-
 no 1295.

Illius temporis Scriniis⁷, ut etiam alii.⁸ Rot.
 Edvardo dein secundo regnante, tres *pat. 23.*
Admiralli trium plagarum Anglia, Ed. 1.
videlicet (sic V Valsinghamius⁹) domi- m. 5.
nus Iohannes Sturuius / dominus Nico- 9 18 Ed.
laus Ruziel / & dominus Iohannes de 2. *sen, an.*
Felton custodiam Maris habebant. Et 1326. &
 primaria Comitiorum Parlamento- vide Rot.
 rû ratio, anno Regis Edvardi tertii de- *pat. 19.*
 cimo quarto, est, *De treter sur la garde* Ed. 2.
de la pees de la terre, & de la marche part. 1.
d'Escoce, & de la mer, quod legimus in mem. 12.
 tabulis publicis¹⁰; id est, *ut tractaretur* & 20.
de Custodia Pacis Terra, & limitis Sco- Ed. 2.
tici, & Maris. Non alia habebatur tute- mem. 22.
 læ Maris quàm Telluris seu terrestris pro- 20 Rot.
 vinciaz ratio. Unicum ex hisce constare Parlame.
 innuebant, regni scilicet Angliæ corpus. 14. Ed. 3.
 Eiusmodi alia expressim occurrunt art. 2.
 in tabulis eiusdem regis¹¹ Parliamentariis, 11 Rot.:
 seu in consultationibus Ordinum Regni Parlame.
 ea super re subinde ita habitis, ut, dum 13. Ed. 3.
de la sausegard de la terre seu de Custo- part. 1.
dia seu tutela Telluris five Insulæ, & de art. 6, 9,
la sausegard de la Mere seu de Custodia & 11. &
Maris consilium pariter ineunt, tam Rot. Par-
 Hujus dominium quam Illius ad Re- lame. 20.
 gem suam pertinere, à majoribus edo- Ed. 3. ar-
 cti, manifestò testari videantur. Non tic. 21.
 enim

enim de classe solùm agunt, qua hostibus per mare resisteretur, sed de ipso Mari tuendo æque ac de tutela Insulæ, adeoque de Jure in utroque Regis avito defendendo. Sub Richardo Rege II, Hugo Calverlee *factus est Admiralus maris* (sic VValsinghamius ¹²) & dominus Thomas Percy *associatus est ei ad observandum semitas maris per unum annum*. Sub eodem etiam Rege & Henricis, qui sequuntur, quarto & quinto, *de Custodia Maris* agitur in Comitibus ¹³ Parliamentariis. Richardo item Comiti Saresburiensi, Johanni Salopiensi, Joanni VVigornienti, Jacobo VViltonienti præter Baronē Sturtonium, sub Henrico Rege VI, *Custodia maris* ¹⁴ mandata est cum classe numerosâ, & postea Johanni Duci ¹⁵ Exoniensi. Et frequentes erant illo in ævo literæ Regiæ, *Protectiones* verbo forensi dici solitæ, quibus indulgebatur litium vacatio eis qui maris Tutelæ hujusmodi incumberent; seu *super salvâ custodiâ & defensione* ¹⁶ *Maris morarentur*, ut verborum erat formula quæ in Archivis sæpe occurrit. Etiam in editis factionibus ejusdem Regis Parliamentariis ¹⁷ mentio fit *salva Custodia Maris*, seu

12 2. Rich

2.

13 Rot.

parlam.

2. Rich.

2. part. 2.

art. 39.

& 7.

Rich. 2.

memb. 9.

art. 13.

& 14. &

7. Hen. 4.

art. 18. &

19. & 8.

Henr. 5.

art. 6.

14 Rot.

parl. 33.

Hen. 6.

artic. 27.

15 Rot.

Francia

38. Hen.

6. m. 4.

16 Rot.

Francia

32. Hen.

6. m. 4.

& 6. & c.

17 Stat.

20. Hen.

6. cap. 1.

seu de la sauvegard de la mier, ut reitum notissimæ, tum cui non aliter ac provinciae cujuscunque præfecturæ in more erat Anglis prospicere. Quin legem rogat Plebs anno Regis ejusdem xx^o; quâ lectissima classis Maristutelaræ præficeretur, eò quòd *It is thought fit be all the commens of this Land that it is necessary the See be kept*, id est, *Necessarium visum est toti plebi Anglicana, ut Mare custodiretur*. Quàm plurima sunt ejusmodi alia. Quin ubi inter appositissimos elegantissimosq; complurium hominum generum characteres Anglicè conscriptos, Mercatorem sui ævi Anglicanum describit Galfredus Chaucerus (floruit ille sub Richardo secundo rege, vir rerum patriarum scientissimus) id inprimis cupivisse eum ait, ut mare custodiretur, seu tutela qua haberetur pacatum neutiquam careret. Quod ideò sane dixit, ut totum Mercatorum nostratiam illius ævi sic depingeret genus; utpote cui solenne erat de Commerciiis ante alia sollicitum esse, adeoque de Mari ipso, quod tutum eis iter navale non præberet, nisi reges Angliæ, pro more & jure suo, illud veluti

1^o Rot.
parl. 20.
Hen. 6.
artic. 29.

veluti provinciam, scilicet ejusdem domini, tutarentur. Chauceri verba sunt;

*His reasons spake he full solemnely
Shewing alway the encrease of
his winning;*

*He would the See were kept for
any thing*

*Betwixe Middleboroug and Or-
vvell.*

id est; *Rationes suas gravissimè elocutus
lucris sui incrementa semper aperuit.
Marsi autem tutelam ante omnia pra-
stari volebat inter Middleburgum & O-
revvellam. Orvvella portus est in ma-
ritimis Suffolcię. Middleburgum in Ze-
landiis. Integrum Oceanum, qui inter-
fluit Britanniam & Zelandias, tutan-
dum voluere Mercatores Angli, id so-
lenni effato optare soliti; utpote quod
ipsum uti & tutela eorum Anglię re-
gum erat. Nam de transmarinorum
Principū heic Tutela extra portus suos
ac sinuosos forte, inter insulas quas sive
Germanię sive Gallię Belgię conter-
minas possidebant, flexus, anteriorum
seculorum testimonia nihil omnino,
quantum scimus, suppeditant. In secu-
lis itidem sequentibus frequens est Cu-
stodię hujusmodi seu tutelę Maris ejus-
demque*

demq; præfecturæ mentio, ut ampliùs patebit ubi de Tributis & Diplomatum Admirallorum tenore & varietate inferriùs agimus. Jam verò observandum est & Nomen & Naturam hujus Custodiæ non solùm ex ejusdem vocabuli usu in Jure tum Cæsareo ²⁰ tum Pontificio ²¹, quo diligentem rei, cujus is dominus est qui sive Custodi commodat sive eum præficit, curam denotat, verùm etiam ex obvio ejusdem vocabuli, aliis in præfecturis, apud Anglos usu optimè dignosci. Nam constituti sunt olim, idque quando Custodum Maris nomen erat usitatius, *Custodes portuum* (quemadmodum hodiè que) *Custodes Comitatus* (qui ipsi sunt provinciarum præfecti, Vicecomites dicti, & solenni verborum formulâ *custodiam comitatus* sibi habent mandatam) *Custodes Marchiarum* seu limitum, *Custodes Arcium* seu Castrorum, Vivariorum, ædium, ejusmodi aliorum. Etiam & Hiberniæ prorex *Custos Hiberniæ*, & dignitas ejus *Hiberniæ custodia* stilo solenni, Johannis ²² & Henrici tertii ²³ Regum maximè èvo, nuncupabatur. Quemadmodum & Johannes Bedfordiæ & Humfredus Glocestriæ Duces, quibus vicissim

²⁰ L. 5. ff. tit. Comodati. §. 5. & 8.

²¹ Extr. tit. de Officio Custodis Ecclesie.

²² Rot. Cart. 2. Iohan. R. in dorf. &

rot. pat. 17. Iohannis.

²³ Rot. pat. 3. Hen. 3. memb. 4. & c.

24 Thom.
Wal-
ingham.
an. 1420.
&c.
25 Rot.
parl. 8.
Hen. 5.
&c.
26 Rot.
pat. 8.
Hen. 7.
part. 1.
27 Rot.
pat. 3.
Hen. 3. in
Junio;
Philippo
de Al-
biniaco,
&c.

sim regimen Angliæ, Henrico Rege quinto in Galliis absente, permittebatur, *Custodes Angliæ* vocitabantur, quod tum in historiis ²⁴ tum in tabulis publicis ²⁵ sæpissimè occurrit. Sic Arthurus Princeps Valliæ, *Custos Angliæ* ²⁶ constitutus est, Henrico Rege septimo ex Angliæ profecto. Sic Petrus Gavestonius *Custos Angliæ* erat, Edvardo secundo Rege in Galliis agente. Sic alii. Et præfecti insularum Cæsareæ, Sarniæ (Zarsey & Garnesen) & adjacētium in hoc Mari *Custodes* itidem seculis vetustioribus ²⁷ tantùm dicti, quemadmodum nunc *Gubernatores, Custodes & Capitanei*. Quod cùm ita sit, quomodo fieri potest, ut non eâdem notione vocabuli Custodis & Custodiæ majores nostros usos esse existimemus in Custodis & Custodiæ Maris nomine, quâ in Custodiâ Insulæ & cæteris jam dictis dignitatibus uti solebant? Scilicet in hisce omnibus dominium imperiumque singulare præficientis apertissimè ita signatur includiturque, adeò ut non magis autoritas in personam quæ præficiatur, quàm rei custodiendæ dominium nomine hoc planè innuatur. Nec prætermittendum est, seculis priscis antequam

quam summorum Admirallorum Angliæ autoritas à Regibus nostris satis stabilita esset & ita distincta ut Maris præfectura ad eos tantummodò attineret ; ipsos Provinciarum præfectos seu Custodes, quos Comitatum Vicecomites appellamus, ex ipso Vicecomitatûs officio etiam Custodiam aliquam contermini provinciis suis Maris, velut regni Angliæ partis, habuisse. Quod sanè (ut alia mittam) inde satis probatur, quia tunc non rarò ipsi, qui, ex jure patrio ac ordinario, Regia in locis sibi tantum commendatis custoditisque exequi mandata, ut nunc, solebant, etiam in ipso Mari, non aliter ac in provincia quacunque mandantis terrestri, idem præstabant. Nimirum naves & classes Regias à portu alio ad alium, per Mare ut per provinciæ commendatæ territorium, ex jussu Regio ordinario nec qui alio jure ab eo quod custodiæ Comitatus seu Provinciæ erat subniteretur, sæpenumerò deducebant. Quod seculis quidem ceterioribus inauditum est. Sed rem se ita habuisse sub Henrico tertio & Edvardo I Regibus, docent eorum tabulæ ²¹ publicæ. Postea verò omnimoda

²⁸ Rot.
claus. 7.
Hen. 3.
dors. 6.
 14. *Hen.*
 3. *memb.*
 22. &
 17. *in*
dors.
claus.
 17. *Hen.*
 3. *memb.*
 7. *in dors.*
Rot. pat.
 24. *Ed. 1.*
mem. 17.
 & *claus.*
 25. *Ed. 1.*
mem. 12.
in dorso
 & c.

moda maris Custodia, quæ extraordinaria non est, summis Admirallis Angliæ iisque solis eorûmve legatis à Regibus nostris permiffa, jure nunc certissimo ad eos pertinet. Sed ubi quis Custodiæ præficitur, in ipsâ Præfecturâ, Regis, qui præficit, possessio ac dominium continetur. Quod etiam, ad ipsam quam tractamus rem, verbis expressissimis Libelli, à plurimis gentibus vicinis, cognitoribus sub Edvardo nostro I & Philippo Pulchro Galliarum Rege exhibiti atque inferiùs ²⁹ adducti, comprobatur.

²⁹ Cap.
27. &
28.

C A P. XV.

Maris Anglicani dominium ex Tributis seu Vectigalibus ad ejusce Custodiam, seu Tutelam, post Normannorum adventum, indici, pendì, postulari solitis, firmatur.

DE Tributis seu Vectigalibus ad Maris Anglicani Custodiam indictis, pendì solitis, postulatis, testimonia sunt amplissima, vetustissima, omnisque ævis Normannorum tempora. Atque ea quæ de Custodiâ Maris jam dicta sunt, haud parùm firmant. Tributum, Anglosaxonum tempore, Custodiæ Maris indictum quod *Danegeldum* vocabant

² Cap. II. (de cujus initio ac usu superiùs ¹ dictum est)

est) etiam sub Normannicis regibus olim pendi subindè solitum esse liquet. Post verba ibi ex prisco Dialogo de Scaccario, de ejusdem ante Normanni adventum præstatione, adducta, statim sequitur in eodem Dialogo, *Ipsa namque regnante* (scilicet Gulielmo primo) *tam Dani quam ceteri Terra Marisque pradones hostiles cohibebant incursum, scientes verum esse quod scriptum est, Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet. Noverant enim quod acerrima virtutis homines impunitas non ferrent injurias. Cum igitur diu solvisset terra sub ejusdem Regis imperio, noluit hoc ut annuum solvi quod fuerat urgente necessitate bellica tempestatis exactum. Nec tamen omnino propter inopinatos casus dimitti. Raro ergo temporibus ejus vel successorum ipsius solutum est; hoc est cum ab exteris gentibus bella vel opinionibus bellorum insurgebant. Atque inter priscos Anglorum leges² docemur, Gulielmo Rufo à Baronibus auxilium requirente, ad Normanniam requirendam & retinendam de Roberto suo fratre cognomine Cortehose Ierusalem proficiscente, concessum esse ei (non lege sancitum*

² Apud Rogerum Hovedenium in Annal. part. 2. pag. 344. edit. Londin. & 603. in edit. Fræcofurt. & apud G. Lambard. in Archæonomia pag. 128.

citum neque firmatum) Danegeldum; scilicet ex unaquaque Hidz quatuor solidos, qui marinæ tuendæ provinciz impenderentur. Nam ex sui natura ac origine id postulabat Danegeldum. Etiam in Stephani Regis tempora pendi solitum expressim testatur Rogerus

³ *Annal.* Hovedenius ³. De promissis ejus tempore coronationis suæ agens ille, *Tertio*, inquit, *vovit quod Denegeldum, id est, duos solidos ad hidam, quos antecessores sui accipere solebant singulis annis, in aeternum condonaret.* Adstipulatur item præter Matthæum Parisiensem,

⁴ *M S. in Biblioth. Cottoniana.* Rogerus VVendoverius ⁴, è quo Matthæi Annales editi usque in annum decimum nonū Henrici tertii, seu Christi MCCXXXV omninò desumpti sunt. *Tertio vovit*, sic illi de Stephano Rege, *quod Danegeld, id est de qualibet yda terra duos solidos, quos antecessores ejus consueverant accipere in aeternum annis singulis, condonaret.* Ita nempe legitur in codicibus Matthæi hujus manuscriptis ⁵; unde corrigendi sunt editi qui habent tantum *tertio vovit quod antecessores ejus accipere consueverant, in aeternum annis singulis condonaret.*

⁵ *In Bibliotheca Cottoniana.* Subjicitur autem apud Hovedenium;

Hac

*Hac principaliter Deo vovit & alia, sed nihil horum tenuit: quod itidem testantur Parisiensis & VVendoverius. Igitur sub VVillielmo primo, secundo, & Henrico primo Regibus, etiam & Stephano, Tributum hoc Maris custodiæ solvi solebat. Et sanè in proventus sacroratiociniis sub Henrico I I, subinde solum fuisse reperitur. Quod postquam defuit, alia ad eandem rem ratio frequentissime iniri & pro moribus patris usurpari est solita, ne stipendia & commeatus tuendæ regni Angliæ provinciæ Marinæ omnino deessent. Eâ de re occurrit in actis forensibus Edvardi I Regis *Terrarum* ⁶ ad custodiam ⁶ M. 25. *Mariæ agistatarum* mentio; id est pensionem seu tributo onustarum. Scimus quidem etiam ad copiarum in litore terrestrium stipendia & commeatus, sub id tempus, nomine Maris itidem corrogari. Sed tam copiis navalibus Mare ipsum, quàm litus terrestribus tunc custoditum fuisse certum est, adeoque aut ad ipsum Mare, aut ad tam litus quàm Mare pensionem illam attinisse. Et in publicis Regni comitiis subsidaria pecunia à plebe poscitur ⁷ Rot. *pour* ⁷ la salvation du royaume & de eux ⁷ Parl. 13. Ed. 3. *mes-* art. 6.*

Q

mesmes & auxint de la Meer, de la
 march d'Escoce, de Gascoigne & des
 Isles; id est, ad custodiam Regni, sui,
 Maris, limitis Scotici, Vasconia, & In-
 sularum. Pari æstimatur jure Mare e-
 jusque custodia & dominium cum eo
 quod erat Regni, Limitanei agri, ac In-
 sularum. Id genus sunt alia non pauca.
 Sed imprimis heic est observandum,
 quod in tabulis Parlamentariis Richar-
 di secundi Regis occurrit de vectigali
 cuilibet Navi per Admirallatum Sep-
 trentrialem, id est in Mari quod O-
 rientali litori Angliæ à Thamesis ostio
 in Boream prætenditur, transeunti, ad
 Maris custodiæ seu Tutelæ stipendia &
 commeatus imposito. Nec navibus so-
 lum Anglicanorum sive Mercatorum
 sive Piscatorum, sed etiam jure non o-
 mnino dispari quorumcunque extero-
 rum, non aliter ac si ob itineris, actus,
 seu viæ, per agrum, libertatem vectigal
 dominus quis irrogaret. Pro doliorum,
 quibus mensurabatur navis quæcunque
 transeunt, quolibet, sex denarii pen-
 dendi erant. Exceptis solummodò na-
 vibus sive à Flandriâ merces Londinum
 sive aliunde intra Admirallatum illum
 lanam & pelles Calcum portantibus.

Si

Si Halecum piscaturam navis exerceret, hebdomadatim sex denarios pro quolibet dolio solvebat. Si aliorum piscium, tantundem singulis tribus septimanis præstandum erat; uti ab iis, quæ lithanthracas à Novo Castro huc portarent, singulis tribus mensibus. Si verò in Prussiam, Norvegiam, Scandiam, aut regiones aliquas adjacètes transfiret navis, pro ponderis & mensuræ mercium ratione vectigal solvebat singulare. Atque à nolentibus, vi non injusta, hæc exigere licuit. Scilicet exigendæ autoritas mandata est iis, qui sex Navibus armatis ad hujusmodi tutelâ præficiabantur. Sed rem totam ex autographo^o, eodem quo conscriptum est⁸ Rot. Parlam. 2. Rich. 2. part. 2. art. 39. in SCHEDULE.

idiomate, id est illius ævi Normannico, fideliter exhibemus.

*C'est l'ordinance & grante, per lad-
vis des Marchaunds de Londres &
des autres Marchaunds vers la
North, per l'assent de tout les Com-
munes de Parliament, par devant le
Comte de Northumberland & le
Maire de Londres, pur la garde &
tuicion du mier & costers del Admi-
ralsé*

ralté de North ove deux Niefs, deux Bargis, & deux ballingers armez & arraies pur la guerre sur les coutstags que s'ensuient.

Premierement, pur prendre de chescun Nief & Craier, de quel portage q'il soit, qe passe per la mier dedeinz la dicte Admiralité alant & retournant pur le voyage, de chescun tonnetight vi^d. horspris Niefs charges ove marchandises en Flandres qe seront frettez & dischargetz à Londres, & niefs charges ove leynes & peaulx à Londres ou ailleurs dedeins la dicte Admiralité que seront dischargetz à Caleis; les queux niefs les Gardeins de la dicte mier ne seront tenus de les conduire sans estre allovez.

Item, de prendre de chescun vesseau pessoner qe pessent sur la mier du dite Admiralité entour barang, de quelle portage qu'il soit, au un semain, de chescun tonnetight vi^d.

Item,

Item, de prendre des autres niefs & vesseaux peffoners que peffont entour autres peffons sur la mier dedeinz la dicte Admiralte, de quele portage q'il soit, en trois semaignes de chescun tonnetight v i d.

Item, de prendre de tous autres niefs & vesseaux passanz par mier dedeinz la dicte Admiralte chargez ove Charbons au Novel Chastiel seur Tyne, de quel portage q'il soit, en le quarter de un an, de chescun tonnetight v i d.

Item, de prendre de tous autres niefs, Craiers & vesseaux, passanz per mier dedeinz la dicte Admiralte, chargez ove biens de Marchanz queconques en Espreux, ou en Nortvvhay ou en Scone, ou en ascune lieu en mesme les parties de pardela, pur le voyage alant & retornant, de chescun last squar ou lastas graves v i d.

Sic tabulæ publicæ Parliamentariæ,

Q 3

quæ

quæ illo in ævo ferè omnes hoc idiomate concipiuntur. Non appellationes ad litora, velut ex litoris duntaxat jure, vectigalibus heic (ut plerunque alibi) sunt onusti; sed ipsi transeuntes, præternavigantes, piscantes tam exteri quam subditi. Quemadmodum etiam voluerit sub Henrico V ordines Angliæ in legis Rogatione quam ex sacris scriniis inferius⁹ integram exhibemus. Voluerit scilicet, utpote juris ea de re vetusti regique domini scientissimi. Neque expressius quid dici potest, unde Regem Angliæ ipsius Maris dominum esse asseratur. Pensiones enim territoriales & servitutes indicere planè loci domini est. Quin, sub Henrico Rege VI, Villielmus *de la Poole* Dux Suffolciensis imprimis acçusatus est in Comitibus¹⁰ quòd subsidia pecuniaria ad Maris tutelam indicta præstitaq; aliorum interverterat. Verba sonant Anglicè, *For the defense and tuncion and saufe keeping of the Sea*, ut in sacris scriniis legitur. Postulantur etiam, in ejusdem Regis anni xxxii comitiis¹¹, quadragies mille libræ *For the Defense and saufeguard of the See*, seu *In defensionem & Custodiam seu tutelam salvam*

⁹ Cap. 23.

¹⁰ Rot.
Parlam.
28. Hen.
6. art. 38.

¹¹ Rot.
Parlam.
32. Hen.
6. artic.
30. &
41.

salvum Maris; Quod itidem sacris in
scriniis legitur. Sed quid eis hic utimur?

In Sanctionibus ¹² Parliamentariis, quæ
typis editæ passim prostant, sæpius oc-
currit, ut Regni Ordinum in Comitibus
ore dictum, Reges Angliæ à tempore
omnem memoriam excedente, auto-
ritate Parliamentariâ accepisse pecuniar-
um magnam nomine subsidii seu ve-
ctigalis mercium sive importatarum si-
ve exportatarum, *For the defense of
the Realme and the keeping and the
safeguard of the Seas/for the entree
course of marchandise safely to come
into and to passe out of the same.*
(quæ solennis est verborum formula;)
id est, *ad tuendum regnum & eius con-
servanda & custodienda Maris, ne mer-
catorum sive aduentium sive exeu-
suum commercia omnino impediuntur.*
Scilicet verba hæc pars sunt anteloquii
quod præfigi solet Legis rogationi quâ
etiam vectigal seu Portorium illud no-
tissimum à Dolio & Librà (quæ ejus-
mensuræ sunt) denominatum, indici est
solicum, *For the keeping and sure des-
fending of the Seas against all per-
sons intending or that shall intend
the disturbance of us your said com-*

¹² Stat.

1. Ed-
vuar. 6.

1. Maria
Regina,

1. Eliza-
betha,

1. Iacobus
Regis.

Q. 4.

mons.

mons in the intercourse and the invading of this your Realme, id est, *ad custodienda & tutò defendenda Maria adversus omnes illos qui conantur seu fuerint conati sive commercia populis vestri impedire sive regnum hoc vestrum invadere.* Adeò ut per hæc Maria, commerciorum arbiter & dominus ita semper fuerit habitus Rex Angliæ, ut injussu ejus jure impediri ea nequirent. Quod sanè domini, de quo differimus, insigne est manifestum. Et Regni, id est, insulæ (nam interdum insula sola, interdum simul & Mare, ut infra ostenditur, eo nomine continetur) & Maris tutelam, ut eorum quæ non dispari possidentur jure, conjunctam heic etiam vides. Tributum seu vectigal, quale jam diximus ad Maris tutelam indici solitum atque integra solennis ejusdem indictionis formula, in parliamentariis Edvardi sexti Regis sanctionibus editis aliisque sequentibus habetur. Ex sacris autem scriniis, etiam & retrò putatos ab Edvardo hoc Reges quorum etiamnum tabulæ publicæ exsant, eodem seu simili, pro vario seculorum more, gavisos esse sic certissimum.

CAR.

CAP. XVI.

*Ex Codicillorum Regionum seu Diplomat-
tum, quibus præfici soliti Admiralli, tenore
& varietate, de Maris Anglicani & Hi-
bernici dominio Observations.*

Solennis diplomatum formula, quâ
præfici solet Admirallus Angliæ sum-
mus in Maris tutelam, ad hunc modum
se habet hodie, uti & per quampluri-
mos se habuit annos anteriores.

*Damus & concedimus N. Officium
magni Admiralli nostri Angliæ, Hi-
berniæ, Valliæ, ac Dominiorum &
Insularum eorundum (quod inter-
dum heic, uti etiam in sequen-
tibus, ubi iterantur hæc verba
in diplomate, legitur earundem;
plane indiscriminatim) villa no-
stræ Calesiæ & Marchiarum nostra-
rum ejusdem, Normanniæ, Gasconiæ,
& Aquitaniæ; ac ipsum N. Admi-
rallum nostrum Angliæ, Hiberniæ, &
Valliæ, ac dominiorum & Insula-
rum nostrarum earundem, villa no-
stræ Calesiæ & Marchiarum nostra-*

Q S rum

370 MARE CLAVSVM.
rum ejusdem, Normannia, Gasconia, & Aquitania, nec non Praefectum generalem Classium & Marium dictorum regnorum nostrorum Angliae & Hiberniae dominiorum, & insularum nostrarum earundem fecimus, constituimus, & ordinavimus ac per praesentes facimus, constituimus & ordinamus. Et ulterius sciatis quod Nos de gratia nostra speciali ac ex certa scientia &c. damus & concedimus eidem N. Magno Admirallo nostro Angliae ac Praefecto classium & Marium nostrorum praedictorum, omnes & omnimodas jurisdictiones, autoritates, libertates, officia, feoda, proficua, vadia, emolumenta, vvrecca Maris, ejecta, regarda, advantagia, commoditates, praheminencias & privilegia quaecunque eidem officio Magni Admiralli nostri Angliae & Hiberniae ac aliorum locorum & dominiorum praedictorum qualitercunque spectantia & pertinentia.

Et

Et dein sequuntur in codicillis regis alia quàm plurima præfecturam illam & jurisdictionem amplissimam explicantia. Seculis anterioribus, ut supra est ostensum, *Custodes Maris* præfecti hujusmodi vocitabantur, qui postea, sub Edvardi I tempora, *Admirallorum* nomen induere cœperunt. Horum autem Præfecturæ plagarum limitibus coërceri solebant. Adeò ut tribus, Occidentali, Australi, Boreali, singulis singuli interdum, plerunque verò Occidentali & Boreali plagis singuli, præficerentur. Rarò utrisque unicus; antequam Admiralli Angliæ, Hiberniæ, & Aquitaniæ nomen in diplomata venit, qua de re statim. Quemadmodùm verò Custos Maris ab ipso Mari, cui ut Provinciæ præfectus est, denominabatur; ita Admirallus (vocabulam, cujus etymon in incerto nimiùm est; Sed non in Occidente solùm verùm etiam in Orientali Imperio *Ἀμυράλιος* seu *Amiralus* pro *Classis præfecto* antiquitus usurpatur) aut à Classe quâ provinciam suam Maris defendebat, (ut olim) aut à Tellure, quam sive alluit sive quacum conjuncta est ea provincia, ut in codicillorum formulâ recentiori, nomen

Digni-

^r *Georgius Codinus, de Officiis Constantinopolit. cap. 2.*

Dignitatis sumfit. Unde ab Edvvardi primi tempore usq; ad Henricum quartum per annos circiter c l formulâ solenni creati sunt Admiralli *flota* (id est, *classis*) *navium nostrarum versus partes Boreales, seu versus partes Occidentales, seu Australes, aut (ut interdum) plagæ simul utriusque.* Nam Australis & Occidentalis plaga eandem, ut res ipsa fert, denotabat. Scilicet ab ostio Thamesis plagæ hinc inde porrectæ. Quemadmodum autem Dignitas Comitum & Magistrum equitum Occidentis, Magistrum equitum per Gallias, Magistrum militum per Orientem, Militum per Thracias, id genus alia in officiis Augustalibus non minùs in provinciis imperium præficientis, qui antea provinciarum dominus erat, denotabant, quàm si Comes & Magister Occidentis, Magister per Gallias, per Orientem, per Thracias dicti fuissent: ita manifestum est Admirallos Classium (quibus Mare perinde, ac copias terrestribus tellus possidetur, retinetur) non minùs in Mari imperium ac dominium civilemque possessionem præficientium (qui antea Maris domini) designabat, quàm si Maris ipsius Custodes, Præfecti, Admiralli

miralli fuissent in Codicillis nuncupati. Et qui utriusque plagæ, seu totius classis Anglicanæ Admiralli ita constituti fuere, generali nomine interdum *Admiralli Angliæ supra Mare* dicebantur², antequàm ea verborum formula in codicillos Præfecturæ regios est recepta. Et hujusmodi Admirallorum classium series habetur apud V.C. Henricum Spelmannum in Glossario, ubi & cæteri sequuntur. Mutatio autem talis evenit formulæ codicillorum sub Henrico quarto Rege, ut non solum Classium sed Angliæ & Hiberniæ (cujus *flota navium*, id est, classi Mari Hibernico tuendæ, interdum Admirallus summus singularis, ut Thomas *Peren* Comes VVigorniensis, præerat) etiam & Aquitanæ & Picardiæ Admirallus disertis verbis simul unicus constitueretur. Quemadmodum Thomas Beaufortius (qui & Dux, sub Henrico quinto, Exoniensis) anno Henrici IV decimo tertio⁴, postquam diplomati quo classium præfectus antè factus fuerat, renunciasset. Atq; is primus erat (quantum scimus) qui hac creatus est formulâ. Sed formulâ in proximâ omissum est Picardiæ nomen. Nimirum Johan-

² *Rot. Pat. 10. Rich. 2. part. 2. membr. 19. & 11. Ricb. 2. part. 2. m. 12. ubi Richardus Comes Arundellie sic nuncupatur in Protektionis Revocatione.*
³ *Rot. Pat. 21. Rich. 2. part. 2. m. 15.*
⁴ *Ms. Formulariæ de Rebus Maritimis in Bibliotheca Cottoniana. 3. Maii, 13. Hen. 4.*

nes Dux Bedfordiæ *Admirallus Anglia, Hibernia, & Aquitania* diploma te constituitur^s, anno Henrici VI quarto, seu Christi MCDXXVI. Ea formula duravit circa annos LXXXVII seu per regna Henrici VI, Edvardi IV, Ricardi III, Henrici VII & priores tres annos Henrici Octavi. Et per id tempus decem Admiralli alii, plerunque perpetui, Angliæ, Hiberniæ, & Aquitaniæ itidem constituti; quorum postremus est Johannes Comes Oxoniæ, qui eâ formulâ^o anno Henrici octavi primo præficitur. Eiusdem autem Regis anno quarto seu Christi MDXIII alia secuta est mutatio, seu nominum accessio. Tunc Edvardus Howard Eques auratus, Thomæ Comitis Surriæ, postea Ducis Norfolciæ, filius, constituitur *Admirallus Angliæ, Walliæ, Hibernia, Normannia, Vasconia, & Aquitania*. Quibus verbis, in diploma te Guillelmi Fitzwilliams (qui etiam Comes erat Southamptoniæ) anno Henrici Regis octavi vigesimo octavo Admiralli constituti, adjicitur *Galesiæ & marchiarum eiusdem*. Toto inde Henrici octavi tempore ea obtinuit codicillorum formula, adjectis (ut antiquitus)

5 Rot.
Pat. 4.
Hen. 6.
part. 2.
memb. 11.
26. Julii.

6 Rot.
Pat. 1.
Hen. 8.
part. 1.

7 Rot.
Pat. 4.
Hen. 8.
part. 2.
15. Augusti.

8 Rot.
Pat. 28.
Hen. 8.
part. 2.
16. Augusti.

quitus) de Jurisdictione clausulis. Sub
 initis autem Edvardi Sexti, Thomas
 Baro de S. Mauro (vulgo Seymour)
 de Sudesey, Edvardi Ducis Somers-
 setiæ frater, fit Admirallus in eodem ferè
 verbis quibus Guilielmus ille Comes
 Southamtoniæ, intersero, post *Calo-*
sia nomen, *Bolonia & Marchiarum*
earundē. Hunc secutus est Joannes Co-
 mes VVarvici, qui creatur ab Edvard-
 do sexto, anno ejus tertio¹⁰, *Admi-*
rallus noster Anglia, Hibernia, Vallia,
Calosia & Bolonia & marchiarum no-
strarum earundem, Normannia, Gasco-
nia & Aquitania, nec non præfectus ge-
neralis Classium & Marium nostro-
rum; atque in eodem etiam diplomate
 nuncupatur postea *Magnus Admiral-*
lus noster Anglia & præfectus Classium
& marium nostrorum. Postmodum au-
 tem, Boloniæ nomine prætermisso,
 proximus Admirallus Angliæ summus
 eadem ipsâ verborum formulâ creatus
 est quæ in capitis initio superius addu-
 citur. Scilicet eadem¹¹ constituitur Ad-
 mirallus Guilielmus Baro Howard de
 Effingham Thomæ Ducis Norfolciæ
 filius, initis Mariæ Reginae, seu anno
 MDLIII. Et præfectura ipsorum Ma-
 rium,

⁹ Rot.
 Pat. 1.
 Ed. 6.
 part. 6.
 17. Fe-
 bruarii,
 membran.

¹⁰ Rot.
 Pat. 3.
 Ed. 5.
 part. 2.
 28. No-
 vembrii.

¹¹ Rot.
 Pat. 1.
 Maria
 Regina
 part. 5.
 20. Mar-
 tii, mens.
 3.

rium, veluti primaria Dignitatis provincia, signantiùs, ut vides, quàm in diplomate Comitis VVarvici, exprimitur. Exinde retenta est perpetuò eadem ipsissima formula; veluti in diplomate Admirallatus summi Edvvardi Baronis Clintonii (postea Comitis Lincolnia) sub Philippo & Maria ¹² Regibus, Caroli Baronis Effinghamia, postea Nottinghamia Comitis, sub Elizabethâ ¹³, Caroli Ducis Eboraci (qui nunc serenissimus Rex noster) sub Jacobo ¹⁴ Rege, præter Georgium Ducem Buckinghamia, qui totidem verbis eadem præfecturâ sub Jacobo ¹⁵ & Carolo regibus gavilus est. Adeò ut per annos amplius LXXX aut circiter (id est ab initiis Mariae Reginae) formula integra superiùs in capitis initio ostensa semper expressim obtinuerit in Admirallatus Angliae summi diplomatis, quâ sive Regiones sive Maria sive eorundem dominium denotant. Eâ autem Admiralus dicitur *Præfectus generalis classium & Marium nostrorum*. (quemadmodum disertè etiam sub Edvvardo sexto generatim itidem constituitur Joannes Comes VVarvicensis) seu *Marium nostrorum prædictorum*. At verò quænam illa

12 Rot.
Pat. 4. &
5. Philip.
& Maria part.
1. Feb. 10.
13 Rot.
Pat. 27.
Elizabetha R.
part. 10.
8. Julii.
14 Rot.
Pat. 9. Jacobi Regis part.
9. Januarii 27.
15 Rot.
Pat. 16.
Jacobi Regis part. 17.

illa Maria seu *maria predicta*? Verbis expressissimis, in præcedentibus, vocantur illa *Maria dictorum regnorum nostrorum Anglia & Hibernia, domini- niorum & insularum nostrarum earundem*. Id est planè *Mer d'Engleterre & Ireland & Gales*, seu *mare Anglie, Hibernia & Vallia*; quemadmodum in Legibus nostris ¹⁶ interdum etiam ^{16 Stat. 20. Hen. 6. cap. 11. 17 2. Ed. 3. fol. 9. sen 36. a. pl. 6.} designantur *Maria Imperii Anglicani*, quæ apud Jurisconsultos nostros ¹⁷ etiam nominantur subinde *les quatre miers d'Engleterre*, seu *quatuor Maria Anglia* ad mundi plagas scilicet disper- tita. Adeò ut in receptissimâ, post Ma- riæ Reginæ initia, præfecturæ hujus formulâ (è qua diplomatum anteriorum item interpretatio & sensus est eli- ciendus) possessionem continuam seu Dominium Regis Angliæ Marinum per quamplurimos annos disertis verbis indicatum habeamus. Et quod de inter- pretatione seu sensu anteriorum diplo- matum, in quibus expressa Mariæ præ- fectura deest, ex hisce quæ Mariæ Re- ginæ initia secuta sunt eliciendo jam diximus, id sanè (ut rem ipsam, quæ ex natura sui tantundem satis postulat, omittam) haud parùm confirmatur ex

eo quod etiam is, qui proximè antequam expressa *Marium nostrorū* mentio in Admirallatus summi diplomatum formula locū haberet, in eandem dignitatem euectus est, integro officii sui nomine, paulò postquam est creatus (utpote nomine eodem quod Admirallorum Angliæ reverà perpetuum erat) designetur *Magnus Admirallus Angliæ & præfectus generalis classis & Marium nostrorum*. Ita scilicet nuncupatur Thomas Baro de S. Mauro (quem antè memoravimus) Admirallus Angliæ in Edvardi sexti codicillis ei de commercii Stapulæ datis.

18 Rot.
pat. 1.
Ed. 6.
part. 6.
memb. 5.
39. Aug.
gust.

C A P. XVII.

Satis expressis in Admiralli Angliæ summi præfectura codicillorum formulâ verbis, à vetusto ad nostrum aeo, Mare cujus tutela, ab Angliæ Rego ut domino, præficitur, Aquitanico, Normannico, Picardico litore ad Austrum perpetuò terminari.

IN Formulâ autem superiùs ostensâ, quæ per tot annos obtinuit, Maria videtur tantummodò regnorum nostrorum *Angliæ & Hiberniæ, dominiorum, & Insularum nostrarum earundem*, velut provinciam, cujus tutelæ præficitur Admirallus, memorari id est (ut diximus)

Mare

Mare Anglicanum, Hibernicum, & Vallicum, quod ipsum totum Britannici nomine venit, ut sub libri hujus initio monitum est. Adjecta tamen esse & *Normannia, Gasconia & Aquitania* nomina præter Calesiam, quæ adversi litoris provinciæ sunt. Quod ad has heic attinet; aut spectandæ sunt perinde ac si ipsas suâ semper ditione, à prima earum in codicillis mentione, tenuisset Anglus, aut quâ ante secula aliquot jam in illius ditione esse desiêre. Detur verò primò eos perpetuò mansisse in Angli ditione possessionéque. Certè utcunque in provinciis illis tribunalia maritima, ex Codicillorum hæc formulâ, habere tunc potuisset Angliæ Admirallus (ut nullibi ferè non habentur Tribunalia maritima; etiam ubi ne obtenditur quidem Maris aliquod dominium ad locum, in quo habentur, attinere) attamen Maris ipsius (modò portus & quæ ejusmodi sunt æquoris angustias, veluti prædiis incorporatas, excipias) sive quâ Normannici dicatur juris, sive quâ Aquitanici, Vasconici seu Picardici, præfectus inde dici nullo modo potuisset ipse. Sed in provinciis illis transmarinis jurisdictionem ex hac formula tunc exer-

exercuisset maritimam non aliter ferè
 ac hodiè Admirallus noster in Angliâ &
 Hiberniâ, seu alii similes, in personas &
 res Maris Africani, Mediterranei, Indici,
 seu cuiusvis procul distiti. Nam inter-
 minata sunt Iurisdictionis ejusmodi ma-
 ritimæ spatia. Tutelæ verò, seu Maris,
 cui præficitur Admirallus & Custos, Tu-
 tor, seu præses ad defendendum & sub-
 ditione præficientis qui dominus est re-
 tinendum, spatia terminata sunt. Atque
 ex diu usitatæ codicillorum formulæ
 verbis disertis satis liquet, nullum ma-
 re præter illud quod aut Anglicanum,
 Vallicum, seu Hibernicum est, aut ad
 Angliam, Valliam & Hiberniam vel-
 ut appendix spectat, ut provinciam tu-
 tandam in iis contineri. Unde sequitur,
 aduersorum litorum illa nomina mare
 interluens in codicillis nō omnino de-
 signare ut proprium litoribus illis seu
 quoquo jure ad illa attinens, sed limitis
 transmarini duntaxat vicem (quantum
 ad Maris Anglicani & Hibernici attinet)
 obtinere; uti etiam Cismarini limitis
 obtinent ipsa simul Angliæ, Valliæ, &
 Hiberniæ nomina, quæ mare ab Admi-
 rallo tutandum in codicillis denotant.
 Adeò etiam ut, quemadmodum Comes
litoris

litoris Saxonici per Britanniam signanter & dignitatis suæ nomine totius interfluentis Gallias & Britannias Maris, ut provincie singularis, præfectus erat (quod superius ostenditur). & adversi ^{Cap. 6.} litoris nomen pro tutelæ limite habuit; ^{hujus libri} ita Admirallus Angliæ summus seu Maris, ad imperium Anglicanum attinentis, præfectus, Normanicum, Vasconicum, Aquitanicum, Picardicum litus ad limites tutelæ seu præfecturæ suæ (quatenus provinciam Marinam Anglicanæ juris habet tutandam) transmarinos tantum in adversis illis, litoribus denotandos, in Regiis codicillis forniatur. Nam si aliter se habere res dicatur, quam obrem non constituitur tam Maris ab adversorum horum litorum aliquo denominati præfectus, quam Anglicani, Hibernici & Vallici, seu *Marium regnorum Angliæ, Hibernia, & Vallia, dominiarum & insularum earundem*. Ratio est, quia Mare aliud, quàm civiliter illud consideratur (nam de Geographorū denominatione heic non loquimur) inter territoria in codicillis memorata est marina transmarinaque diffluit nullum. Ut igitur in Romana illa dignitate *Comitis litoris Saxonici per Britanniam* litus

litus Dignitatis limes erat transmarinus, ita etiam in Admirali Anglię summi præfectura (quæ provinciam tantum fortitur Marinam, ut præficientis territorium) litora illa adversa seu provincie, quæ codicillis nominantur, transmarinæ Maris tutandi limites censendi sunt. Id quod ex codicillorum verbis jam animadvertis satis probatur dum admittimus (ut hætenus ratiocinandi causâ) adversas illas provincias suâ, toto tempore quo in usu fuit illa formula, ditione tenuisse, instar Romanorum olim, Reges Angliæ. Sed illud fit manifestius, dum observamus ita à Marię Reginæ saltem tempore, retenta in Præfecturæ hujus formula esse provinciarum illarum nomina, ut nec locus omnino post eam relinquatur illorum alicui, aliud præter id, quod diximus, in codicillis significandi. Scilicet eâ regnante Calesia Gallis dedita est. Nec tempore sequente ullam in adverso circumquaque litore provinciam tenuit Anglus. Quia verò Henrici sexti anno xxxi. seu Christi mccccliii. deturbati sunt Vasconia, Aquitania, aliisque Galliarum provinciis Angli, sub Carolo Francorum Rege VII. Neq; post Henricum

ricum hunc Magistratus aliquis seu Prefectus insignior ab Anglo sive in Normannia sive in Aquitania ipsa constitutus est aut commodè potuit constitui; Nec in Normanniâ quidem sive post sive diu ante Aquitaniam amissam. Verum quidem est in Picardiâ Comitatum Guisnensem, Calesiam, & alia aliquot diu post mansisse in ditione Regum Angliæ, præter vicina in eodem agro oppida aliquot ab Henrico octavo armis parata; etiam & aliqua tantulum Aquitanie², annis aliquot post Henricum sextum, Regi Angliæ sabindo, sed incertò, paruisse. Sed non omnino Ducatum. Nec contrâ facit, interdum sub principibus nostris aliquot ævi recentioris, *Ducem generalem seu Gubernatorem omnium subditorum nostrorum in Normannia* constitui; quo nomine, sub Elizabetha Regina³, tum Ambrosius Comes VVarvici tum Adrianus Poiningus insignitur. Etenim hi plane copia- rum, quæ illuc trajectæ Galliarum Regi subvenirent, imperatores fuere, nec omnino in Ducatus Normanniæ præfecturam aliquam creabantur. At verò, etiam post Henricum sextum perpetuò retentum est, in Codicillis Præfecturæ

² Rot.
Vascon.
6. & 7.
Ed. 4.
&c. in
Capella
Rotulo-
rum.

³ Rot.
Pat. 4.
Elizabetha R.
part. 1. in
dorso.

cturæ Maritimæ seu Admirallatus Angliæ summi, Aquitaniz nomen. Nempe per annos CLXXX, aut circiter, à tempore quo pulsæ sunt Aquitaniâ Angli; ut ex superiore liquet capite. Huic demum adjectum est, ut ibi etiam ostendimus, Normanniæ nomen sub initiis Henrici octavi. Cùm tamen nec diu antea, nec omnino post, Normanniam ipsam infederit Anglus; nec aliam, præter Calestiz & territorii Guisnensis & Hammesensis in Picardiâ possessione, in federe paulò ante cum Galliarum Rege inito⁺, ipse sibi asseruerit. Ita & hæc per annos CXXI. etiam in Codicillis præfecturæ maritimæ seu Admirallatus Angliæ summi jam duravit, nullâ sanè ipsius Ducatus præfecturæ habitâ ratione, sed litoris tantùm quod Mare domino tutandum, in Galliarum plagam, terminaret. Nam tametsi Aquitania quidem primò Angliæ & Hiberniæ nominibus in Codicillis illis, dum Anglus Aquitaniz Ducatum possidebat, accessit, nihilominùs non solùm perpetuò, etiam post Angli deturbationem, ad nostra usque tempora, itidem ea ita in Codicillorum formulâ remansit, sed & Normannia (quæ nunquam antea

4 Rot.
 Francia
 2. Hen. 8.

anteà in Admirallatus Angliæ codicillis nominata fuit) adjuncta est, idque seculis aliquot postquam ipse Ducatus Angliæ est omnino ereptus. Unde aut Maris tutandi limitis vicem obtinent hæc nomina, aut nihil omnino ea in codicillis tot annis denotasse, nullà cum ratione ut dicamus necesse est. Nam & à Mariæ Reginæ exitu usque ad nostra tempora, seu per annos LXXVII, adversi hitoris illa nomina retenta videmus in præfecturæ codicillis, dum nihil omnino in Francia ab Anglo possessum est; quemadmodum etiam Normanniam multò antiquius adjectam, sed diu postquam eam possidere defierat Anglus. Nec ob Angli ad Franciæ regnū jus, inserta hæc nomina temerè reputet quisquam. Nimirum totius Franciæ Reges se stylo solenni, ex avito jure, inscribunt Reges Angliæ. Et Ducatus Aquitaniz & Normanniæ ceteræq; provinciæ Galliarum in codicillis hisce memoratæ, illo regni nomine, ut minus in majori, comprehenduntur. Ceterum si inde causa extitisset, certè Franciæ nomen fuisset Admirallo nostro adjiciendū; etiam & alii regni illius magistratus ab Anglo iade deturbato pariter cōstituendi. Cu-

R

jus

jus rei ne vestigium quidem ullibi ex-
 rat. Atque observandum est, quamprimum ab Admirallorum Angliæ Præfeturæ denominatione, quæ fiebat ex classibus & plagis quibus præerant, ad eam quæ fit ex regnorum & provinciarum nominibus in codicillis conficiendis transitum est, Aquitaniam adjectam esse; ut scilicet tam ulterior quàm citior Maris limes litoribus designaretur. Eadem ratione Normanniæ nomine postmodum accedente, & cum Calefiâ ejusque confinio atq; Aquitaniâ etiamnum retento. At verò dum seculis codicillorum formulâ, qua regna & provinciæ (ut supra ostensum est) expressim nominantur, anterioribus tum Normanniam tum Aquitaniam aliasque in Galliis regiones occupabât Angliæ Reges, non alii reperiuntur Admiralli seu Maritimæ provinciæ præfecti ab eis constituti præter illos quibus Classes & plagæ, modo jam antè indicato, mandabantur. Scilicet tunc temporis eis, quæ classibus Anglicanis plagisque ita præficiiebantur, totum Britannias nostras & adversas provincias Mare interluens, & qualiumcunq; Regum Angliæ territoriorum classes ita, ex singulari in æquore
Anglican

Anglicani regni jure, subjacebant, ut
 aliis ejusmodi præfectis nec locus esset,
 nec eorum aliquis usus. Quod similiter
 dicendum est de temporibus quo Re-
 ges aliquot Angliæ etiam ipsum Fran-
 ciæ regnum possidebant; veluti Eduar-
 dus tertius, Henricus quintus & sextus.
 Nec nuda conjectura est; alios eos non
 præfecisse Mari clauibusque præter il-
 los quibus ex Anglicani tantum jure re-
 gni mandata est potestas (ex jure nimi-
 rum quod totum Mare interluens com-
 plectebatur) sed satis etiam probatur il-
 lud ex eo quod perpetuas illorum secu-
 lorum habemus tabulas publicas de
 Officiis in Francia provinciisque illis
 transmarinis à Regibus nostris consti-
 tutis, quorum in amplissimo numero
 ne vestigium contrarium mihi occurrit. Et
 si quæratur heic, unde nam Britannia
 Aremoricæ litus (quod itidem Britan-
 niæ nostris adversum est & cum Picar-
 dico, Normannico, & Aquitanico certè
 satis complet totum quod Mari Angli-
 cano & Hibernico in Franciæ regno
 obtenditur) omissum est; certè si ea
 quam memoravimus ratio locum ha-
 buerit, vix est ut dubitemus id inde eve-
 nisse, quia Britanniam Aremoricam An-

*5 Rotuli
 Francia,
 Norman-
 nia, Vas-
 conia, In
 Archivo
 arcis
 Londi-
 nensis,
 Regum
 fere sin-
 gulorum
 annis di-
 stincti.*

glus non ita unquam possedit, ut eâ de-
 turbatus de finibus territorii adjacentis
 marini sollicitior esset. Territoriorum
 confinium domini diversi (quales Ang-
 glus & Princeps Aremoricus olim; Nam
 suos habuit Aremorica Reges & Duces
 ante Carolum VIII Regem, sub quo,
 anno Christi MCCCXCI, regio Galli-
 cano conjuncta est) fines ita plerumque
 distinctos tuerentur, ut aperte sint omni-
 bus notiores; cum tamen ejusmodi ter-
 ritoriorum idem dominus (qualis An-
 glus dum sive Normanniam sive Aquit-
 taniam aliâve in Gallis; provinciam
 maritimam cum Angliâ occupabat) al-
 terutro deturbatus, id imprimis prospici-
 cere debeat, ne præterita possessionis
 cõfusio futuræ finium distinctioni fru-
 di fiet. Ne igitur provinciis illis mariti-
 mis, diu ab Anglo olim possessis & post-
 eâ ereptis, obtendi potuisset etiam &
 Mare alluens seu confine simul cum
 provinciis ereptum esse, cum ob præ-
 teritam possessionis in eodem domino
 confusionem cunctis forte non satis con-
 staret de finibus Maris Anglicani in li-
 tore adverso; ut dictum est, positus; ideo
 ad fines illos designandos retentum est
 in Præfecturæ codicillis primò Aquita-
 niz

niz amissæ nomen, dein adjectum etiam Normanniz. Et postea utrunque cum Calosiz & confinii nomine, pro litore Picardice, ob eandem rationem usque in nostra tempora perpetuo duravit. Qualis sanè ratio ad Aremoricam attingere nequibat; uti neque ad Flandriam, neque ad alia in Oriente adversa litora. Quæ tamen omnia, non dissimili ratione, territorium Angliz Marimum terminant. Etiam firmabunt hæcæus observata, quæ de Admiralli officio penes Gallos statim subiciemus.

CAP. XVIII

De Admirallis Regni Gallicani, seu in adverso litore constitutis; eorum origine, naturâ, varietate. Mare ipsum Britannias & Gallias interficiens, ut præficientis territorium seu provinciam, eâ in præfecturâ minime contineri, nec quid in eâ haberi quod Regni Angliæ dominio Marino relinquatur.

ADverso Galliarum litore Admirallos etiam à Rege Galliarum constitutos nemo nescit. Et quemadmodum in Galliâ Narbonensi Admirallus præficitur qui rebus maritimis ibi præsit, ita etiam in adverso nobis litore singula sunt ministeria Admiralli Aquita-

niz, Britanniz Aremoricę, & Norman-
 niz regionumque vicinarum. Latine
 autem Jurisconsultis Gallicis nuperis
 Admirallus apud eos dici solet *Præfe-
 ctus Maris*, ac si etiam Præficiendi Ma-
 re subjaceret; cum tamen, si res rite
 perpendatur, præfectura illa Maris quo-
 modocunque dicta, non præficiendi
 aliquod dominium (ut apud Anglos) in
 ceteriori aliquo mari (nam de Massa-
 liensi, quod huc non pertinet, minime
 loquimur) sed tantummodo copiarum
 navalium in Mari quocunque & opera-
 rum regimen & jurisdictionem in per-
 sonas & res mobiles, quæ sub judice ve-
 niant *pour raison ou occasion* (quod ipsi
 ajunt) *de fait de la mer*, id est, *ob cau-
 sam aliquam à re maritimâ ortam*, tan-
 tum designat. Quod ut aperte intel-
 ligatur, est alius reperendum. Seculis
 in vetustioribus apud Gallos fuere qui-
 dem Admiralli seu rerum maritimarum
 præfecti. Ita tamen ut eorum Scripto-
 res de dignitatis initis hæc parum dif-
 crepent. Id plerunque ajunt; reperiri
 sub Carolo Magno *Rotlandum Maris
 Britannici* (Aremoricani) *præfectum*,
 quem ex Eginharto vitæ Caroli Scri-
 ptore contemporaneo petunt. Sed in
 Egin-

¹ *Arrest.*
ann.

1377.
sub Caro-
lo 5. E-
dict.

Franc.
tom. 3.
tit. 2.

² *Chop-*
pin. de
Domanio

Francia
lib. 1. tit.
15. §. 11.

Pasquier
en les
Recer-

ches liv.
2. cap. 14.

I. Tilius
de Rebus
Gallicis
lib. 2.
alii

Eginharro non *Mari Britannici*, sed tantum *Britannici litoris præfectus* expressè is nuncupatur, ut superiore in libro ³ monuimus. Quo nomine non ³Cap. 18. qui mari, ut provincie, præest, sed qui litori ut dignitatis limiti, designatur. Id est, quales fuere *Comites ad custodiendam maritimam* ⁴ deputati illo in ævo, ⁴ Capitular. Caroli & Ludovici RR. lib. qui hostium incursionibus è Mari resisterent. Etiam & *Custodiam* hanc seu litorum Tutelam sub Regibus Carolinis paulò post Caroli Magni tempora ⁵ desertam esse scribit Autor Anonymus. ⁵ In Goff. Chronici Monasterij Besuensis. Seculis ⁵ Normanorum pag. 22. verò infrequentibus, diviso velut minutatim in plures ditiones Galliarum regno, id quod hoc nomen, seu regni Francie diu retinuit, ita angustius coactum est, ut Narbonensem provinciam Comites sui juris, Aquitaniam seu Occiduum quod Australius est litus cù Normanniâ Angli, Britanniam Armoricam sive Reges sive Duces ejusdem & Flandriam Comites sui possiderent. Adeò ut dum ita omnis ora maritima præter Picardiam à regno illo diducta manserit, Mare satis exiguum esset quod ei prætendebatur. Etiam & copie navales, quarum (antequam dif-

fusior accessit regno Gallicano regio maritima) usus erat maximus in belli sacri societate, satis exigua. Neq; Præfectus alius Admiralli nomine tunc constitui ibi solitus est, quàm qui pro re natâ classi & rei per mare bellicæ (etiam plerumque à maritimo aliquo populo, velut Liguribus aliisve ejusmodi mutuo acceptus) præesset. Reges verò ipsos nullum tunc in Mare imperium habuisse disertè scribit Johannes Tilius, Curia Parisiensis actuarius. Verba

De Rebus Gallicis lib. 2.
Adde Laurent. Boehell. in Thesaur. In-ru Gall. can. part. 1. pag. 90.

appono; *Ex quo regnum Gallia partitionibus minusum, & Reges in ditiones angustiores contracti sunt, eò quòd potentes Vasalli feuda summo cura imperio (si fidem exceperis) obtinebant (Rex enim Anglia tenebat Ducatus Normannia & Aquitania, Britannia suus Dux erat, & Flandria, Tolosa, Provincia Comites) Reges Gallia diu nullum imperium in Mare habuerunt, ac propterea non fuit opus Amiralii nisi cum expeditionem in terram sanctam susceperunt; quo tempore mercenarii Genuensibus, Hispanis, aliisve finitimis peritis rei navalis usi sunt, ut curam de vectigine susciperent, nullo constituto in eam rem officio; eòque pacto in unicâ expedi-*
tione

tione Admirales plures habuerunt. Postquam autem Normanniâ cesserat Anglus, auctâ regni Gallici orâ maritimâ, rerum nauticarum etiam usus aliquantulum auctus est. Sub Joannis scilicet & Henrici Angliæ tertii regum tempora. Unde sub Philippo Audace Gallorum rege, seu circa annum MOCCLXXX, in Dignitatum Gallicarum catalogo, primum, cujus memoria posteris est relicta, Admirallum statuunt Enguerandum Coucæum, ut habetur apud Johannem Feronium. Cujus dignitas qualis fuerit, satis inde dignoscitur, quòd proximi ejus successores Mathæus Momorancius & Johannes Haricurtius copiis tantum, pro re natâ, maritimis à Philippo Pulchro præficiantur: quemadmodum ex eorum diplomate ⁷ scimus. Etiam & apud Guilielmum de Nangis, hi Admirallorum nomine, uti & alii, sub Philippo Pulchro, apud Joannem de Beka ⁸, memorantur. Tametsi Joanni Tilio ⁹ primus qui in Gallia Admiralli dignitatē, ut officium perpetuum in rem navalem constitutum, gessit, Amaurius sit Vicecomes Narbonensis; sub Johanne nempe & Carolo quinto Galliarum regi-

⁷ Apud Andreaë Chesniū in Hist.

Familia Momorancia lib. 3.

pag. 183.

⁸ In Chron. Episcoporum Ultraject. & Com. Hollandia.

⁹ De rebus Gallicis lib.

2. & vide Paschasium, et les Recherches lib. 2. c.

14.

10 Popel-
liner. en
l'Amiral
de Fran-
ce.

bus, id est, sub annum MCCCLX. aliis 10
alia de antiquitate hujus apud Gallos
præfecturæ ambitiosè nimis conge-
rentibus. Accessit postea, sub anno
MCCCLIII, Regis Galliarum ditioni
Aquitania, pulso Henrico Angliæ sex-
to. Anno autem MCCCCLXXXI Pro-
vincia Narbonensis, MCCCXCII Du-
catus Britannia; & domus quicquid in
Picardia tenuit Anglus, annis aliquot
interjectis. Itæ universa ora maritima;
præter Belgium, in regni Gallicani pa-
trimonium rediit. Inde evenit, ut præ-
fecturæ maritimæ seu Admirallatus in
eo postea quatuor fuerint in usu, ut-
cunque plures interdum simul eadem
persona obtineat. In his autem præfe-
ctura quæ ad Normanicum & Picar-
dicum litus attinet, etiamnum dici so-
let *Admirallatus Francia*, eò quòd an-

21 De Do-
manio
Franc.
lib. 1. tit.
15. §. 13.
Adde Po-
pelliner.
en l'A-
miral de
France
chap. 21.

tequam Provincia Narbonensis, Aqi-
tania, & Britannia Aremorica regio pa-
trimonio accedebant, sola erat in Fran-
ciæ regno Picardiæ præfectura mariti-
ma, cui postea adjuncta est Norman-
nia, ut provincia proxima; Ceteris tri-
bus à Provinciis suis denominatis. Rem
totam optimè exhibet Renatus Chop-
pinus. *Quatuor* (inquit ille 21) *Maria*
Gallica

Gallici praefecti, vario nomine variisque in oris maritimis, parem gerunt praefecturam. Prisco enim auro, Aquitaniam Angli occupabant, Britanniam Celticam Duces, Provinciam Phocensem Comes hereditarii, non Gallia Reges. Ac propterea id temporis Ammiraldus Francia praerat solum Belgico Picardorum & Neustriae Mari ad Armoricum usque tractum. Alii vero tum privatim sibi Principes quique delegerunt confines freti rectores, cum Ammiraldos. Ob idque pulsas Aquitaniam Anglis, & Provincialibus Armoricisque in ditionem redactis Gallica regia, Princeps nil innovandum ratus, decrevit Aquitaniae legatum & Ammiraldum: Celticae item Britanniae Praetorem, cum Maris praefecturam: simul in Narbonensis Galliae Provinciae, distincte separatimque. Francisci vero Ammiraldi juridica sedes praecipua stant Lutetia & Rothomagi. Sic ille. Dynastas etiam non paucos, qui beneficii jure oras obtinent maritimas, suis in territoriis Admiralli potestatem fortiri scribit paulo post idem. Edicta autem & sanctiones de Admiralli Jurisdictione in copias, res, & personas maritimas, hostias praedae decimis, id ge-

nus

pus aliis quæ ad res mobiles & personas, navigationis qualiscunque ratione, Imperio Franciæ subiacentes attinent,

¹² *Edict.* habemus ¹² sub Carolis V & VI, Ludovico XII, Francisco I, Henricis II & III, aliis Galliarum regibus. Et in hisce interdum nominatur quidem à Rege *nostre Lieutenant* ¹³ *general per la mer & greves d'icelle*, id est, *locum tenens seu legatus noster generalis per Mare & litora ejusdem*. At verò legatus hic seu Præfectus (quem vocare amant) Maris, non omnino præfuit unquam Maris Gallias & Britannias interluentis parti alicui, ut provinciæ seu territorio Galliarum regi regendo (quemadmodum Angliæ Admirallus) sed in ipso mari copiis tantum, personis, & rebus Gallicæ ditionis navalibus ¹⁴; modo non dis-

¹⁴ *Petrus Gregor. Tholosan. in Syn-tagm. Iur. lib. 1. cap. 3.* similiab eo, quo Princeps supremus in alieno territorio in sui comitatûs reos animadvertit, eosque ut domi regis nec tamen obtento in ipso territorio sibi dominiî Jure. Quod sanè nemo non existimabit qui & Testimoniorum veterum, de ejusmodi dominio apud Gallos, Defectum altumq; Silentium, præter Præfecturæ apud ipsos Qualitatem, primò observaverit, & demum integram

gram & per mare litusque circumfusum amplissimam semper Unicoq; sub imperio excitatam Angli potestatem, idq; per tot seculorum periodos, comparaverit cum ita diu Disjectis dissipatisque in adverso Galliarum litore Imperiis nuperâque oræ maritimæ ad regnum Gallicanum accessione, secundum ea quæ jam de illâ dicta sunt. Testimonia planè nulla sunt de dominio aliquo Maris hujus, Galliarum Regi competente, ante nostrum seculum. Neq; in hoc, aliorum præter Jurisconsultos aliquos qui aut obiter aut oratorie tantum, non ex probationum vi asserendi modo, de eo loquuntur. De quibus libro diximus superiore. Ubi etiam adferuntur alia, quæ rem quam heic tractamus firmiter, imprimis observanda. Sed & adjicere jam liceat, ipsos Francorum historicos, & superioris & hujus ævi, authores esse, Admirалlos Galliarum Regibus, vetustioribus in seculis, ideo aut defuisse aut subinde (ut res obiter exigebat tantum) fuisse constitutos, *quia nempe nullum in Mare imperium habuerunt*, ut expressè ait L'Admiral de France chap. 24. Tilius, loco suprâ citato. Et frustra sanè eos reprehendit Popeliniærius, dum ait

ait illud falsum esse, eò quòd Normannia, Picardia, & Flandria Galli ditioni olim suberant. Nam ut mittam diu sine Normanniâ & Flandriâ regnâsse Francorum Reges, nec aliud litus præter Picardicum retinuisse (ut ex suprâ ostensis & historicorum fide passim liquet) anne ideo sequitur falsum esse, nullum in Mare imperium eos habuisse, eò quòd maritimus eis esset tractus aliquis. Non magis sanè quàm in Galliis ideo fluminis quem esse dominum, quia prædia habet adjacentia. Cùm receptum sit ex jure Gallicano ¹⁶, Regem fluminum navigabilium passim dominum esse, ubi non singulari occupationis præscriptione aliòve, præter adjacentis prædii possessionem, titulo, subdito non cesserint; uti etiam alibi non raro recipitur. Quod verò ad Qualitatem præfecturæ hujus apud Gallos maritimæ attinet; advertendum est, eum præfecturis illustrioribus singulis locus debeat in amplissimâ eorû Parlamenti Curiâ, idque ex ipsâ Præfecturæ, quâ provinciam aliquam aut regimen intra regni Gallici fines primario spectat, naturâ: veluti Comiti stabuli, Hippocomo, Magno Magistro, aliis: Admirallo.

¹⁶ *San-*
Ayon des
Costu-
mes des
Eaus &
Forests.
liv. 2.
chap. 1.
Cod. Hen.
3. lib. 16.

Admirallo tamen Franciæ ea ratione esse nullum. Quemadmodum decisum est sub Henrico II.¹⁷, cum Gaspari Coligno Admirallo Franciæ, quæ Admirallus erat seu maritimam gessit præfecturam, locus ejusmodi planè est negatus; eidem verò, quæ Insulæ (ut vocant) Franciæ sub Rege præerat, concessus. Scilicet Admiralli nomine, intra regni fines præfecturam non gessit primario; sed ex eo quòd Admirallus classium seu Maris (sensu jam dicto) quod extra Regis imperium est, in personas & res ratione Maris tantum jurisdictionem exercebat, ideo hoc nomine loco erat arcendus. Unde etiam (ut videtur) evenit quatuor quos diximus Admirallos singulos, provinciarum, à quibus denominari solent, regimen itidem simul sortiri, quod scimus è suprâ citatis ex Choppino aliisq; qui de hâc re scribunt. Ita intra regni fines præfecturam primario obtinentes, id est intra Galliæ littora, pari cum ceteris Regni Dignitatibus illustrioribus jure fruuntur. Quid quòd etiam fluminum quorum dominus est Rex Galliarum, regimen, non Admiralli præfecturæ, sed singulari eorum qui præfides seu Magistri Aquarum

*17 Ann.
1552. 12
Jan. ut
notatur
in edit.
Regum
Francia
tom. 3.
tit. 5. in
Margina
Jo. Tilius.
lib. 2. Si-
mon Ma-
rius in
Placit. 50*

18 De quibus volumé grande conscripfit *Sanctyonius*. & vide *Cod. Hen. 3. lib. 16.*

19 Apud *Andream Chesnium in Hist. de Familia Momorancia* lib. 5. pag. 455. an. 1612.

20 *Rot. Franc. 10 Hen. 8. sen 1518. 4. Octob. cū Francisco I. Rot. Feder. & Trañ. Iacobi Regis cum Ludovica* 13. & c.

rum 1^o & Vivariorum silvestrium nuncupantur, subest. Scilicet publicæ aquæ, quæ intra Regni fines, & quarum Regi est dominium, ad aliam dignitatem attinent; Non omnino ad Admirallum qui provincie ibi nulli tutandæ, ex generali officii naturâ, nedum fluminibus (ut apud Anglos) præficitur. Natura igitur primaria dignitatis hujus est tantum classibus in mari præesse; unde etiam ante aliquot annos Henricus Momorancius Admirallus Franciæ, sub statuâ equestri Henrico patri Duci Momorancio Chantillæ positâ, Latine se *Navalis militia Magistrum* pro Admirallo tantum 1^o appellat. Adeoque nec in Mari ipso aliquid regiminis quod præficiendi dominium asserat, unquam habuit sive Franciæ, sive Britannicæ, sive Aquitanicæ à Gallo constitutus Admirallus; id quod itidem dicendum, hinc de Belgicæ vicinique litoris, illinc de litoris Cantabrici Admirallis quibuscunque. Similis enim horum omnium, quantum ad hanc rem, fuit atque est autoritas. Scimus quidem dignitatem hanc in federibus 2^o inter Anglum & Gallum ictis, *Admirallum Francia & Præfectum classis Regiæ*, quemadmo-

dum

dum eandem apud Anglos dignitatem *Admirallum Anglia & Præfectum regis classis* pariter nuncupari solere. Sed ex jure dispari dignitatem eodem nomine insignitam eos gerere ex ostensis liquet. Atque ex provinciæ natura, non ex nudo nomine dignitatis qualitas æstimanda. Et de veterum Testimoniorum Defectu & Præfecturæ Natura seu Qualitate hæc dicta heic sunt. Jam verò quod ad Angli amplissimam atq; integram per plurima secula potestatem ejusque cum adversù hujus litoris imperiis minutatim olim divisis comparationem attinet; certissimum est ab ipsis fere Anglosaxonum initiis unicum fuisse per Angliam adeoque in toto, quod Germaniæ, Galliis, Cantabriæ objacet, litore imperium, idque in Heptarchiâ illâ apud scriptores obviâ. Nam fuit semper qui plurimum in eâ poterat, & cui ceteri parebant, ut testis est Beda²¹. Et de eâ re insigne est apud Alcuinum testimonium, ubi ob dissidia inter Offam Merciorum, id est Heptarchiæ partis quidem amplissimæ sed plerunque mediterraneæ, & Carolum Francorum regem (Magnum dictum) navigatio ita utrinque interdita

²¹ Hist. Ecclios. lib. 2. cap. 5 & vide Camden. in Brit. pag. 97.

22 *Alcuinus apud G. Malmesbur. de Gestis regum lib. 1. cap. 5. & inter Epist. Alcuini in Operibus ejus pag. 1669*
 23 *Hemmingus MS. in Cod. Eccl. Wicgorn. in Bibliotheca Cotton. fol. 44. b. & 150. & c.*

dicta est²², ut commercia omnino impedirentur; quod ne intelligi quidem potest, nisi Offæ etiam imperio maritima loca hæc amplissima paruissent. Immo inscriptio, quâ Regius Offæ titulus solennis denotari assolebat, ad hunc modum sæpe se habuit: *Offæ²³, Dei gratiâ concedente, Rex Merciorum simulq; in circuitu nationum.* Post Egberti autem tempora seu annum Christi DCCO obvia satis est Regum sive Anglosaxonum sive Danorum perpetua series, qui sine ullo imperii consorte in hac litore (nisi Edmundum Anglosaxonem & Canutum Danum, quibus aliquantisper est dispersitum regnum, frustra excipias) regnarunt. Mirum igitur non est Reges Angliæ tam amplioris imperii dominos integros ac in solidum, per tot secula, Maris præjacentis regnum, ut Insulæ appendicem, etiam tutò retinuisse; maximè cum non solum in adverso simul litore tam diu & tam latè imperitarent ipsi, verum etiam præter eos qui regiunculas aliquot haberent maritimas (sic sanè ratione diffusi litoris imperii Anglicani habitæ, dicendas) easque diversis imperiis subditas, non essent in vicinis qui

ullo

nullo pacto reluctari potuissent. Summa est; cum ante proavorum ferme memoriam litus duntaxat exiguum intra Gallicani regni fines comperiat, nec domini provinciarum maritimarum, quibus postea modo jam indicato regnum illud actum est, ne obrederint quidem, ratione provinciarum illarum, adjacentis Maris dominium sibi competuisse, nec ullum in veterum monumentis habeatur de ejusmodi dominio testimonium, quamplurima vero de Angliæ Regum, per mille amplius annos litus totum Anglicanum late expositum unico integroque sub imperio continenter possidentium, dominio marino, marisque perpetuâ, ut regni appendicis, occupatione occurrant, sequitur horum jus heic esse quidem manifestum adeoque Admiralli Angliæ mare ipsum esse provinciam, tutandam velut regni partem; adversi autem hinc Admirallos, maris præfectos, eo sensu quo præficientis dominium aliquod in ipso mari, extra portus seu alia ejusmodi claustra denotetur, nulla eum ratione esse dicendos. Unde etiam aliquot abhinc seculis vicinæ gentes complures juris Anglicani satis conscia, disertè de

de Reginero Grimbaldo Admirallo Regis Franciæ querebantur, eò quòd *l'office del Admiralte en la mier d' Engleterre per commission de Roy de France toutcensivement emprist & usa un an & plus &c.* id est, officium Admirallatus in mari Anglicano, ex auctoritate Regis Francia sibi arrogasset & per annum unicum exercuisset. Tabulæ veteres integre, unde illud desumptum est, infra exhibentur; Ubi plura etiam ad hanc rem facientia habes. Et de Custodiâ seu Præfecturâ Maris Anglicani, ut Regi territorii seu Provinciæ atque Patrimonii sacri partis, hæctenus.

C A P. XIX.

In dominio Insularum litori Gallicano præjacentium perpetuò à Regibus Angliæ vetenti, possessionem Maris in quo sitæ sunt, à Majoribus acceptam conspici.

Retineri etiam à vetustis seculis Maris hujus Australioris possessionem ac dominium à Regibus Angliæ, non obscure indicatur ex Insularum Gallico litori præjacentium dominio. Scilicet deturbato Normanniâ ipsâ Joanne & Henrico tertio Regibus, Insulæ Cæsarea, Sarnia, (Jersey & Garnesey vocamus) Aldernea, aliæ aliquot circum-

vici-

icinz, litori Normannico & Aremorico præjacentes, imò intra maris finem quem facit hinc Aremoricum, illinc Normannicū litus, sitæ, seculis sequentibus, ut antè hodièque, in Angli ditione manserunt, quod nemo nescit. At sententia in Joannem Regem, ut Normannicæ Ducem, ob Arthuri nepotis ædem lata, toto quod Normannici juris erat eum exui volebat Gallus. Quin Normannicæ postea renunciavit Henricus tertius². Denur scilicet quod vulgo recipitur, Insulas has Normannici fuisse suas, seu ad Normannicæ Ducatum attulisse. Certe & ita, utque ex sententia arripi poterunt, neque renuntiatione Gallo cessare. Quippe retenta est maris possessio, adeoque Insularum in eo constitutarum, quemadmodum ferè in ipsa Anglia Prioratus non pauci, quorum regimen etiam erat Normannicum, sub Angli tamen ditione, etiam quæ Normannici Regiminis fuerit, dum jura Monastica apud Anglos viguere, semper manserunt; utpote intra Anglicani imperii limites minime violatos sita. Neque unde ita retineri potuissent Insulæ facile intelligitur, nisi intra Anglicani in mari imperii fines locum & ipse

² Rot. claus. 2. Hen. 3. memb. 1.

part. 1. Pat. 3. Hen. 3. memb. 3. & 5.

² Io. Buchetus in Annalibus Aquitania part. 4.

& Cod. Vett. Federu & c. Ms. in Archivo Fiscali, Fol. 1.

habuissent. Sed verò inprimis est hec advertendum, plurimas gentes exteras, præter Ordines Angliæ, libello publicè sub Edvardo I & Philippo Pulchro Regibus, in Cognitorum ab eis constitutorum tribunali exhibito, disertis verbis Regem Angliæ recognovisse dominum semper fuisse non solum Marishujus sed & Insularum in eo positarum *par raison du Roialme d'Angleterre, seu ratione regni Anglicani, sive quæ Regis Angliæ fuerit.* Quod idem sanè est, ac totum, usque in adversa litora seu portus, mare hoc eis expressissime tribueret. De Libello isto plura inferiùs. Nec prætereundum est, sub ipsum tempus quo Insula illæ ita Normanniæ Ducatui deturbato Anglo retinebântur, primum evenisse litoris alicujus, Picardico amplioris, Gallicano regno accessionem. Nam antè, Aquitanicum, Britannicum, & Normanicum aliis Principibus parvè. Aquitanicum & Normanicum Anglo, Britannicum Duci seu Comiti cognomini. Adèd ut nec litus ferè nec rerum navahum usus aliquis insignior esset tunc Gallo; unde facilis etiam erat avitam, quam diximus, Maris atq; Insularum possessionem Anglo, postquam

quam Ducatu cesserat, retinere. Quod satis etiam constat ex navali prælio gesto inter classem Gallicanam (cui præfuit Eustachius Monachus sub Philippo Augusto Rege Galliarum) & Anglicanam, quam Philippus Albinicus, iustularum quas memoravimus Præfectus, & Johannes Marescallus *famis Marii solerter speculantes*, regebant sub initis Henrici nostri tertii. Copias scilicet subsidiarias à Gallis ad Ludovicū (postea Regem ejus nominis VI^{us}) in Angliam, ex conjuratorum perfidia, impugnantē, trajectura erat classis navium octoginta Gallicana. Hanc adgressa est Anglicana navium quadraginta. Sed *pars Francorum* (ut Rogeri V Vendevicii³ & Matthæi Parisiensis, qui remanant, verbis utar) *querens usus non fuerat prælium navale conferere, in brevi erat fatalitè infirmata*. Navali prælio Francos hætenus inassuetos esse ajunt. De Anglis verò; *Ab Anglis, inquit, bellatoribus & in marino prælio eruditiss, velis confodiebantur & sagittis, lanceis perfodiebantur, gladiis trucidabantur, navibus perforatis mergebantur, calce (calcis pulvere in aërem jacto & venti adversi vi in oculos Fran-*

³ Ms. in
Biblio-
theca
Cotton-
niana.

corum

4 Matth. Paris. pag. 398. edit. Londin. 3 Ed. Cose in Com. Iuris Anglic. part. 7. in Calvini casu fol. 20. & 21. Guil. Camden. in Insulis Brit. pag. 855. alii; quod & admittitur in diplomatum aliquot recentiorum processibus, veluti in Rot. Pat. 7. Elizabetha R. part. 3. Herelio de Carteret, Rot. Pat. 2. Jacobi part. 19. & 19. Jacobi part. 24. ubi de Insularum privilegiis. 6 Videhs Rot. Pat. 11. Dix. abetha R. part. 8. in dorso.

corum impulso) cacabantur, spes auxiliæ & succursus penitus evanuebat, fuga non patebat. Angli tunc Marino prælio eruditi, ita Mare suum in insulasque in eo fitas etiam retinebant. Nam & prælium hoc ad annum Henrici tertii secundū spectat 4 seu Christi MCCXVIII. id est ad ipsum ferè tempus quo primum Normanniâ Anglus est exutus. Quod verò dici solet, ex Normannico jure 5, seu jure Ducatus Normanniæ, primum Insulas has ad Anglum attinuisse, tam facile negatur quam affirmatur. Neque rationi huic vis inest; suos eas habere semperque habuisse qui Normannicos imitantur, mores; ideo Normannicas esse. Certè & Anglia Normannicis moribus non raro utitur, ut gentes aliæ interdum Romanis. Unde tamen argumētum ejusmodi fieri non posse, nemo non videt. Nec validius est, olim paruisse eas, in Ecclesiasticis, Episcopo in Normannia Constantinensi, usque dum avorum memoria Episcopo Vintoniensi 6 subicerentur. Ob loci vicinitatem commodius quidem habe-

habebatur diu regimen ecclesiasticum
 è Normannia deductum. Quod initium
 habuisse ex illis seculis quibus utrunque
 litus possidebat Anglus, par est ut cre-
 damus. Non autem magis inde solùm
 sequitur, eas ad Normanniæ Ducatum
 attinuisse, quàm Prioratus olim non
 paucos in Anglia quia juris erant, in Ec-
 clesiasticis, exteri, ad exterorum ideò
 principum imperium, non ad Regum
 Angliæ, quæ Angliæ, spectasse. Æque
 infirmū est quod de linguâ Insularium
 Normannicâ afferi solet. Corvallen-
 ses in Anglia, linguâ semper usi sunt
 Cambrobritannicâ, saltē velut diale-
 cto variatâ, uti etiam Aremorici in Gal-
 liis; Manniæ item Insulæ incolæ Hiber-
 nicâ; unde tamen nemo est hominum
 qui velit sequi aut hanc Angliæ Regibus,
 quæ Hiberniæ sive Domini sive Reges
 fuerint, parère, aut illos ex Cãbro-Bri-
 tannici principatûs jure aliquo princi-
 pibus suis subjacere. Scimus quidē non
 solùm in diplomatū aliquot recentiorū
 procœmiis, verùm etiam in supplicibus
 libellis insularium vetustis, interdum
 insulas illas ad Normanniæ Ducatum
 olim attinuisse, ejusdemque juris nomi-
 ne ab Angliæ Regibus retineri, obiter

S

MEMO.

7 Vide
 21. Hē. 8.
Releo
way
 fol. 202.
 plac. 19.
 8 Rot.
 Placit. de
 Insulu 2.
 Ed. 2. &
 Rot. Pat.
 15. Ed. 2.
 part. 1.
 mem. 21.
 9 Mich. 5.
 Ed. 3.
 Rot. 183.
 coram re-
 ge, &
 Mich. 6.
 Ed. 3.
 Rot. 181.
 corā Re-
 ge; penes
 Camera-
 rios
 Scacca-
 rii. 2. Ed.
 3. fol. 5.
 seu 32. b.
 & Itin.
 Tempore
 Ed. 3. fol.
 138. a.
 20 Io. Sa-
 resburi-
 ensis de Negō Capitalium lib. 5. cap. 15. & 16.

memorari. Atverò non minùs scilms
 Provinciis quæ in Galliis Regibus no-
 stris antiquitùs hæreditariò accesserunt
 (quales sanè hæ sunt dicendæ insulæ si
 velut Normanniæ partes retineantur)
 permissum fuisse semper ita suis uti mo-
 ribus pristinisque jurisdictionis formu-
 lis, ut ordinariæ Tribunalium Angliæ
 jurisdictioni ⁷ nunquam omnino subja-
 cerent. Sic perpetuò Aquitanis, sic An-
 degavis, sic Normannis, aliis. Etiam & à
 seculis abhinc aliquot, Principibus no-
 stris visum est, ut nō alibi ac in sacro suo
 Consistorio extra insulas, lites quæ ibi
 oriantur deciderētur. Cùm interea cer-
 tissimū sit, quòd, regnantibus Edvardo
 secundo ⁸ & tertio ⁹ (seculis quibus jus
 illud quo insulæ hæ in Regum Angliæ
 patrimonio censitæ sunt, proculdubio
 exploratius fuit) *Iustitiarum Itinerantes*,
 id est, præfecti ex jure ordinario non ra-
 rō per Angliæ provincias omnes, quos
 Comitatus vocamus, ut de criminibus
 maximè atrocioribus, juribus Imperii
 sacris usurpatis & privilegiis injuria ar-
 rogatis aliisque ferè rebus in forum de-
 duci solitis cognoscerent, antiquitus
 creati, *Iustitia errantes* interdum ¹⁰
 etiam

etiam nuncupati, in insulas illas non aliter atque in Angliæ provincias emitti solebant; reclamantibus quidem interdū & supplices adversus hujusmodi jurisdictionem porrigentibus libellos incolis. At verò id interea certissimum est præfectorum illorum (qui & juris scientissimi) sententiam tum fuisse, non solum vim legitimam obtinuisse codicillos quibus præficerentur ipsi (id quod etiam existimarunt qui rebus heic tunc præerant) verum etiam, instar Anglicani in provinciis moris formulæ, ad eò continuatas fuisse, per diffusam æquoris interjacentis amplitudinem, tum ipsas insularum invicem provincias, tum cum Angliæ universas, ut, causâ interdum ampliata, non aliter ac in mediterraneis Angliæ, tam coram Rege in Angliæ, id est, in Tribunali quod *Bancam Regis* vocitant, incolis eartum quibuscunque, quàm alterius insulæ incolis in altera, comparendi dies præstituerent. Quod liquet in præfectura Joannis de *Scarburgh* sociorumque ejus sub *Edvardo tertio*¹¹, aliorumque¹² illius seculi. Atque inauditum est, puto, ex ampliatiōe ejusmodi, jure nostro ordinario præstitui tempus comparen-

¹¹ *Mich.**5. Ed. 3.**Rot. 183.**coram**regē &**Mich. 6.**Ed. 3.**Rot. 181.**coram**Rege pe-**nes Ca-**mera-**rios**Scacca-**rii.*¹² *Rot.**Placit. de**Insulis. 2.**Ed. 2.**Rot. 30.**in dorso**in arce**Londi-**nenfis*

di alibi:quàm in loco ejusdem juris (quà in Regis patrimonio habetur) cujus & ipse est è quo ita quis amandatur. Neq; ejusmodi quid, ne tentatum quidem, memini, in provinciis quæ in sacro Imperii Anglicani patrimonio neutiquam habitæ, ab Anglo tamen alio titulo possessæ sunt; veluti Andegaviæ, Normanniæ, ac Aquitanix Ducatus, ejusmodi alix. Accedat etiam in vetustioribus aliquot Regum nostrorum diplomatis, quibus firmantur Insularibus privilegia¹³ omnimoda, ea non semel designari per ejusmodi privilegia quibus gavisi fuerint ipsi *seu antecessores seu predecessores sui sub obedientia aliquorum progenitorum nostrorum Regum Angliæ existentium*. Certè si Ducatus Normanniæ partem insulas illas fuisse tum creditum fuisset, dubitari vix potest quin accessisset etiam *seu Ducum Normanniæ*, quod in recentioribus aliquot diplomatis¹⁴ occurrit quidem, ita tamen ut etiam in ipsis, *in fide & obedientia Corona nostra Angliæ* expressim dicantur insulæ illæ, idque meritissimò, retinendæ. Quin, sub Edvardo tertio Rege¹⁵, libellis ipsorum insularium supplicibus quos, in comitiis Parliamentariis Regi, de privilegiis

23 Rot.
Pat. 2.
Ed. 6.
part. 7.
ubi In-
spexi-
mus. 1.
Henr. 8.
&c.

24 Rot.
Pat. 2.
Jacobi
part. 19.
25 In Rot.
5. & 6.
Edward.
3. paullo
antè ci-
tatis.

giis suis moribusque tempore omnem
 memoriam excedente stabilitis, exhi-
 bebant, annectuntur mores Insularum
 aliquot; in quibus hi occurrunt, *Item*
quod nullus de libero tenemento suo, quod
annuum & diem pacificè tenuerit, sine
Brevi domini Regis de Cancellaria, de
tenemento & tenente faciente mentio-
nem, respondere debeat. Item quod non
debeant coram Iustitiariis domini regis,
ad assisas capiendas assignatis, responde-
re antequam transcripta commissionum
eorundem sub sigillis suis eis liberent.
Item quod Iustitarii per commissionem
Domini Regis ad assisas capiendas hic
assignati non debeant placita hic tenere
ultra spacium trium septimanarū. Cer-
tè mores hi vetusti etiam ita resipere vi-
 dentur perinde ac si ex Anglicani im-
 perii Jure, non Normannico, Regibus
 nostris atque Jurisdictioni eorum ordi-
 nariæ subjacuisent insulæ illæ; tamen
 insulares eisdem libellis Normanniæ vi-
 cinæ partem se fuisse simul interferant.
 Quid quod etiam insula Serka ab Eliza-
 betha Regina ^{1^o} concessa fuerit Here-

¹⁶ Rot.
 Pat. 7. E.
 lix. part.

^{3^o}

27 Th.
 Wal-
 fingham.
 an. 1360.
 seu 34.
 Ed. 3.
 18 Feder.
 1542.
 inter Cæ-
 sare[m] &
 Hen. 8.
 & Feder.
 1585. in-
 ter Eli-
 zabeth.
 Reginam
 & Ordi-
 nes fede-
 ratos Bel-
 gii; quo-
 rum trans-
 sumpta
 in Bi-
 blioth.
 Cotto-
 niana.
 19 Rot.
 Francia.
 3. Hen. 5.
 memb. 6.
 num. 12.
 Novemb.
 27.

planissime velut sacri Imperii Anglica-
 ni Patrimonii feodum; utcunque obi-
 ter, ne dicam oscitanter, in concessio-
 nis diplomate intra Ducatum Norman-
 niæ existere admittatur. Cùm autem in
 federe Carnutensi renunciabat Edvvar-
 dus tertius Normanniæ aliisque aliquot
 regionibus Gallix maritimis, adjectum
 est, ne de Insulis controversia maneret,
 eum retenturum tamen quascunq; In-
 sulas tunc possideret, sive regionibus
 quas retineret præjacerent ¹⁷ sive aliis.
 Nam id imperii Marini ratio postula-
 bat. Etiam tum Cæsarea tum Sarnia ad
 regnum Anglia attinere, & regno An-
 glia adjacere ¹⁸, ut Vectis & Mannia, di-
 cuntur in Federibus aliquot inter An-
 glia reges & principes exteros initis.
 Insulas item has concessit olim Henri-
 cus quintus Rex ¹⁹ Joanni fratri suo,
 Duci Bedfordiæ, *absq; aliquo nobis vel*
heredibus nostris reddendo, aliqua præ-
rogativa regia pro aliqua alia tectura de
nobis extra dictas insulas tenta quæ ad
dictas insulas castra sive dominia ali-
qualiter pertinere poterit non obstante.
 Quæ verba jus aliquod Ducale. ne ad-
 mittere quidem videntur. Et velut arra
 seu pignus domini Marini cum insula-
 rum

rum conjuncti erat forsan mos ille vetus quo totus piscis per pisces in insularum nostrarum (ita loquitur in sacris scriptis ²⁰ Edvardus Rex tertius) de *Seruesey / Zeresen / Serf & Aureney* in mari inter festa Pascha & S. Michælis captus secundum consuetudinem partium illarum ad nos pro rationabili pretio inde solvendo dignoscitur pertinere, & quæ dicti pisces totum piscem per ipsos inter festa prædicta captum usque certa loca in eisdem insulis deputata deferreteneantur, ut ministri Custodis Insularum prædictarum inde capere possint, ad opus nostrum, pro pretio hujusmodi quod viderint expedire. Nec contemnendum est sanè id, quod in Chronicis Cœnobii Theokesburiensis occurrit de Henrico de *Bello campo*, Duce VVarvici, in dignitatem Regis, ab Henrico rege sexto, non solum Insulæ Vectis, verum & Sarniæ & Cæsareæ, ad quas ceteræ in hoc tractu civiliter spectant, creato. De Insula Vecti idem memorat vir optimus Guilielmus Camdenus. ²¹ idque ex eodem codice. At verò codex ipse ²² ad hunc modum; *Obiit autem dominus Henricus Nobilis Dux VVarvichia & primus Comes Angliæ, Dominus*

²⁰ *Ror.**Finium*³¹ *Ed. 3-*
*mem. 18.*²¹ *In Brit.**tan. pag.*²⁰⁰ *&*⁴³⁰²² *Ms. in**biblioth.**Cotto-**niana.*

minus le Dispenser & de Ubergewen
 an, Rex de insulis Wigt & Gardsey
 & Jardsey, dominus quoque castri
 Bristolis cum suis annexis, 3. Idus Iunii
 A.D. 1446. anno etatis sue 22. apud ca-
 strum de Hanleya, & sepultus est in me-
 dio Chori Theokesburia. Et paulò ante
 de eodem; Coronatus est in Regem de
 Wigt manu regia, eo in loco nullâ ce-
 terarum insularū expressâ habitâ men-
 tione sed illis cum hac pari, quâ Regum
 Angliæ patrimonii pars fuerunt, jure
 censitis At verò credendum non est in-
 sulas illas Normannico litori præjacen-
 tes in regnum, utcunque imperio An-
 glicano subjectum, ita conversas fuisse
 nisi & qui converterint etiam ipsi supe-
 riori, quàm Ducatus titulo, easdem se
 antea possedisse existimassent; id est
 planè regio. Quemadmodum Richar-
 dus rex secundus cum Robertum Co-
 mitem Oxoniæ (qui & Marchio Dubli-
 niæ & Dux Hiberniæ fuit) Regem²³
 Hiberniæ creare destinarat, se interea
 insulam illam non minore quàm Regis
 (tametsi Domini nomē tunc, uti etiam
 usque ad Henrici octavi tempora po-
 steriora, Regis ibi vicem²⁴ omninò
 suppleret) titulo ac dignitate possidere
 procul-

²³ Tho.
 Wal-
 singham.
 in Rich.
 2. anno
 1386. pa.
 352. e-
 dit. Lon-
 din.
²⁴ Statut.
 Hibernic.
 33. Hen.
 8. cap. 1.

non dubitavit. Ita Insulas
 ac mare circumjacens cum An-
 gliz regno unici Imperii Corpus, ut-
 unque diversis illz uterentur moribus,
 constituisse merito existimatum est.
 Quò etiam spectat singulare earum, fla-
 grante inter circumvicinas gentes bel-
 lo, jus, induciarum beneficio ex re-
 gum Angliz indultu, per ipsum ma-
 re, gaudendi; de quo plura inferius ²⁵. ^{25 C. 22a.}
 Atque in Tabulis forensibus quæ acta
Justitiariorum, quos diximus, *Itine-*
rantium continent; *Placita Corona*
 (quæ phrasis Anglicanum imperium in-
 dicat) sæpissime occurrunt. Item in a-
 ctionibus ²⁰, formulæ illæ, *spresad* ^{26 Rot.}
gnitate Corona domini regis, & domi- ^{Placit. de}
nus rex seiscitus fuit de pradicta advo- ^{Insulu, 20.}
catione tempore pacis ut de feodo & ju- ^{Ed. 2.}
re Corona sua, ejusmodi aliæ non pau- ^{Rot. 21.}
cæ habentur, quæ jus Ducale non sa- ^{& 30.}
piunt. Accedat insuper non solum quæ ^{&c. in}
Normannico litori, sed etiam quæ A- ^{arce.}
quitano obiacent, Insularum jus ita ^{Londin-}
olim retinuisse Anglum (velut posses- ^{ensu.}
sionis suæ etiam ejusdem Maris, quæ
ad Anglicani regni patrimonium atti-
neret, pignus seu comitem) ut Hen-
ricus noster tertius, utcunque non

118 MARE GLAVSVM.

27 De
 quibus
 consu-
 las c.24.
 28 Cod.
 Vet. Fede-
 rum &c.
 Ms. an-
 no 1259.
 penes Ca-
 pterarios
 Scacca-
 vii.
 29 Cod.
 Vet. Ms.
 in Bibl.
 Cotton.
 de rebus
 Aquita-
 nicis fol.
 5.
 30 Rot.
 Vascon.
 38. Hen.
 3. memb.
 8. Matth.
 Paris
 pag. 1187.
 seu 1207
 edit.
 Lond.
 Florile-
 gus anno
 1254. &
 Cod. Vet.
 de reb. Aquitan. in Bibl. Cotton. fol. 66.

exiguę Aquitaniz parti renunciaret, in-
 sulam tamen præiacentem illam (non
 minus in Occidente, ac Rhodum olim,
 ob leges Navales²⁷, celebrem) Uliarim
 scilicet, vulgò *Oleron* dictam, Edvardo
 filio primogenito concesserit possiden-
 dam in posterum, nunquam non ut An-
 glicani patrimonii sacri appendicem.
 Concessioni nempe adjecta est clausu-
 ra, ita²⁸ quòd eadem insula semper re-
 maneat *Corona Anglię*, & nunquam
 alienetur ab eadem. Literis item ad U-
 liarense datis, volumus, inquit²⁹, vos
 à *Corona Anglię* ullatenus segregare.
 Quin annis aliquot antè, Vasconiam
 (seu Aquitanici litoris maritima) Ed-
 vardo Principi similiter quidem con-
 cesserat³⁰, ut integrè remaneat *Corona
 Anglię in perpetuum*. Adcò singulari
 voluit tam maritima quàm insulã hanc
 jure ab eodem possideri, neque ullo pa-
 cto magis ac ipsum Mare, quo pulsa-
 bantur, ab Imperio Anglico disjungi.
 Et tamen postmodum tum hæc insula
 tum alię aliquot circumvicinæ, idque à
 multis abhinc seculis, litora Gallicana
 quę proximant, varias ob causas, sequu-
 ta sunt, attamē integrum interea man-
 suerunt.

fit Angliæ Regibus, ut antè, Maris dominium; quod ex ceteris quæ ostendimus satis comprobatur.

CAP. XX.

Ex veniâ transeundi *sen* præternavigandi; *sive* indulgeri solitâ *exteris*, *sive* petitiâ, *dominium & possessio Maris Regibus Angliæ* asseritur.

Firmantur, quæ de possessione ac dominio hoc diximus, ex publicæ fidei literis à Regibus Angliæ in veniam per mare hoc transeundi impetratis.

Quarû in sacris scriniis testimonia sunt non obscura. Impetrantibus scilicet *exteris*. Ferrando Urtis de Sarachione, Hispano, concessit Henricus noster

quartus ¹ ut tutò navigare ei liceret è portu Londinensi *per Regna, dominia, & potestatem nostram usque villam de la Rochelle*. Ad intersecans Mare *dominia & potestas nostra* heic manifestò spectant. Et missis à Carolo Galliarum Rege VI ad Robertum III Scotiæ Regem legatis, qui de federe ineundo agerent, tutelæ Tabulæ ab eodem Henrico impetrabantur, quibus tuti forent

par touz ² *noz pouvoirs, destrois & seignories, par Mer & par terre*, id est, *per universas nostras potestates, districtus,*

& do,

¹ Rot.
Franciæ
5. Hen. 4.
membr.
11. Jan.
5.

² Ibid.
mëbran.
14.

& dominia tam per Mare quàm per Terram. Innumeræ sunt aliæ publicæ fidei literæ (*salvos conductus* vocant) in sacris Henricorum maximè quinti & sexti scriniis, quibus tutus indulgeri solebat & aditus & recessus *tam per Mare quàm per terram & aquas dulces*, id est, per totum indulgentis imperium. Atque observare licet literas ejusmodi solenni titulo dari à Regibus nostris solitas ad Maris Præfectos, Admirallos, Viceadmirallos, Maris Capitaneos, territorii scilicet Marini præfides à Rege constitutos, quum tamen in id genus publicæ fidei tabulis à Rege Galliarum Angliæ Regi in Gallias transmigraturo olim concessis, ejusmodi præfectorum nulla reperiaturs mentio. A Philippo Longo Rege, Edvardo nostro II literæ id genus datæ, in fronte tantùm habuère *Phelip³, par la grace de Dieu, Roy de France. A touz noz Justiciers & subgies salut.* Causa autem obscura non est, Anglum præfectos Maris literis suis alloqui solitum, Gallum eo in ævo duntaxat Judices suos & generatim subditos. Scilicet per totum hoc mare, ut ejusdem dominus, suos habuit etiam ipsius Maris Præfectos Anglus, quem

(cum

3. Rot.
 Claus. 13.
 Ed. 2.
 membr. 7.
 in dorso.

(cùm ipse trajiceret) æquum non erat ut intaretur in Mari Gallus intra scilicet territorii Anglicani fines. Attamen tunc temporis Admirallus esse potuit Gallorum Regi; sed solum in litore Normannico & Picardico. Nam Aquitanicum, Britannicum, & Narbonense, nondum patrimonio Regio accesserant. Atque eo fermè tempore seu paulò ante habentur ii, qui in catalogo Admirallorum Galliz primi sunt. Ævo autem recentiori, verum quidem est in literis, etiam Galli ⁴, fidei publicæ, aliorumque Principum maritimorum, disertis verbis Admirallos solere compelli inter cetera ministeriorum Regionum genera; ut scilicet in qualicunque passum præfecturâ tuti sint ii quibus impetrantur. Sed de imperio in transeuntes seu præternavigantes Anglicano, plura habentur ex ratione limitum navigantibus à Rege nostro in hoc mari præscribendorum, quàm paulò post ostendimus, uti etiam ex eis quæ suprâ ⁵ è sacris scriniis de Vectigalibus præternavigantibus ab Anglo impositis, traduntur. Atqui & huc spectat sanè reges tum Daniæ, tum Sueciæ, præter Urbes Hanseaticas, enixè sæpius ab Elizabethâ

⁴ *Stilus & Protonoll. Cancellaria Franc. cap. de Passaiges & Saufcõduits.*

⁵ *Cap. 14. hujus libri.*

thâ Angliæ Reginâ petiſſe, ut liberè
 eſſet per mare Anglicanum tranſitus
 cum annonâ in Hiſpaniam; flagrante
 ſcilicet inter eam & Hiſpanum bello.
 Scio quidem licentiam ejuſmodi eis ne-
 gatam eſſe non ſolùm domini Maris
 cauſâ, ſed imprimis ne hoſtibus com-
 meatus adferrentur. Unde etiam naves
 Hanſeaticorum frumento onuſtæ à
 clauſariis Anglicanis in ipſis Uſſiſſiponis
 faucibus, extra territorium Angliæ ma-
 rinum, captæ⁶ ſunt; quæ ſcilicet per
 mare Scoticum⁷ & occiduum in Luſi-
 taniam tenderant; præculdubiò ne Ma-
 ri Anglicano, injuſſu Regiæ, temerè
 uſerentur. Sed verò clamitabant inde
 Hanſeatici, Jura Gentium, Commer-
 ciorum, Federum violatâ eſſe; navibus
 ab Anglâ ita eo ſolùm nomine, quòd
 ad hoſtem commeatuſ deferrent, ca-
 ptis; id eſt, in territorio cujuſ ſe domi-
 nam ne obtendebat quidem Anglâ. Et
 de eâ re quaſtio eſt illuſtris atque à viris
 doctiſſimis⁸ diſputata, in quantum ho-
 ſtibus ii, qui hoſtes non ſunt aut dici
 nolunt, res aliquas jure Gentium poſ-
 ſint ſubminiſtrare. At verò dum annis
 aliquot ante naves has captas, non ſe-
 mel negata eſt Hamburgeniſibus (qui
 cere-

6 30. In-
 nii 1589.
 qua de
 re De-
 claratio
 tunc Lō-
 dini ty-
 pis edi-
 ta.

7 Thua-
 ſius Hi-
 ſtoriarū
 lib. 95.

8 Alberi-
 cus Gen-
 tiliſ de
 Jure Belli
 lib. 1. cap.
 21. Hi-
 ſpanic.

Advocat.
 lib. 1. cap.
 20. &
 Hugo
 Grotius
 De Jure
 Belli &
 Pacis lib.
 3. cap. 1.
 §. 5.

ceterorum etiam Hanseaticorum nomine liberam sibi per hoc mare in Lusitaniam & Hispaniam profectionem petiissent) omnimoda sive frumentum sive arma bellica transvehendi libertas; nec jure Gentium aut Commerciorum, petitionem suam tunc niti, nec Regine negationem hujusmodi juri adversari omnino suggerebant. Scilicet primo responsum tulere, à transvehendis armis aliisque bello conducibilibus & frumento abstinere, *in ceteris vero mercibus (sic Regina) transvehendis nihil vos impediemus, sed vestrorum subditorum naues solito more commorari & pratervehi omni cum favore permittemus, ut institutam navigationem perficiant.* Iniquum non habere visi sunt hoc responsum. Sed biennio post ablegatus est in Angliam Sebastianus à Berghen eorum Orator cum literis petitoriis ut exceptio in superius concessa libertate tolleretur, liberaque omnium mercium esset transvectio. Rursus negatum est quod petebant, adjecto, *qui auso temerario secus facerent, poenas penderent sua indomita licentia, si in classarios aliosve subditos Majestatis Anglia incidere, factis ipsorum verbis.*

1585.
ut in Declaratione Reginae, 1589

bue & mercibus quibuscunque capiendis, sic præter voluntatem suam Majestatis vestis & captis. Petitionibus tantum ita semper agebant; pro arbitrato Anglæ responsa referebant; jura gentium aut commerciorum ne prætexebant quidem, antequam in alio mari, scilicet Lusitanico, quod jure Gentium & commerciorum, Anglæ injussu, sibi liberum putabant esse, naves suas viderent interceptas. Tunc coeptum est de libertate nullo jure negandâ agi; idque ab iis qui, per aliquot antè annos, liberum per mare Anglicanum transitum supplices non semel ab ejusdem Dominâ tantum petierant. Adeo ut caput illud (ut esse volunt nonnulli) Juris gentium, de comœatu hostibus ab amico non subministrando, non solum in causâ, antea esset sive petitionis Hanseaticorum sive Regiæ negationis, sed accederet etiam domini Marini jus, quod planè se violaturos sentiebant Hanseatici, si Regiæ injussu per ejus Maria proficiscerentur. Huc spectant ab eadem ratione, quæ occurrunt de hac re in capitibus ab VVitfeldio & Bernicovio, Christierni I V Daniæ Regis, anno **MDCVII**, legatis apud Anglam expedi-

pediendis. *Serenissimum*, ajunt ¹⁰, *Re. 10* *Extabulu le-*
gem nostrum severè nobis injunxisse, ut gationis
apud Serenissimam Reginam ageremus, ejusdem
quò frumenti aut annonæ vectio Hispaniam versus nostris libera permittatur, in Bi-
quemadmodum etiam, ut antè fecimus, bliothe-
et nunc cum omni instantiâ iterum fa- ca Cot-
ciamus ac petimus, maximè cum suspicio toniana
sit eam licentiam frumentum vehendi
etiam Anglis et Belgis interdum conce-
di; ne nostri pejori conditione utantur
quàm vestri, atque ut ad minimum cer-
tis quibusdam navibus in gratiam Re-
gia Majestatis annuatim libertas anno-
nam, durante hoc bello, vehendi saltem
concederetur: atque ut de eo, quod obti-
nere possimus, serenissimo Regi nostro re-
ferre queamus. Tulere autem respon-
sium legati hi hujusmodi, Reginam nul-
lâ ratione posse induci, ut illud consen-
tiant fieri. Et cum suspicio allegatur à
vobis, licentiam interdum concedi et
Anglis et Belgis vehendi frumentum,
audemus nos asserere (viri nempe pri-
marii à sacratoribus Consiliis Reginae,
qui respondebant) nunquam tale quic-
quam concessum esse à Regina; neq; hu-
jusmodi esse concessuram, durante bello.
Nisi marini, per quod transeundū esset,
 terri-

territorii domina fuerit Regina, idque Danorum (ut superius Hanseaticorum) sententiâ, quorsum hæc tam ambitiosa petitio, quàm responsio imperiosa? Libertas heic nulla præter eam quæ ex Reginz, velut itineris Dominæ, arbitrari pendebat, sæpius iteratâ petitione, obtenditur. Unde etiam est, quod Joannes Suecorum Rex literis quibus anno MDLXXXVII ad Elizabetham Reginam datis veniam mercium in Hispaniam trajiciendarum Clavo VVormæo Sueco petebat, falsus sit, necesse ei fore *maritimas Reginz disiones pertransire*, quæ literarum sunt vocabula. Neque novum est hujusmodi transitû ex teris negari. In quam plurimis publicæ fidei literis, Mercatoribus gentium vicinarum ab Edvardo Rege I concessis, exardescente inter eum & Gallum bello, adjicitur clausula solennis, ut *nihil ad partes Francia ducant seu duci faciant, nec omnino inimicis nostris inde communicent quoque modo*¹², ut in factis legitur Scritis. Eiusmodi sunt alia non pauca. Unde in mandatis ejusdem Regis habetur, ut summâ curâ atq; diligentîâ retineretur ei summum Maris imperium, utpote sibi

¹¹ In Bibliotheca Cottoniana.

¹² Rot. Pat. 24. Ed. 1. memb. 5. & 25. Ed. 1. part. 1. membran. 2. 7. 16. &c.

sibi jure avito competens, cen legum
& personarum in eo transeuntium ar-
bitro & moderatori. Verba, quæ idem
sonant, sunt, *Especialment* ¹³ à retenir
& maintenir la souveraineté que ses an-
cestres Royes d'Engleterre soloyent avoir
en la dite nier d'Engleterre, quant à
l'improvement, declaration, & interpre-
tation des loix per eux faits à gouverner
sous ces maneres des gentz passanz per la
dite nier. Huc spectat etiam illud Joam-
nis Regis mandatum, quo imperiosè
fatis naves omnimodas quæ per mare
Anglicanum (generali Maris, utpote
circumflui, nomine designatum) repe-
riri potuerint, fisti voluit atque ad sua
litora adduci. Nimirum fisti quando-
que naves quorumcumque tam extero-
rum quàm subditorum in portibus per
omnia secula, tralatitium est. Mare
autem totum, hoc mandato, suum non
minùs ac portus ipsos planè innui vo-
lebat Joannes Rex. Mandati ipsius te-
stimonium appono. REX ¹⁴ omnibus
Seuremannis & Marinellis & Merca-
toribus Anglia, per mare itinerantibus,
salutem. Sciatis nos misisse Alanum Ju-
venem de Gorham & WALTERUM
Stattun & Vincentium de Hastings;

¹³ Fascie.
de supe-
rioritate
Maris
Anglia,
in arce
Londi-
nensi.

¹⁴ Rot.
Pat. 9.
Iohann.
R. mem-
bran. 1.
num. 3.

& *Vimundum de Winchelsen*, &
 alios de Baronibus nostris quinque por-
 tuum & alios fideles nostros *Stureman-*
nos & *Marinellos galiarum nostrarum*,
 ad omnes naves quas invenerint per
 Mare arrestandas & salvo, cum omni-
 bus in eis inventis, ducendas in An-
 gliam. Et ideo vobis precipimus, quod
 eis de hoc sitis intendentes, ita quod sitis
 in Angliam cum omnibus navibus &
 merchandis vestris ad portum & ter-
 minum quos ipsi vobis nominabunt. Et
 si aliquis eis contra preceptum nostrum
 resistere temptaverit, vos, fideles nostri,
 sitis eis in auxilium cum omnibus viri-
 bus vestris, sicut diligitis vos & catalla
 vestra & pacem & residentiam in terra
 nostra vobis vel alicui de generatione
 vestra. *Feste Villielmo Brito, apud*
Lutegar. VIII die Februarii. *Sture-*
manni & Marinelli sunt Navarchi &
Classarii. Sed omnes naves per mare
 arrestari, id est, sisti seu capi, & in An-
 gliam adduci jubere, quid aliud erat
 quam Maris per quod transirent, do-
 minum se indubitanter profiteri? Nec
 objiciat quis mandatum hoc ad naves
 tantum Anglorum, seu mandantis sub-
 ditorum, attinuisse. Verum quidem est
 ipsos

ipſos codicillos jam adductos ad Navarchos, claffarios, mercatores Angliæ, tantum miſſos fuiſſe. Sed ex ipſis manifeſtum eſt interea, Quatuor viros ibi memoratos alioſque Quinque Portuum cives & qui adjiciuntur ceteros, in mandatis præcedentibus habuiſſe, *omnes Naves quas invenerint per Mare arreſtandas & ſalvè, cum omnibus in eis inventis, ducendas in Angliam.* Acceſſere autem codicilli hi, ut palàm eſt, ne navarchi, claffarii, mercatoris cujuſcunque Anglicani Mari utentis auxilium, in navibus exterorum ſiſtendis, deefflet. *Si aliquis eis contra præceptum noſtrum reſiſtere temptaverit, vos, fideles noſtri, ſitis eis in auxilium cum omnibus viribus veſtris &c.* Fideles noſtri, ſeu qui navibus ſiſtendis opem præbere debebant, heic ſunt univerſi nautæ atque Mercatores Anglicani, per mare hoc diſcurrentes. Quorum igitur naves ſiſtendæ erant, non veniebant Fidelium ſubditorum nomine; quod & ipſam Mandati hujus formulam ita comprobare, ut ea de re ulterius quid adjicere necesse non ſit, neminem qui diligentius intueatur, exiſtimo dubitaturum. Nec de Navibus Hoſtium, sed

sed quorumcunque verba fiunt; utpote prolata à domino cujus tunc intererat non solùm territorio suo Marino sed etiam navibus in eo præternavigantibus, non aliter ac in portu stationem habentibus, suam in rem & pro libitu uti. Similes habentur, atque idem probantes, Codicilli temporis Edvardi III Regis; in quibus jubetur naves universas decem doliorum & quæ excesserint, in Mari Australi atque Occidentali repperas (exceptis aliquot jam antea trajectory in Armericanam destinatis) sisti, & armari ut Regi inserviant. Lemma est; *De Navibus arrestandis & capiendis*. Formula ad hunc modum se habet.

25 Rot. Francia 22. Ed. 3. membran. 5. Octobris 20. REX ¹⁵ dilectis sibi Thoma de Wenlot servienti suo ad arma lacu tenenti dilecti & fidelis nostri Reginaldi de Cobham Admiralli Flota nostra Navium ab ore aquæ Thamisie versus partes occidentales, salutem. Sciatis, quòd assignavimus vos ad omnes Naves, Flimos, Creieras, Bargeas portagii decem Doliorum & ultra, quos in Admiratu predicto (id est in Mari à Thamesis ostio in Austrum & Occidentem porrecto) inveniri contigerit, cum omni celeritate qua fieri poteris per vos & deputandos à vobis, ar-

restan-

restandos & capiendos, & ad navos,
Flimos, Creieras & Bargeas predictos
per magistros & dominos eorundem de
guerra, benè & sufficienter muniri &
parari faciendos, & ad eos sic bene pa-
ratos & munitos usque Sandvicum
celeriter ducendos, Navibus, pro passa-
gio dilecti & fidelis nostri Thoma de
Dagworth & hominum suorum ver-
sus Britanniam profectorum, ordina-
tis duntaxat exceptis; Ita quod vos in
propria persona, unà cum navibus, Eli-
mis, Creieris, & Bargeis predictis de
guerra sic benè paratis & munitis, sitis
ibidem die Sabbati proximo ante festum
Apostolorum Simonis & Iuda proximè
futurum ad ultimum, ad profiscen-
dum exinde in obsequium nostrum, pro-
us Magistris & Marinariis Navium,
Elimarum, Creiorum, & Bargeiarum
predictorum tunc injungetur ex parte
nostra, ac ad capiendam sufficientem
equitaturam, pra vobis circa praemissa
laborando, in locis ubi melius expedire
videritis (Feodo ecclesie duntaxat exce-
pto) pra denariis vestris inde solvendis,
nec non ad capiendam & arrestandam
omnes illos quos in executione praemisso-
rum contrarios inveneritis seu rebelles,
& eos

& eos prisonis nostris mancipandum, in eisdem moraturos quousque de eis aliter duxerimus ordinandum &c. Jubentur item cuncti in dicto Admiratu ministri obsequium atque opem eadem in re præstare. Subscriptio, autoritatē mandati originariam indicās, est, *Per ipsum Regem & Consilium*, quæ illo in ævo solennis erat. Admiratûs autem nomine heic contineri ipsum Mare quod diximus, ex suprâ ostensis liquet. Atque in eo, avito suo jure, non aliter ac in ipsis portibus seu litoribus Angliæ (nam de navibus quorumcunque in portu seu litore ex jussu regio sistendis, exempla occurrunt innumera) sic usus est Edwardus Rex tertius; quemadmodum & alii Reges Angliæ. Quod verò de sistendis navibus eisque in officia Regis maritima conscribendis adductum est, id semper intelligas oportet ita ad Justitiæ normam factum ut, pro ratione tum doliorum quibus æstimabantur tum pro nautarum numero ita conductorum, congrua merces esset præstanda. Qua de re testimonia etiam occurrunt in tabulis ¹⁶ Parliamentariis.

26 Rot.
Par. 3.
Hen. 5.
part. 1.
num. 6.
Sen 31.

CAP.

CAP. XXI.

*Piscandi in Mari veniam, ab Anglia Regibus
Exteris concedi solitam; Piscatoribus item
tutelam ab eis, ut in suo territorio, præstitam,
dominiis eorum Marini insigne vetus
esse & manifestum.*

VT transeundi, ita & Piscandi liber-
tatem à Regibus Angliæ, ceu terri-
torii Marini dominis, impetratâ com-
perimus. Ejus rei testimonium quidem
est luculentum in eo quod è tabulis Par-
lamentariis superiùs ¹, de vectigalibus ² Cap. 15.
quibuscunque in Mari piscantibus im-
positis sub Richardo Rege secundo, ad-
ducitur. Quin in sacris Scriniis occurrit,
Henricum VI Gallis aliisque exteris
quamplurimis sigillatim indulgisse ² per ² Rot.
unum annum integrum tantummodo ² Francia
(interdum per sex menses) *&c. ire per* ^{38. Hen.}
Mare piscando omni tempore & quoties ^{6. m. 9.}
&c. Sed & Fidei publicæ seu salvi con- ^{& 14.}
ductûs nomine indulgebatur hæc liber-
tas. Etiam & navibus piscatoriis modus
præscribitur; Ne xxx. dolia excedant.
Et verum quidem est, adjici velut ratio-
nem aliquam seu conditionem veniæ,
ut, pari cum Exteris securitate aliquot
alii, qui Anglo suberant, piscando frue-
rentur. Quod ideò duntaxat in indultu
T locum

locum habuit, ut si hosce deturbarent illi molestiasve eis exhiberent, veniæ beneficio exciderent. Rationis illius seu conditionis, sub diplomatum initia, verba ad hunc modum se habuere; *Ut factum piscandi Allecum aliorumque piscium, pro utilitate publicâ, augeatur, continuetur & vigeat, nec non ut quibusdam certis piscatoribus obedientiæ nostræ par securitas atque consimilis præstetur & fiat.* Certos Piscatores obedientiæ nostræ Gallos etiam fuisse opinor, qui tunc in ditione Angli. Cùm scilicet omnia ferè, præter litus Picardicum, in Galliis, paulò ante ab Anglo defecerant. Id est, sub extremo Henrici Sexti. Quod verò sive heic de pari securitate occurrit, sive alibi interdum etiam de publica fide sive ex Galli, sive Flandri, sive Aremòrici codicillis³, etiam Piscatoribus Angliæ præstanda; id ferè evenit, cum, defervescentibus inimicitiis, de induciis federève fiebat deliberatio. Utrinque interim securitas ejusmodi ex pacto nonnunquam præstabatur. Sed ab Anglo tam ut à Domino loci quàm ut ab eo qui in amicitiam rediturus erat. Ab aliis, hoc tantùm nomine, non illo. Nisi de Portuum & litorum

§ 8. Hen.
4. in
sched. ve-
rust. Bi-
bliothe-
cæ Cot-
tonia-
næ, &c.

litorum usurem capias. Nam ita tam hos dominos quàm illum esse nemo diffitetur. Etiam & ævo nostro à summo Maris præfecto, impetrari solebat venia Gallis qui Soleas Henrici IV Galliarum Regis mensæ in Mari interfluente caperent, quod asserunt qui Tribunali & rebus maritimis apud nos diù præfuere. Etiam & captas esse Gallo- rum naves, ut injuriarum reas, quæ citra hujusmodi veniam piscationem ibi exercerent. In Orientali autem, quod agro Eboracensi & vicino præjacet, Mari, libertas piscandi Hollandis & Zelandis à Castri Scardeburgensis, Eboracensi in litore positi, præfecto, ex veteri-instituto solitum est impetrari; quod & ante annos complures memorat V. C. Guilielmus Camdenus de oris illis verba faciens; *Opera pretium*, inquit ille ⁴, *videatur adnotare uberrimam & quasuosissimam, in subjecto* ^{4 In Britannia.} *Mari Halecum (sive Leucomanidarum, pag. 586.* *aut Chalcidum, si ita maris) piscaturam Hollandos & Zelandos exercere, cum veniam prius veteri instituto ex hoc castro impetraverint. Veniam enim piscandi semper concesserunt Angli, honore sibi reservato, utilitate verò exteris*

quasi per desidiam resignata. Incredibile enim ferè est, quantam pecunia vim ex hac in nostro litore piscatura Hollandi sibi corrogent. Sic ille. Alter etiam rerum maritimarum peritissimus, qui libellum, Anglico idiomate conscriptum, Parliamentariis, sub Elizabethâ Reginâ, comitiis de piscaturæ commodo exhibuit, Flandros scribit, Hollandos, Zelandos quotannis, inclinante ætate, quadringenta aut quingenta navigia (Busses vocant) emittere ad halecum piscaturam in Mari hoc Orientali,

*5 Hic
chocks
New
yeers
guise*

*edit. Lō-
dinenſi
1580.*

6 Edit.

*7. Jacobi
R. 6.
Maii.*

*7 Gerard.
Malinius
in lege
Merca-
torū, cap.
35.*

*Where 5 before they fish they ast
leave of Scarborough, id est, ubi an-
sequam piscaturam exercent, à Scarde-
burgi præfecto veniam petunt, quæ sunt
ejus verba. Edicto item cautum est sub
Jacobō Rege nostro 6, ne quis exterus
in mari Anglicano aut Hibernico, aut
eo quod attinet ad Insulas regni An-
gliz cæteras, piscaretur, veniâ prius à
Legatis ad hanc rem Londini constitu-
tis non obtentâ & quotannis minimè
novatâ. De veniâ piscandi aliàs item à
Regibus Angliz exteris impetratâ, alia
habent alii 7. Causa autem, quòd adeo
frequentes nō occurrant sive transeundi
sive piscandi in Mari Anglicano liber-
tatis*

ratis concessionum formulæ, inde planissimè evenit, quia ex federibus cum vicinis Principibus initis toties ejusmodi libertas fuerit (uti itidem Portuum, litorum, itinerum, aliarumque rerum) ita utrinque induta, ut, constante federe, velut ager compascuus tam federato utenti quàm Anglo domino mare deserviret. Sed verò etiam in federibus hujusmodi limites interdum piscataræ positi sunt, quod imprimis observandum est. Limites tum Loci, tum Temporis. Adeò ut federato ultra limites hosce piscari ex federe non liceret; Anglo in Mari præjacente universo dominium retinente. Egregium est sub Henrico nostro IV exemplum. Pactum inierat Gallus & Anglus⁸, piscaturam utriusque subditos liberè exercere posse toto mari quod hinc portu Scardeburgensi & Southamtoniensi, illinc Flandriæ extremo & Sequanæ fluvii ostio terminetur. Tempus item ab Autumno intra Januarias, quæ sequerentur, Kalendas coërceri. Atque ut vi federis tutò frui possent Galli, literas publicæ fidei Præfectis maritimis universis dat Rex noster. Limites heic plane Gallos ab occidentali & quod sub

⁸ Rot.
Francia
5. Hen. 4.
29. Septembris.

Africo positum est Mari excludebant, uti etiam ab Orientali quod in Septentrionem ab illis porrigitur; utpote ab Henrico nostro, pro suo, ut domini, arbitrato, ita finito. Neque juris erat ne quidem umbra, quâ in præfiniendis his limitibus Gallus domini vicem obtinere videretur; cum nec seclusum mare litus ejus ullibi in Septentrione allueret, nec in Austro (præter Normanniam) aut in Occidente præjacentem haberet mari regionem. Cetera scilicet aut Britanniaë Aremoricæ Dux aut Anglus tenebat, ut supra monitum est. Hinc sanè in usu fuit, Reges Angliæ tutelâ piscatoribus etiam, exteris Edicto interdû, armatâ interdum classe præstare, ubi scilicet five ex federe, five ex impetratâ veniâ, temperamentis pro Angli arbitrio adjectis, piscatû ibant. Lemma in sacris Scriptis est, de tēpore Edvardi I. *Pro hominibus Hollandiæ, & Zelandiæ, & Frisiæ, quod piscari possunt prope Zernemuth.* Sequitur codicillus de eorum tutelâ Regius. *Rex dilecto & fideli suo Ioanni de Buteturte Custodi Maritima sua de Zernemuth salutem. Quia intelleximus quod multi homines de partibus Hollandiæ, & Zelandiæ, & etiam Frisiæ qui*

9 Rot.
Pat. 23.
Ed. 1.
memb. 5.

qui sunt de amicitia nostra ad piscandum in Mari nostro prope Ternemuthy his diebus sunt venturi; vobis mandamus quod publicè proclamari faciatis semel vel bis in qualibet septimana ne aliqui sub omni quod nobis foris facere poterunt, eisdem inferre praesumant injuriam, molestiam, damnum, impedimentum aliquod aut gravamen; sed ipsis potius, cum indignerint, consulentes sint & auxiliantes ita quod absque impedimento piscari & commodum suum facere possint. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes usque ad finem S. Martini proximi futuri duraturas. Teste Rege apud Wengham xxviii die Septembris. Ad annum ejus attinet xxiii, seu Christi mcccxcv. Eodem etiam die in gratiam Comitis Hollandiae ejusque subditorum tres naves armatas emittit in oram maris ulteriorem, pro salvatione (ut alio in codicillo loquitur) navium terra vestra & nostra captioni Aleum vacantium seu intendentium his diebus, &c. ad excubandum in costera maritima vestra. Tutelam piscandi dat. Hanc bimestre intra tempus in codicillo utroque claudit. Piscatores etiam tutatur solus tam

in orâ Germanicâ (quam *coſteram maritima veſtra*, ob vicinitatem, in literis ad Hollandiæ Comitem heic appellat) quàm Anglicanâ. Neque alio uti navigiorum genere Piſcatoribus licuit præter id quod à Regibus noſtris præſcriptum eſt. Unde interdicta interdum omnimoda piſcatio eſt; quæ & admiſſa interdum, modo adjecto, ut navigia triginta doliiſ minorâ tantùm piſcarentur. Id liquet ex codicillis Edvardi tertii Regis de piſcandi legibus ad Præfectos ſuos ſingulos Gernemuthę, Scardeburgi, VVhitbeizę & Donvici oppidorum in litore Orientali poſitorum datis. Verba ſunt ¹⁰; *Quia dederimus licentiam Piſcatoribus villa prædicta &*

²⁰ Rot.
Clauſ. 11.
Edv. 3.
membr.
35.

aliis, qui ad villam prædictam cauſâ piſcandi venire voluerint, quòd in mari cum navibus & batellis citra pondus xxx doliorum piſcari & commodũ ſuum facere poſſint, quibuſcunque inhibitionibus ſeu mandatis noſtris in contrarium factis non obſtantibus, vobis mandamus quòd piſcatores villa prædicta & alios qui ad villam prædictam cauſâ piſcandi venire voluerint, in mari cum navibus & batellis citra pondus xxx doliorum piſcari & commodum ſuum facere abſque

que impedimento permittentis, quibus-
 cunque inhibitionibus seu mandatis no-
 stris, vobis in contrarium factis, non ob-
 stantibus, ut est dictum. Teste Rege
 apud Turrim London x Augusti. An-
 nis erat Edvardi tertii undecimus seu
 M C C C X X X I X. Quin si qui Piscatorum
 in hoc Mari tutelam, Angli injussu,
 olim exercerent, velut domini jus in-
 vadentes, capiendi erant & custodiæ
 tradendi, sententiam ob injuriam An-
 glo illatam expectaturi. Id quod videa-
 mus in tabulis publicis Edvardi Re-
 gis nostri IV. Præfecerat nimirum is
 Triumviros cum potestate navali, qui
 piscatores per Mare Norfolciam & Suf-
 folciam alluens tuerentur, quos *Cu-
 stodes, Conductores & VVastores* appel-
 lant sacra Scrinia. Ut igitur tam tute-
 læ impensæ à piscatoribus solverentur,
 quàm alii quicunque ab hujusmodi tu-
 telæ officio arcerentur, Quatuor viros
 constituit, scilicet Ioannem Heminge-
 ham Equitem Auratum, Guilielmum
 Hopton, Edmundum Yve, & Ioan-
 nem Wansfleet Armigeros, tam ad
Custodes, Conductores & VVastores il- 11 Rot.
los supervidendos (ita Tabulæ ipsæ ¹¹) Pat. 22.
 quàm ad communicandum cum qui- Eduv. 4.º
 busdam memb. 2.

busdam piscatoribus cujuscunque patria fuerint, qui in partibus predictis sub securitate dictorum N. N. piscari voluerint, quod ipsi piscatores & eorum quilibet ad omnia & omnimoda costas, onera, & expensas eisdem custodibus & conductoribus pertinentia tempore piscationis sint contributores, & hujusmodi costas, onera, & expensas juxta ratam portent, & ad costas, onera, & expensas illas de hujusmodi piscationibus piscatorum predictorum ubicunque inveniri poterunt, levanda & colligenda, necnon ad omnes alios fore custodes, conductores, sive VVastores, alios quam prænominatos, prasumentes vel attentantes, arrestandos & capiendos, & proxima Caola nostra committendos, ibi salvo & securè, quousque pro eorundem deliberatione ordinaverimus, custodiendos.

Totidem ferme verbis, ad eandem rem, habentur diplomata aliquot Henrici septimi ¹² Regis; etiam & Ricardi tertii ¹³, excepto quod in hujus formula interferatur post vocabula illa & expensas juxta ratam portent, hæc clausula heic non contemnenda; licet iidem piscatores sive eorum aliquis vel aliqui literas de Salvo conductu à quocunque

*12. Rot.
Pat. 3.
Hen. VII.
part. 2.
in dorso.
15. Augusti &
part. 1. in
dorso. 18.
Septemb.
13. Rot.
Pat. 2.
Rich. III.
part. 1.
memb. 2.*

cunque Rege, Principe sive gubernatore. cuiuscunque Regni obtinuerint vel obtinuerit. Ita ex more recepto & pro regum nostrorum libitu, usitato, Tutelæ impensæ à piscatoribus Maris hujus, utcunque ab aliis principibus qualescunque securitatis publicæ literas antea impetrassent, præstandæ erant. Neque alii præter eos, qui ab Anglo constituti, in tutelæ hujusmodi consortium admitendi; ne scilicet Angli juri ita fortè derogaretur. Quod domini atque possessionis loci character est manifestus.

C A P. XXII.

Leges & Termini exteris, invicem hostibus, sed Anglo amicis, in mari à Regibus Angliæ poni soliti, Dominium eorum testantur. Et de Regiis in Mari Conclavibus seu Cameris. De singulari item perpetuarum in Mari circa Insulas Normannico litori præjacentes induciarum jure.

QUOD ad Leges & Terminos Exteris, qui invicem hostes, Anglo utriusque amici, per hoc mare mutuo de prædarentur, præstitutos (nam id quintum est testimoniorum heic caput) attinet; cum sub initiis Jacobi Regis Angliæ, pacato undique reliquo orbe Christiano, bellum tamen inter Hispanum & federa-

federatos Belgiz ordines exardesceret, atque inde fieret ut in Mari Anglicano utrique illi, Anglo amici, mutuis se invicem & frequentissimis infestarent depraedationibus, de quarum jure Dubia aliquot inter ministros Regios, qui de rebus maritimis cognoscebant, oriebantur; Rex noster majorum exempla sequutus, atque ut regnator legitimus moderatorq; aquarum, edicto sancivit in oris Anglicanis limites intra quos utrisque ita tutam fore stationem, tutum transitum, etiam & utrosque ab ipso ita protectum iri voluit, ut neque Hispanis in Belgas federatos, neque his in illos aliusve cujuscunque gentis in alios, intra hosce vim aliquam impunè exercere liceret. Verba edicti sunt; *Our pleasure is, that within our Ports, Havens, Rodes, Creeks, or other places of our dominion, or so neer to any of our said Ports or Havens as may be reasonably construed to be within that title, limit or precinct, there shalbe no force, violence, surprize or offence suffered to be done, either from*
man

*9 Edict. 1.
 Martii 2.
 Jacobi
 Regis sen
 1604. in
 Rot. Pat.
 2. Jacobi
 R. part.
 32.*

man of warre to man of warre,
 or man of warre to merchant, or
 merchant to merchant of eiter par-
 tie. But that all of what Nation
 soever, so long as they shalbe wi-
 thin those our Ports and places
 of our jurisdiction or where our
 officers may prohibit violence,
 shalbe understood to be under our
 protection to bee ordered by course
 of justice and be at peace each with
 other. Id est; *Placuit nobis, intra por-
 tus, astuaria, stationes, sinus nostros alios-
 que locos ditionis nostra (seu qui ita ul-
 lis dictorum portuum nostrorum seu a-
 stuariorum propinqui sunt ut rationabi-
 liter censerentur posse) intra titulum il-
 lum, Limitem, aut praeinctum, non iri
 permissum ut vis aliqua, violentia, in-
 terceptio aut injuria inferatur sive à
 navi armata in armatam, sive ab ar-
 mata navi in mercatorem, sive à mer-
 catore in mercatorem ex parte alteru-
 tra; sed universos, cujuscunque fuerint
 gentis, quamdiu fuerint intra illos por-
 tus nostros & locos jurisdictionis nostra,
 seu ubi ministri nostri violentiam inhi-
 bere*

vere queant, censendos fore sub tutela nostra & secundum nostram iustitia formulam gubernandos; pacemque eis invicem fore colendam. In secluso verò Mari ita tantùm vim etiam inter hostes permitti volebat eodem Edicto, ut si aut in aperto hoc Oceano, sinibus, portibus, æstuariis, armata navis vim hosti inferendi causâ propè immineret, aut ex loco aliquo ita interdicto, in Oceanum navem hostis ex eodē loco trans-euntem, contra Edicti mentem, involaret, tunc armatæ tam Mercatorum Anglorum quàm Præfectorum Regionum naves & vim ejusmodi submove-rent & ulciscerentur. Edicti verba sunt;

Our pleasure therefore and com-mandement is to all our officers and subjects by Sea and Land, that they shall prohibit (as much as in them lyeth) all such hovering of men of warre of either side so neer the entrie of any of our Havens or our Coasts; And that they shall reseue and succour all merchants and others that shal fall within the daunger of any such as
shall

shall awaite our coasts in so neer places to the hindrance of trade and traffique outward and homeward frō and to our Kingdomes. Id est, *Placuit nobis, & in mandatis damus omnibus Ministris nostris subditisque per Mare & per Terrā, ut, in quantum valeant, ipsi prohibeant cunctas naves armatas qua ex alterutra parte ita imminuerint tam propè introitum alienius portuum nostrorum seu orarum nostrarum, atque ut tutelam prestent succurrantq; omnibus mercatoribus aliisque qui inciderint in insidias quorumcunq; imminentium oris nostris in locis aded propinquis, unde impediatur commercium & negotiatio extrorsus & introrsus, ad regna nostra & ab eis.* **D**editutos quos diximus limites tabulę typis æneis expressæ & jussu Regio in publicum missæ, denotabant. Earum ratio ita se habet, ut lineæ rectæ à promontorio aut adjacente Insulâ ad proximum in litore Anglicano promontorium aut insulam ductæ designarent tam seclusum illud Mare quàm ipsos portus sinusque. Promontoria hæc cum Insulis ab Aquilonari Angliæ orâ per Orientem & Austrum.

Austrum in Occidentem circumuen-
 tia, numero viginti septem, suo ordine
 ita recensentur. Holy Island, the
 Sowter, Whitby, Flamborough
 head, the Sporne, Cromer, Win-
 tertou-nesse, Easter-nesse, Lays-
 stof, Estnesse, Orfortnesse, the
 Northfore-land, the Southfore-
 land, Dungenesse, Beach, Du-
 nenoe, Portland, the Start, the
 Ramme, the Dudman, the Li-
 zard, Lands end, Mildford, S.
 Davids-head, Beardie, Holy
 head, & *Mona insula*. Permagno
 Maris sinus ab Oceano circumambien-
 te lineis hisce abscissos habemus, quos
regias Cameras, id est, **The Kings
 Chambers**, & portus Regios vocit-
 ant. Ut in ædibus secessus reductio-
 res, seu cubicula aut conclavia, quæ
Camera barbaro-latine nuncupari so-
 lent, habent domini, etiam ut Londi-
 num urbs *Camera Regis Anglia* à ve-
 tustis seculis in jure nostro etiamnum
 dicta est, ipso velut nominis angu-
 stioris usu, dominio ejus, quod cir-
 cumqua-

Scala Sea

21 20

Flamboro

Scotiae

Scotiae
pars.

S

cumquaque adjacet, diffusius designato: ita sinus hi amplissimi simili nomine insigniti & pro arbitrio regum Angliæ præfiniti, Maris, quod reliquum est, itidem dominium indicant. Desumptus autem promontiorum & insularum, quibus ita sinus illi, etiam in adjectâ tabellâ, designati, terminari solent, ex instrumento à Duodecim-
 viris rerum maritimarum callentissimis, atque ad hanc rem juratis sub Edicti promulgationem, Anglicè conscripto; quod exhibitum est ab eis V. honoratissimo Julio Cæsari, Equiti Aurato, & Tribunalis maritimi summi tunc Præsidi, nunc verò sacrorum Cancellariæ Anglicanæ Scriniorum Magistro, & à secretioribus Regi consiliis, cui limitum hujusmodi veterum indagandorum cura mandata erat. Instrumento autem in illo, tum Promontorii cujlibet capitis ad invicem distantia, tum rectus velificationis cursus, seu, uti vocari ament, Rumborum, qui in pyxide nauticâ ab altero ad alterum navigantem dirigant, ratio, unde areæ cujuslibet *Camera regia* partim dijudicetur quantitas, explicatur. Ordine, quem subjicimus, ab insulâ Sacrà seu *Holsh*
Iland

² Martii
 1604. festo
 Jacobi
 R.

Island auspicientes Duodecim-viri illi,
 à Septentrione per Orientem & Au-
 strum in Occidentem circumibant. Di-
 stantia & cursus primus est ab insulâ illâ
 ad The Sowter. Inde simili modo
 recensentur cæteri.

<i>Promontorio- rum series.</i>	<i>Rumbi.</i>	<i>Len- ca.</i>
Ad the Sowter.	in Phœnicem S. S. E.	$17\frac{1}{3}$
Ad Whiteby.	in Notapeliotem S. E.	12
Ad Flambo- rough head.	in Notapelioté S. E. $\frac{1}{2}$ versus Austrum.	8
Ad the Spor- ne.	in Phœnicem S. S. E. versus Apeliotem.	$13\frac{1}{3}$
Ad Cromar.	in Meseurum S. E. and by E.	$24\frac{1}{3}$
Ad Winter- tonnes.	in Hypophœnicem S. E. and by S.	4
Ad Easter- nes	in Phœnicem S. S. E.	$21\frac{1}{3}$
Ad Lanestof.	in Austrum S.	$3\frac{3}{4}$

Pro-

<i>Promontorium series.</i>	<i>Rumbi.</i>	<i>Leuca.</i>
Ad East-nes.	in Austrum S. $\frac{1}{2}$ versus Occidentem.	$1\frac{1}{6}$
Ad North-nes.	in Mesolibanotum S. and by W.	$6\frac{1}{6}$
Ad North-fore-land.	in Austrum S. $\frac{1}{3}$ versus Occidentem.	$15\frac{1}{6}$
Ad South-fore-land.	in Austrum S.	$6\frac{2}{3}$
Ad Dungenes.	in Notolibycū S. W. $\frac{1}{4}$ versus Austrum.	7
Ad Beach.	in Africum W. S. W. $\frac{1}{4}$ versus Austrum.	13
Ad Dune-noze.	in Africum W. S. W. $\frac{3}{4}$ versus Occidentem.	$24\frac{1}{6}$
Ad Portland.	in Hypafricum W. and by S. vers. Austrum.	$16\frac{1}{2}$
Ad the Start.	in Africum W. S. W. $\frac{1}{3}$ in Occidentem.	$18\frac{2}{3}$
Ad the Ramme.	in Occidentem W. $\frac{1}{4}$ versus Boream.	$6\frac{1}{2}$
Ad the Dudman.	in Africum W. S. W. $\frac{1}{6}$ versus Occidentē.	$8\frac{1}{2}$

Pro-

Promontorio- rum series.	Rumbi.	Leu- ca.
Ad the Lizard.	in Africum W. S. W. $\frac{2}{3}$ versus Austrum.	9
Ad the Lands- end.	in Caurum W. N. W. versus Boream.	7
Ad Milford.	in Boream N. $\frac{2}{3}$ versus Orientem.	3 $\frac{2}{3}$
Ad S. Davids head.	in Boream N. $\frac{1}{2}$ versus Occidentem.	5 $\frac{1}{2}$
Ad Beardie.	in Hypaquilonē N. and by E. $\frac{1}{9}$ vers. Orientē.	2 $\frac{1}{6}$
Ad Holy head.	in Boream N. $\frac{1}{6}$ ver- sus Occidentem.	9
Ad Monam.	in Hypaquilonē N. and by E. $\frac{1}{3}$ vers. Boream.	26

Perampla heic vides Æquoris spatia, per milliaria interdum nonaginta amplius intercepta (nam è milliariis Anglicanis tribus quælibet heic fit Leuca) è quibus Camera illæ seu recessus Marini conficiuntur. Rem autem de Cameris hisce sub Edicti memorati tempus gestam, ad hunc modum explicatam habemus in Duodecim-virorum, qui jurati

jurati sunt, subscriptione. Distantiis & Rumbis jam dictis adjecta. Nos quorum nomina subscribuntur (ita Latine sonant quæ Anglice subscripta sunt) evocati in presentiam viri Clarissimi Julii Casaris Equitis aurati, summa curia regia Admiralitatis Iudicis, ibique in acta conscripti & jurati ad limites & terminos designandos in quos the Kings Chambers, havens or ports, id est, Regia Camera estuaria seu Portus in oris maritimis porriguntur, hoc instrumento respondemus & ; quantum scimus atque intelligimus, declaramus, dictas Majestatis ejus Cameras, estuaria seu portus esse totas oras maritimas quæ recta linea ab altero ad alterum promontorium, circa regnum Anglia, ducta intercipiuntur. Quod ut melius intelligatur tabellam ea de re confecimus; cui hanc Schedulam nostram adjecimus, in qua ostenditur quomodo in recta linea se habeat promontorium alterum ad alterum, secundum tabellam illam. Datis IV die Martii An. Domini 1604. & in anno secundo regni supremi Domini nostri Jacobi Regis &c. Et sequuntur dein in schedula Duodecim-virorum nomina; qui universi rerum nauticarum seu mari-

maritimarum peritissimi. Ita spatia lineis rectis à promontorio ad promontorium ductis, Cameræ seu portus sunt Regis Angliæ; qui seclusi pariter maris totius, usque in adversa litora seu portus, Dominus, dum pacatiores hos volebat esse recessus, id quod reliquum est pelagi amicorum, qui invicem hostes fuere, deprædationibus mutuis ut arbiter, nec tamen sine temperamentis aliquot de ipso pelagi apertioris usu adjectis, permittebat. At verò & contendebant postea Hispani ipsos etiam in apertiori mari extra hos limites, ab hostibus tuendos; idque ex federe, quo Hispanus & Anglus alter alterius subditos tueri debuit ubique regnorum suorum. Scilicet non minùs id quod reliquam erat intersitum mare regni Angliæ nomine venire. Quod scimus ex eorum Advocati in Angliâ disputatione *de Marino territorio tuendo* institutâ contra Hollandos, qui *valde exclamabant* (ut inquit ille³) *quod interciperentur à Magistratu Regio in mari, & sisterentur in mari cum præda quam confecissent de Hispanis hostibus. Vim eam injustam. Se restituendos, turbatos, spoliatos. Etiam & audiendos sic con-*

Albericus Gentilis in Advocat. Hispanica lib. 1. cap. 8.

tra Hispanos ipsos, qui captivi sic solverentur cum captis rebus. At ille sive intra fines, sive extra in mari Britannico à Britanniae Rege tutelam Hispanorum adversus Hollandos justam esse ad hunc modum disceptat. Vides quàm protendatur Regis nostri (Angliae) Imperium longè in Meridiem, Septentrionem, occidentem. Britannia & Septentrionalia nulis contrà terras, vasto atque aperto Mari pulsantur. Et Hibernia meridionalia terminantur ad Hispaniam; occidentem ad Hispania regna Indica. Et sic est immensum lata jurisdictio Regis nostri Marina. Nec eam cogit secutum quoddam Regis Edictum (idem quod supra memoravimus) quò sint fines quidam notati, ultra quos nolit Rex potestatem porrigi territorii sui in bellicis his gestis Hispanorum & Hollandorum. Interceptos autem à Magistratu dicunt Hollandos extra hos fines. Nam & per pacta pacis nuper inter Nostrum & Regem Hispania, tueri alter subditos alterius debet ubique regnorum suorum. Et igitur sic debet tueri per immensam illam uterque jurisditionem. Sunt scilicet fines ³ Intus, & sunt fines Conventionis. Atq; de illis dictum non procedit in istis.

Et

⁴ Tacit.
in vita
Agricolae.
Caes.
de Bello
Gallico
lib. 5.

³ Menoch.
confil.
14.

Et hinc sequi debemus fines juris, de quibus pro certo Pacta pacis ac federis capi debent. Quoniam alii postea positi fines non in cogitatione tum erant. Edicti autem potestas ad praterita non porrigitur.

6 L. 7. C. *Leges & Constitutiones ° futuris certum est dare formam negotiis, non ad facta praterita revocari. Neque hac est declaratio juris Regii (itaque admittenda⁷ facilius) facta in Edicto, sed nova prorsus dispositio & lex. Nam declaratio ° nihil novi inducit & nihil mutat.*

de leg. Non. Conf. 180. 111. 7 Cra-vetta conf. 641. *At Edictum hoc mutat multum; si multo ultra fines illos nunc constitutos porrigit se vis territorii Regii. Etiam ° possit responderi, quod tradunt omnes, Nec valere declarationem in alterius prajudicium, quod hic fieret intercepta navis, cui jus quaesitum ex communi lege erat, item ex singulari pacto pacis, ut Principes nullam paterentur in territoriis suis fieri vim subditis alterutrius. Et ex singulari adhuc potentiùs, quasi nec deceat obligationem imminuere contractus: & que nunc imminueretur tamen, si sic imminutum daretur territorium intra quod solum tueri Hispanos Rex noster posset. Etiam non nocet, quod objicitur & longè antehac longo usu servatos in*

8. Ol-drud. 318. Imol. conf. 67. fin. 9Decian. 1. conf. 7. *hujus-*

huiusmodi quaestionibus hos esse fines qui expressi nunc sunt Edicto. Nam ut praeterea qua traduntur difficillima in probando usu ¹⁰, mens certè Regis nostri ¹⁰ Riv. in contractu federis non videtur respo- ^{1. consil.} xisse ad usum illum, si quis fuit, aut ^{74. num.} etiam ad statusum, quod & heic vetu- ^{10.} stum exstare perhibetur. Neque enim sunt isthac communia & intellecta Prin- cipi alteri federato, intellecta forsitan nec ipsi Regi nostro; res nimirum facti, *nevo in regno*. Quae omnia, quoniam non solum ad limites holsce, finus, seu Regias in Mari Cameras, sed ad totius quod Britannicum est, Maris domi- nium attinent; visum est heic ex Alberico Gentili adicere. Et malè sanè Gentilem intellexit Joannes Gryphian- der ¹¹, qui de rebus maritimis fusè dis- ¹¹ *Tract.* serens, locum quem citavimus ita ex *de Insulis* eo breviter affert, ac si Jacobi Regis *cap. 14.* Edicto illo iurisdictionio ejus simpliciter fi- ^{§. 46.} nibus illis fuisset coërcita. *Anglia iuris- dictio marina* (sic Gryphiander) *quamvis in meridiem, septentrionem, & oc- casum porrigatur, tamen Edicto Jacobi hodierni Regis, certis finibus in Mari circumscripta est.* Autorem subjungit Albericum Gentilem. At verò non ju- risdi-

iurisdictionem suam eis finibus circumscribi simpliciter voluit Edicto illo, sed tantum quoad bellica Hispanorum & Hollandorum tunc temporis invicem gesta; reliqui maris Britannici pariter ac semper, ut decessores, dominus ac moderator. Id quod tum ex Edicto ipso, tum è Genuti factis est manifestum. Neque hoc facile coniectandum est, undenam erigenda habuerit, ut illud inducium singulare ac perpetuum quo Casarea, Sarnia, ecceterarumque insularum Normannica litora præjacentium iacobæ etiam in ipso mari fruuntur, flagrante uterunque inter circumvicinas gentes bello, nisi ab Angliæ Regum Dominio hoc Martino derivetur. De jure isto, ad hunc modum breviter, ex veterum testimonio edoctus, Gulielmus Camdenus ²².

Veteri Regum Angliæ privilegio perpetua hæc sunt quasi inducia, & Gallis aliisque quærentis bellum exardescat, ultrò citroque hinc sine periculo venire & commercia ferre exercere licet. Fugus autem in diplomatis aliquot regiis ²³ idem occurrit, sic de Casarea explicatum, quòd tempore belli omnium nationum Mercatores & alii tam ali-

nige-

²² In Insulis Brit.
 pag. 855.
²³ Rot.
 Pat. 2.
 Ed. 6.
 part. 7.
 Rot. Pat.
 2. Eli-
 zab. part.
 6. & Rot.
 Pat. 2.
 Jacobi
 Regis
 part. 19.

indigena quàm indigena tam hostes quàm amici liberè licitè & impunè queant & possint dicta insula & locis maritimis cum navibus, mercibus, & bonis suis, tam pro occurrendis tempestatibus quàm pro aliis licitis suis negotiis inibi peragendis adire, accedere, commeari ac frequentare, ac libera commercia negotiationum ac rem mercatorum ibidem acerrimè ac tuto ac securè commorari, indeque commeari ac redire toties quoties absque damno, molestia, seu hostilitate quacunque, in rebus, mercibus, bonis, ac corporibus suis, idque non solum infra insulam & locos maritimos predictos ac praesentium eorum, verum etiam infra spatia undique ab eisdem distans usque ad visum hominis, ut est quævis visus oculis possit assequi. Et privilegium hoc nuncupatur; quod in ipsum Mare vides extendi usque quò oculorum acies à litore possit diffundi. Si non à Regibus Angliæ quàm tam Maris quàm insularum domini sunt (& de jure quo Insulæ ipsæ ad eos spectant supra dictum est) man-

14 Cap.

19.

ne obtenditur quidem (quantum sci-
 mus) heic concessio. Sed duntaxat Re-
 gum Angliæ ; qui nisi circumluentis
 ubique maris ipsi domini essent, quo
 titulo, per tanta in eo undique spa-
 tia inducias ejusmodi, inter qualium-
 cunque gentium hostes insulas illas
 adpellentes, præstituere ? Quemad-
 modum verò non solum in sinibus,
 quos diximus, verumetiam per spatia
 inde, pro libitu, in territorium suum
 marinum extensa, hostiles quorum-
 cunque animos cessare voluere sæpius
 Reges nostri, ita similiter per has Gal-
 lici litoris oras haud adeò dispar indul-
 sere perpetuò privilegium quo, veluti
 sub æquoris arbitri ac moderatoris alis,
 tutum foret quibuscunque, etiam in-
 vicem hostibus, adnavigare, è portu
 solvere, & demum mari ad spatia, pro
 libitu primùm instituta, libere uti.
 Quod sane dominiū indicatio obscura
 non est.

CAP.

Tabulæ *sacrorum Scriniarum* publicæ in quibus antiquitus *Dominium Maris* Regibus Angliæ obiter, & tum à Rege ipso tum ab Ordinibus *Parlamentariis*, aliud agentibus, idque verbis expressissimis & summa cum deliberatione, ut *ius certissimum exploratissimumque*, tribuitur.

TAbulæ sequuntur, quæ sacris *Scriniis* servantur, publicæ, in quibus obiter, idque tum à Rege ipso tum ab Ordinibus Angliæ *Parlamentariis*, velut aliud agentibus, *dominium ac possessio Maris* Regi Angliæ disertè asseritur. Id scilicet sextum est *distributionis superioris* caput. *Edvvardus Rex tertius* se, decessoresque suos, *Dominos Maris* totius circumflui nuncupat in diplomatis singulis ad *Galfredum de Say* maris Australioris Occidentalisque, & *Ioan-nem de Norvico* Borealis (distinctionis termino ab ostio *Thamesis* ut solebat sumto) præfectum datis, quorum ex sacris *Scriniis* heic formulam imprimis animadvertendam (quantum ad hanc rem attingere potest) subjicimus.

Rex dilecto & fideli suo Galfredo de Say, Admirallo Flote suæ navium ab ore aquæ Thamisiæ versus partes occidentales,

² Rot.
Scotia. 10
Ed. 3.
memb. 16.

dentales, salutem. Cùm nuper vobis per literas nostras manda verimus, quòd vos unà cum quibusdam navibus de quinque portubus, quas de guerra pro obsequio nostro muniri & parari manda verimus, supra mare proficisceremini ad obvian dum & resistendum quibusdam Galeis in diversis partibus exteris provis & hominibus armatis munitis, quæ ad partes domini nostri ad gravandum nos & gentes nostras, vel ad partes Scotia in inimicorum nostrorum ibidem succursum divertere, ut accepimus, properabant; & quia iam ab aliquibus est relatum, quòd Galea ejusmodi sive ad numerum XXVI ad partes Britannia & Normannia noviter accesserint, & ibidem adhuc se teneant ad mala (ut creditur) contra Nos & nostros, quæ poterunt, perpetrandum, vel ad succurrendum dictis nostris, ut pradicatur, inimicis: Nos advertentes quòd PROGENITORES NOSTRI REGES ANGLIÆ DOMINI MARIS ANGLICANI CIRCUMQUAQUE & etiam defensores cetera hostium invasiones ante hæc tempora existerint; & plurimùm nos eaderet, si honor noster Regius in defensione hujusmodi nostris (quod absit) deperens

tempo-

temporibus, aut in aliquo minuatur, capi-
 pientesque huiusmodi periculis; auxi-
 lians Deo, obviare, & saluationi ac
 defensionis regni & populorum nostrorum
 providere malitiamque hostium nostro-
 rum reframari; Vobis in fide & legenti-
 sis quibus nobis obseruati estis, & sicut de
 vobis specialiter confidimus, mandamus
 firmiter injungendo, quod factis vris
 profensibus & alijsque ulteriori dilatio-
 ne, nauis portuum predictorum ac alias
 nauis que iam parata existant supra
 Mare tenentis, ceterasque nauis pro ob-
 sequia nostra huiusmodi arrestetis, quas
 super dearestari mandauimus (Ita
 scilicet quod prompta essent & parata
 ad proficiscendum in obsequium nostrum
 predictum cum Magistris & Marina-
 rios nauium eorundem faceremus pra-
 muniti sine dilatione, siue fuerint intra
 libertates siue extra, congregari, & eas
 de guerra hominibus & alijs necessarijs
 bene manentibus supra mare nostra cum na-
 uibus predictis proficisci facere) & Ga-
 leas predictas ac alias nauis contra nos
 guerrinas cum omni diligentia explore-
 tis easque si ad partes domini nostri vel
 ad partes Scotia ex causa predicta pra-
 sumserint destinare, potenter & viri-

liter expugnetis; Et si vos latenter evaserint, ita quòd ipsis non poteritis obviam, tunc easdem galeas & naves contra nos guerrinas cum Navibus flota nostra pradietis, si ad regnum nostrum vel ad partes Scotia pradietas transierint, sine dilatione aliqua insequamini & pro conservatione honoris nostri Regii viriliter destruat. Nolumus tamen quòd vos mercatoribus aut aliis per mare transiensibus & nos & nostros gravare, seu hostibus nostris succurrere non volentibus, quicquam damni vel molestie inferatis. Sequitur dein potestas classarios conquirendi, id genus alia aliquot. Dies item & autoritas ad hunc modum subjungitur. *Teste Rege apud Villam de S. Ioanne, XVI die Augusti. Per ipsum Regem & Consilium.* Confimiles literæ Ioanni de Norvico, plagæ Borealioris Admirallo, eodem dantur tempore atque autoritate eadem. In Legis item rogatione, sub eodem Edwardo rege, parlamentariâ (quæ ordinum vox erat) eum ab omnibus gestibus Regem Maris & haberi & appellari solitum comperimus. Verba sunt, *que*

2 Rot. Parl. 46. Ed. 3. xx ans passez & tout dix advenant, la navie de dix Roialme estoit en touz portz &

& bones villes sur mier & sur riviers si
 noble & si plentimouse, que touz les pais
 tenoient & appelloyent nostre avantsdit
 Seignieur, LE ROY DE LA MIER,
 & tout son pays dotoyent le plus per mier
 & per terre per cause de la dite navie,
 &c. Quæ Normannica sonant, aded
 celebrem fuisse retroactis semper tempo-
 ribus in omnibus regionibus maritimis
 rem Anglorum nauticam, classem item
 aded numerosam, ut universarum re-
 gionum incola censerent & vocitarent
 Regem nostrum, Maris Regem. Egre-
 gium itidem est hac de re testimonium
 in tabulis Parlamentariis Henrici V
 Regis, ubi ad hunc modum, pro more,
 rogatur lex. Item prient³ les Commens³ Rot.
 que, per lou nostre tressoverain Seignieur Parlam.
 LE ROY ET SES NOBLES PRO- 8. Hen. 5.
 GENITORS DE TOVT TEMPS mem. 3.
 ONT ESTE SEIGNEURS DEL art. 6.
 MEER, & ore par la grace de Dieu
 est venuz que nostre dit Seignieur le
 Roy est Seignieur des costes d'ambepar-
 ies del Meer; d'ordeigner sur tous
 strangers passants per my le dit meer, tiel
 imposition. al ceps nostre dit Seignieur le
 Roy à prendre que à luy semblera reso-
 vable pur la sauvegarde del dite Meer.

Quæ sonant, *Item petit universitas ple-*
bis ut (cum Rex dominus noster supra-
mus & illustres ejus progenitores per-
petuò fuerint Domini Maris, & jam ex
gratia divina evenerit, dictum domi-
num nostrum Regem Dominum esse li-
torum utriusque partis maris) ex san-
ctione irrogatur universis exteri per
mare dictum transseuntibus tale velli-
gal, in dicti domini nostri Regis commo-
dum præstandum, quale ipsi visum fue-
rit rationi consonum ad tutelam dicti
Maris. Respondum, quod rogationi
huic subscriptum est, ita se habet, Scit
avise par le Roy, id est, Deliboret ipse
Rex. Nam in Gallis tunc Rex agebat,
earum hæres & victor, Parlamenti præ-
fide Humfredo Duce Gloucestris, An-
gliz tunc Custode seu Legato, à quo, ut
à Regis vicario, leges rogatæ hujusmo-
di plerunq; tutele pro more responsa
quoties assensus eis non est præbitus;
quemadmodum, ipso rege præsentè,
le Roy s'advisera seu Rex deliberabit
responsi à vetustis seculis etiamnum in
rogationibus, quæ in sanctiones non
transseunt, locum obtinet. Scilicet in
rogationibus quibus assensum antea
præbuerint tam proceres quàm plebs
univer-

universitas, id est, ordines Angliæ Parliamentarii. Quod heic imprimis advertendum. Nam certissimum est, nullum sive à Rege sive nomine Regis, ex more, accedere Parliamentariis legum rogationibus responsum, antequam rogatio sive apud proceres inchoetur sive apud plebis universitatem (quippe sive apud hanc sive apud illos sigillatim, non apud utrosque simul, initium sumere solet) utrosq; habuerit autores, quod sciunt omnes rebus & Scriniis Parliamentariis versati. Et ubi alterutrum nomen in ipsa rogationis formula deest (ut in jam allata, Procerum) suppleri solebat, ut hodieque, id ex formula assentiendi brevissima quam Rogationi adjiungunt ordines apud quos Rogatio inchoata non est. Nam ab ordine penes quem inchoatur, ad alterum transmittitur, qui aut assensum præbet aut eam rejicit. Ubi uterque ita assensum præbuerit, postmodum, aut assensus accedit regis (unde in legem transit rogatio) aut in deliberationem, modo indicato, seponitur. Quorum neutrum à rege unquam ex more Parliamentario fit, nisi præcesserit tam procerum quam Plebis assensus. Ex ipsis autem rogationibus

nis

nis (in quibus hujusmodi assensus formulæ expressim adjici solitæ) membranulis in tabulas Parlamentarias, quæ omnimodæ transactionum in Parlamento rerum historię satura est, describitur ex more eoque veterrimo, integra Rogationis formula (Petitionem seu *Billam* nuncupant) ipsissimis, quibus primò exhibetur, verbis; prætermissa expressa mentione assensus, qui extra formulæ corpus accedit, tum procerum tum plebis (quippe utrorumque assensus satis dignoscitur ex eo quòd ad Regem; more Parlamentario, ea ita pervenerit) & adjecto tantùm regio sive Assensu sive Deliberatione, ut ostensum est. Ipsæ autem Rogationum ejusmodi membranulæ pleræque ad secula vetustiora attinentes periere; cum tamen tabulæ, in quas referri seu describi solitæ sunt illæ, curâ non indiligenti etiam per c c c amplius annos fuerint in scriniis asservatæ. Quod totum ideo heic monendum duximus, ut ex rogatione jam allata ex tabulis Parlamentariis de tempore Henrici quinti, hæc Tria ad rem quam tractamus maxime facientia observentur. Primò ex jure à Majoribus accepto, Maris dominum

cbs

esse Regem Angliæ uno ore Ordines
 Parlamentarios, id est, & proceres uni-
 versos & plebis universitatem indubi-
 tanter, utpote rei ex veterum etiam te-
 stimoniis fortè aliquot, quæ nobis tem-
 poris injuria invidit, scientissimos, affir-
 mâsse. Id quod itidem habetur in priori
 illa quæ ad Edvardi tertii regnum atti-
 net. Nam similem utraque in tabulis
 quales diximus, sortitur locum. Secun-
 dò Mare de quo loquuntur esse totum
 quod Gallias & Angliam interluit. Nam
 expressim ajunt Regem Henricum,
 Maris dominum, jam fuisse dominum
des costes d' amboparties del meer, id
 est, *ovarum seu litorum utriusque par-
 tis Maris*, seu quæ utrinque Mare in-
 cludunt, quod de alio aut majori mari
 quàm de quo antea proximè ibi dictum
 est, intelligi nequit. Adeoque de toto
 illo Mari planè sumendum. Tertio, Or-
 dines illos non dubitasse quin exteris
 quibuscunque, per mare hoc ubicunq;
 transeuntibus, Parlamenti Anglicani
 autoritate vectigalia irrogari potuis-
 sent; ut in portu portoria. Nec cogi-
 tasse omnino, Regem, quæ Rex erat
 tunc Galliarum, sed quæ Angliæ tan-
 tum; id est quæ totius interluentis Maris
 domi-

dominus, ea de re esse rogandum. Atque ab similitimum est veri nec omnino cum ratione admittendum, illos voluisse ita ex deliberato (nam ejusmodi de rebus diu tam à proceribus quàm plebis univèrsitate deliberatur antequam rogationi assensum præbent ipsi) voluisse, inquam, ita ex deliberato vectigalia Sanctione Parliamentariâ Anglicanâ irrogari, in loco qui non ut patrimonii sacri pars, Regi Angliæ, quâ Angliæ, subjaceret. Hinc etiam Serenissimus & potentissimus Carolus Rex noster anno superiore, titulo avito & justissimo, se pronuntiavit & progenitores suos Reges

4 Brev. 10 *Anglia dominos Maris hujus, semper*
Caroli R. hæcenus extitisse; in literis t nimirum
Octob. 0. ad provincias Angliæ maritimas datis,
sen 1634. quibus Navium subsidiariorum in do-

minii sui Maris tutelam constructio irrogatur. Hinc accedat Guilielmum de Leyburne, in pactis inter Regem nostrum Edwardum primum & Guilonem Comitem Flandriæ initis, de insignibus in navi unaquaque gestandis & reis in Mari puniendis. *Admirall de la mer du dict Roy d'Angleterre, seu Admirallum maris dicti Regis Angliæ.* Alia ex sacris Scriptoribus ejusmodi

5 1286.
 sen 15.
 Ed. I. in
 Fascic. de
 Superioritate
 Maris; in
 Arce Lō.
 din.

ejusmodi occurrunt tam ubi de Maris dominio in Juris patrii mores recepto ac recognito proximè, quàm ubi de Exterorum testimonio postea differimus.

CAP. XXIV.

De Juris Patrii commentariis moribusque receptissimis, quibus sive asseritur sive admittitur dominium Regis Angliæ Marimum.

Septimum, in distributione Capitum, quæ testantur Regum Angliæ dominium quod diximus, est de Juris Patrii Commentariis & moribus in eo receptis, qui illud à vetustissimis seculis adstruant. Quæ huc spectare possunt etiam habentur non pauca in eis quæ de Custodia maris, Admirallatu Anglicano, aliis suprâ tractatis, subinde jam aperiantur. Sed verò in hoc capite aut Jurisconsultorum nostratium sententiis ac commentariis, aut tabulis forensibus eorum opiniones explicantibus potissimum utemur. Fateor quidem in autoribus aliquot juris nostri qui ante annos C.C.L. aut circiter conscripsere, postquam (uti tunc mos erat) jus Cæsareum etiam perlegerant, sententiarum, quæ de mari in libris juris illius repererant, ita fuisse verbo saltem tenus tenaces, ut

cas

cas sua in scripta de acquirendo rerum dominio agentes transferrent. Inde est quod Henricus Bractonius, sub posteriora Henrici tertii tempora Jurisconsultus celeberrimus, *Naturali*, inquit ¹,

² *Lib. 1. seu de Rerū divisione cap. 12. §. 5. & 6.*

jure communia sunt omnia hæc, aqua profluens, aer, & mare, & litora maris quasi maris accessoria. Item, adificia si in mari sive in litore posita fuerint, adificantium sunt de jure gentium. Et statim post, *Ius piscandi omnibus commune est in portu & in fluminibus.* Quod idem

² *Autor Flota Ms. l. 3. c. 1. Breton l. 2. c. de Purchaf.*

in aliis aliquot ³ illius ævi Jurisconsultorum nostratium libris occurrit, ut id quod exciderat scriptoribus Ulpiani & Justiniani verborum (de quibus abundè dictum est in libro superiore) quàm par erat, in generali rerum divisione, amantioribus. Ceterùm hi ipsi aliis in locis, mores Patrios indicantes, Regis in mari dominium satis admittunt. Nam ipse Bractonius postea non semel loquitur de iis qui ex indultu regio *quiescunt*

³ *Bracton l. 2. c. 24. §. 2. & 5. fol. 56. & 57.*

sunt de Theolonio & consuetudinibus dandis per totum regnum Anglia inter ra & Mari, & per totum regnum tam per terram quàm per mare. Et ejusdem in ævo Civibus Londinensibus indulgebatur præstationum aliquot immuni-

ras ⁴ *per totum regnum tam per Mare* ⁴ *Res*
quàm per Terram. Non minùs ita Bra- *Pat. 51.*
 ctionius, cùm ad Patrios redit mores, *Hon. 3.*
Maris quàm Terræ regnum Regi suo *21.*
agnovit. Atque hinc etiam factum est,
 ut inter *Capitula Corona* (ut vocant) id
 est, articulos de quibus à Judicibus per
 universam Angliam delegatis ad pu-
 blicam pacem factam testam conser-
 vandam, solenni more erat inquiren-
 dum, habeatur & hoc *De Purpresturis*
factis super dominum Regem, sive in Ter-
ra sive in Mari, sive in Aqua dulci, sive
intra libertatem sive extra, sive alibi
ubicunque. Idque inter articulos hujus-
 modi ab ipso Bractonio & Codicis Fle- *5 Lib. 30*
 te dictæ Autore ⁶ recensitos locum ha- *de Coro-*
 bet. *Purpresturas* autem linguâ forensi *na, cap. 1.*
 appellamus ea quibus locus publicus, *§. 3. &*
 quod in patrimonio est Principali, velu- *cap. 2. §.*
 ti iter publicum, Flumen, id genus ce- *1. fol. 116.*
 tera, fiunt deteriora. Nec igitur Maris, *b. &*
 ex recepti hujus de *Purpresturis*, in ge- *118. 2.*
 nerali Inquisitionis formulâ, articuli *6 Fleta*
 ratione, dominium Regi tribuitur mi- *Ms. lib. 1.*
 nus ac Telluris, Itineris publici, Flumi- *cap. 20.*
 nis. Concors est articulus ille de aquâ
 qualibet cunque falsâ à subdito aliquo
 inclusâ, alióve modo occupatâ; quod
 fieri

fieri dicitur in vetustis Tribunalis nostri Maritimi commentariis, *in Regis exheredationem*. Verba sunt ibi⁷, *Item soit enquis de ceulx qui accrochent à eulx eaues salees en desheretison du Roy*. Hodieque de eâ re, ex Admiralli summi autoritate, inquiri solet. Robertus item Belknapius, Judex sub Richardo II Rege celebris Mare ait⁸ Regi, uti regni sui Anglicani seu patrimonii sacri partem, subjacere. Verba ejus idiomate Normannico ita se habent; *Le Mere est del ligeans del Roy, come de son corone d'Angleterre*. Ne scilicet quis dubitaret, an jure regni Anglicani an sive Normannici Ducatus, sive aliis in Galliis provinciæ jure id Regi suo competeret, signanter *ut de Corona sua Anglia*, seu *ut de sacro Anglia patrimonio*, verbis suis adjecit. Alter item qui sub Henrico VIII scripsit, ex more vetere traditum esse ait, Regi Angliæ hoc onus incumbere, ut Maris Britannici domino, Prædatores Mari submovere, ejusque usum velut itineris publici (cujus solum in suo patrimonio) navibus tantum præstare. Sic enim Anglicè loquitur⁹; *The King of the ould custome of the Realme, as the Lord of the*

⁷ Cod. Ms. de admiral-
rallatu
fol. 18 b.
Artic. in
Admiral-
lat. in-
quirend.
edit. anno
1595.
num. 33.
⁸ 6. Rich.
2. Fitz
Herbert
tit. Pro-
tection.
46.

⁹ Sein-
german.
L. 2. c. 51.

narrat

narratō Sea, is bound as it is said,
 to scour the Sea of the Pirats and
 petty robbers of the Sea. Tantū-
 dem, quantum ad dominiam attinet,
 apud Jurisconsultos nostros recentio-
 res ¹⁰, citra controversiam admittitur. ¹⁰ *Edv.*
 Et in Tabulis publicis Capita aliquot, *Cote*
 de quibus sub Edvardo tertio Rege Ju- *part. 5.*
 dices in Reip. commodum erat con- *fol. 108.*
 sulendi, continentibus liquet, apud Ju- *& in*
 rificōsultos nostros illius ævi, dominiam *Cōm. ad*
 Regis Marinam, quam antiquam su- *Title*
 perioritatem Maris vocabant, in ambi- *ton*
 guo non fuisse. Sed ei cōmodiūs tuen- *sect. 439*
 do consiliū inibatur. Consulebatur *fol. 260.*
 nempe Judicium confessus *ad finem,*
quod resumatur & continuetur (sic in
 facris Scriniis ¹¹ habetur, & observan-
 dum est imprimis quod occurrit heic de
 Uliaris insulæ, quam Oleron vocamus
 ad ostium Charontonis fluvii sitam in
 sinu Aquitanico, legum Nauticarum
 initiis) *ad subditorum prosecutionem*
forma procedendi quondam ordinata &
inchoata per avum Domini nostri Ro-
gis (Edvvardum I) & ejus consiliū ad
retinendum & conservandū antiquam
Superioritatem Maris Angliæ & jus of-
ficii Admirallatus in eodem, quoad cor-
rigendū,

¹¹ *In fa-*
scic. de
Superio-
ritate
Maris; in
Arce Lō-
dinensi.

rigendum, interpretandum, declarandum, & conservandum leges & statuta per ejus antecessores Anglia regis dudum ordinata ad conservandum pacem & Iustitiam inter omnes gentes Nationes cujuscunq; per Mare Anglia transeuntes, & ad cognoscendum super omnibus in contrarium attemptatis in eodem, & ad puniendum delinquentes & damna passis satisfaciendum; qua quidem leges & statuta per Dominum Richardum quondam Regem Anglia in reditu suo à Terrâ sanctâ correctâ fuerunt, interpretata, declarata, & in insula Oleron publicata, & nominata in lingua Gallica na le ley Olyron. Pro receptissimo heic exploratissimoq; habetur, Regem Angliæ maris cognominis seu circumflui dominum jure fuisse avito. De jure verò hoc ritè tuendo tantùm erat à Jurisconsultorum confesso agendum. Neque obscurum est sanè signum hujus domini, Richardum primum Regem Angliæ in Uliari insulâ, quam ipse in mari suo sitam, nō tam ut Dux Aquitaniz quàm Rex Angliæ possidebat (qua de re diximus superiùs) leges illas marinas seu nauticas etiamnum vim obtinentes, in insulâ illâ suâ, velut rerum

mari.

marinarum solum regnatorem moderatoremque primùm promulgasse, & tantam eis atque tam perpetuam inde tribuisse eo nomine auctoritatem, ut quemadmodum Rhodiæ leges nauticæ seculis in vetustioribus Rhodios fuisse Græci maris dominos (ut res ipsa se habet) probant, ita Uliarenses leges hujusmodi vim in mari sortitæ¹², à primâ¹² Editæ earum institutione, Angliæ Regem ut pote authorem suum Maris circumvicini dominum nūquam non recognoscant. Ceterum harum legum exemplaria aliquot typis mandata, eas sexaginta aut circiter annis recentiores esse Ricardo illo Rege faciunt; quâ fide, nescio. Latas enim memorant anno LXVI supra millesimum & ducentesimum, qui est Henrici nostri tertii quinquagesimus. In jure item patrio, inter absentium privilegia habetur, eos qui extra regnum Angliæ fuerint tempore solennis de fundo aliquo in acta publica relatæ transactionis (*Finem* voce forensi dicimus) sive annali, ut olim, sive quinquennali, ut jure recentiori, præscriptione non ita teneri, quin domum redeuntibus integrū sit jus suum, si quod eis competierit, intra similia temporis à re-

¹² Editæ

France.

tom. 2.

tit. 2. de

Juribus

et privi-

legiis Ad-

mirali

§. 19.

à reditu spatia, vendicare. At verò *intra regnum* ex eodem jure sumitur idque solenni phrasi pro eo quod est *intra* (seu ut barbarè dici solet *infra*) *quatuor maria*¹³, nempe Australe, Occidentale, Orientale, & Septentrionale illud quod Isthmum, quo conjungitur Anglię Scotia, utrinque alluit. Intra nempe terminos extremos Imperii Anglicani in quatuor illis maribus, seu vis ad versus Orientalis & Australis litora portusve aliorum principum, atque intra Septentrionalis & Occidentalis terminos, qui aliter quidem finiendū sunt; sed tamen finiendi: velut ex occupationis in Occidentem ultra Hiberniæ litora occidentalia amplitudine, atque ex maris quod Scotici juris est initio. Quod autem oppositum est *intra quatuor maria*, est ipsum *intra quatuor maria* seu in partibus esse ita trans maribus terminis domini Regis Anglię marini sint ulteriores; unde de finibus seu exteriori marium limite judicandum. Et ut cunque *Terra Anglię* pro eo quod est regnum seu Imperium totum Anglicanum interdum, ut idem significans usurpetur, locutione scilicet vulgo usitate

13 Stat.
18. Ed. 1.
sen de
modo le-
vandi Fi-
nes Bra-
con. l. 5.
de Exce-
ptionibus
c. 30. fol.
437. 2.
Ed. 3. fol.
92. 4. Ed.
3. fol. 46.
pl. 30.
Sig.
herbert
8. Rich. 2.
tit. Con-
tinuall
Clame
13.
Plow-
den
Comm.
part. 1.
fol. 359.
& 360.
& c.
24 Bra-
con.
ibid. &
Cote
Jacobi

11. 8. fol. 100. cas. Rich. Lichford.

ore & reverà restrictiore pro eo quod
 t multò amplius (ut fieri amat) adhi-
 rã; certissimum tamen videtur in Ju-
 s Patrii nostri commentariis *Extra*
maris & extra regnum (quã
 illicet regnũ nomine Imperii Anglica-
 arca qualiscunq; continetur, non
 ab Hibernia, quã eisdem ejusdem
 perii regnum est singulare, alitve in-
 ha quã in sacro Angliæ Regum patri-
 onia consentus, Angliæ regnum in-
 re¹⁴ subinde distinguitur) idem ipsum
 enotat. Nam solenne est in linguã
 rens ita cum, qui extra regnum, illo
 ntu fueris, designare. Et cum excipie-
 atur sub Ricardo III rege, cum, qui
 oc nomine prescriptione annali sub-
 rovari volebat, in Scotiã fuisse *intra*
maris, responsum est & deci-
 im¹⁵, quoniam Scotiã intra regni An-
 lia fines non erat, ideo exceptionem
 ffe nullam. Ad eundem valeret *intra*
maris & intra regnum; unde
 e idem sic *Extra regnum*, & *extra*
maris. Hoc ita notiam *extra*
regnum esse apud Hibernum, jatis no-
 no Scipioneum facile principem, & se-
 ius¹⁷ notatum, non aliud significans
 quam quod ipse alibi¹⁸ per eum qui *ala*

¹⁵ Cote

part. 7.

in cas.

Calvini.

fol. 23.

¹⁶ 8. Ric.

2. Fitz

herbert

tit. Con-

tinuall

Clame

13.

¹⁷ Selt.

440. &

441.

¹⁸ Selt.

677. &

videfis

Plow

den

Comm.

part. 1.

fol. 359.

& 360.

ouster

*ouster le mere seu mare trajecit aux
 sans seu ultra Mare se contulit.* Inde
 etiam videtur manasse quod, cum inter
 reorum aliquot, apud nos, in iudicio fi-
 stendorum excusationes temporales (*es-
 sionia* in foro vocamus) binæ habeantur
 quarum altera *de Ultra Mare*, altera
de Malo veniendi nuncupatur, atq; po-
 sterior ei competat qui qualicumque,
intra Maria seu *citra* eorum, quæ An-
 glicani juris sunt, terminos ulteriores,
 infortunio præpeditur, prior autem ei
 qui *extra* Imperii Anglicani *Maria* a-
 git; inde videtur, inquã, manasse quod
 seculis anterioribus, quando frequen-
 tior excusationum hujusmodi in foro
 usus erat, reus in Hibernia absens poste-
 riori formula ritè uti potuerit, non au-
 tem priori. Quam nihilominus si per
 inasctiam adhiberet, posterioris tantum-
 modò naturam ea induebat, suam, id
 est, omnem quæ ex eo, quod *ultra ma-
 re*, sensu vulgationi, ageret reus, pende-
 bat, prorsus exuens. Scilicet natura u-
 triusque, ex jure recepto, ejusmodi fuit,
 ut ubi priori quis legitime usus esset, is
 etiam postmodum posterioris benefi-
 cio semel itidem gaudere posset. In di-
 cta autem specie, priori neutiquam le-
 gitime

gitimè adhibitâ, sed tamen in posteriori-
 tem per juris interpretationem, ne pla-
 nè inutilis foret, conversâ, posteriori
 locus non erat; ne scilicet contra mo-
 rem iteraretur. Res ipsa sub Henrico
 tertio rege ita decisa est, teste ad hunc
 modum, Henrico Bractonio. *Esto, in-*
quit ille ¹⁹, quòd quis se essonia verit de
Ibernia quasi de ultra mare; attornatur
essonium illud ad simplex essonium de
Malo veniendi ut coram Martino de
Patteshull in banco. anno regis Henri-
ci sexto de Gilberto Mariscallo & Ceci-
lia uxore ejus & Allano de Hyda qui
vocavit ad varrantum Villielmum
Marescallum in comitatu Dembroote
& qui se essonia vit de Ibernia, & non
fuit allocatum, & postea fecit de hoc
quòd aliud essonium de malo veniendi
ad alium diem non fuit allocatum. Tan-
 tundem habetur etiam apud *Fleta*, Co-
 dicis ita dicti ²⁰, autorem vetustû. Certè
 non minùs ultra mare sita est Hibernia
 quàm sive Gallia sive Hispania, nisi de
 civili tantùm hujusmodi situs notione,
 decisionem illam capias. Minimè nimi-
 rum sitam esse ultra Mare illud quod
 Imperii Anglicani pars & territorium
 est sed in eo collocatam & unico, cum

¹⁹ Lib. 5.
 tract. de
 Essonii,
 c. 8. §. 2.

²⁰ Mr.
 66. c. 8.

X Anglia.

Anglia, summo imperio comprehensam; adeoque excusationem *de ultra mare* haud ea in specie admittendam.

21 Mr.

fol. 12b.

22 Temp.

Ed. 1.

Sins

herb.

rit. No

vowzie

192. &

Placit.

37. & 38

Henr. 3.

Rot. 10.

Devon

Itin.

Suffex

47. Hen.

3. Rot. 10

Trin. 50.

Hen. 3.

Rot. 22.

& Trin.

24. Ed. 3.

in Brevir

bus Regis

inter

Pilt &

Veno.

re;

quæ in

Arcis

Londinensis

In vetustis item commentariis ²¹ de

Tribunalis nostri maritimi moribus,

legitur sub Henrici primi Regis tem-

pora (obiit ille anno Christi M C XXXI)

aliorumq; regum tam decessorum ejus

quàm successorum morem obtinuisse,

Ut, siquis criminis in mari capitalis

reus præconis voce quinto, legitimis

semper interpositis dierum spatiis, pu-

blicè vocatus se corâ Admirallo in Tri-

bunali non sisteret, interdiceretur ei

Angliâ & *de mer appartenant au Roy*

d'Angleterre, seu Mari quod ad Regem

Anglia pertinet, per annos plus minus,

ad arbitratum Admiralli, quadraginta.

Alia huc spectant de Actionibus olim

solitis ob res in Mari hoc emergentes

disertis verbis institui in Tribunalibus

juris nostri municipalis ²² ordinariis,

quorum jurisdictio ejusmodi semper

habita est, ut actio de re alibi ac intra

regni fines emergente, ex stricto jure

veteri, instituta nunquam non esset ab

eis rejicienda. Quemadmodum jam à

seculis obtinuit plurimis rejiciendam

esse

esse

esse

esse

esse

esse

esse

esse

esse

esse

esse nisi intra *corpus* (uti ajunt) *Comitatus*, id est intra Insulæ provinciam aliquam præfectis, quos Vicecomites nuncupamus, mandari solitam res ortum habuerit. Provinciâ hac Marinâ, non solum quoad tutelam & Custodiam, verum etiam quoad Jurisdictionem, Admirallo summo, sive eis qui vires ejus gerunt, jure antiquitus recepto, cedente. Adeo tandem ut manifestum sit, etiam ex juris Patrii tum sententiis tum moribus, instituendarumque in eâ actionum olim formulis, dominium Regis Angliæ marinum citra controversiam admitti asserique. Nec contra habet omnino vim quod sive Bractonius Jurisconsultus nostras (ut dictum est) sive alii aliquot alius tam recenter quàm antiquitus, sed nimis oscitanter (dum Anglicani Juris institutiones tradunt²³) sequaces, de Maris illa veteri in libris Justinianeis etiam & in fluminibus piscandi communione, obiter effutierint; ac si in jure nostro ejusmodi communio locum haberet. Sanè non tam ut Juri Patrio hac in re exploratissimo adversum, quod ita ex-

²³ Io. Cov
vvelnus
Instit. Im-
vis An-
glicani
lib. 2. tit.
1. §. 3. &

hoc innuunt, ut ostensum est) quàm pro Ulpiani seu juris Cæsariani scholæ reliquis obiter in scriptione & nimis negligenter adhibitis æstimandū. Id quod itidem dicendum est de Scriptore apud nos uno & altero ²⁴, qui ex medii fluminis insulæque in eo natæ ratione plerunque in Jure Cæsareo receptâ, medium interfluentis æquoris terminum dominii hujus marini Regibus nostris obiter, sed inscieniter faciunt. Etiam idem est similiter dicendum de Legatis ²⁵ Elizabethæ Reginae, qui Bremæ cum Christierni IV Danorum Regis legatis de libera per Oceanum Septentrionalem navigatione agentes, perpetuam maris, ex jure Gentium, omnimodi communionem objiciunt, dominium negant, alia ex juris Cæsarei scriptoribus in argumentum trahunt, quæ tum juri Anglicano, tum juri Gentium Intervenienti, quod à tot seculis inolevit de maris dominio, planè adversantur. Aut (inquam) idem de illis est dicendum, aut eos non tam quæ sibi vera argumenta, quàm quæ apud Jurisconsultos Cæsareos quibuscum agerent vim habere majorem viderentur, pro re natâ selegisse. Neque novum est Jurisconsultos

24 *An-
dreas
Horn
Ms. in
Speculo
Justitia-
riorum
lib. 2. &
Joannes
Dec in
Monarc.
Britann.
pag. 21.
25 Anno
1602.
apud Cæ-
den. in
Annali-
bus Tom.
2. pag.
272. E-
dit. Lon-
dinenf.*

consultos Cæsareos de naturali ac perpetuâ maris communione verba facere, etiam ubi certissimum est in ditio-
ne, quâ continetur ipsi, ejus dominium à vetustissimis seculis admitti; ut in superioribus declaratur. Sûnt etiam quamplurima apud nos sive fisci sive eorum, quibus fisci jus à Rege indulgetur, jura quæ dominio (quod tractamus) marino subniti putant nonnulli. Veluti Fisci applicatio bonorû in mari derelictorum, piscium aliquot grandiorum, ut Pistricum, Sturionum, aliorum. Et ferè vim fortitur 2°;

*Quicquid conspicuum pulchrumq; ex
a quora toto est,*

26 *Inve-
nal. Sa-
tyr. 4.*

Ras fisci est ubicunque nascat. —

Præter Naufragorum bona in litus, ubi animal nullum ex nave superstes fuerit, ejecta. Cæterum hæc non solum Maris domino, verum & aliis alibi gentium interdum, competunt. Et aut ex Continentis jure, ut in ejectis ad litus, seu repertis importatisque; aut ex jure in personas quæ primò occupaverint, ut in rebus quibuscunque in mari derelictis repertisve, id genus aliis, plerunque pendent. Ideò ea in partes hæc non trahenda duximus.

CAP. XXV.

Minoris notæ testimonia aliquot vetera de
Dominio, quod tractamus, Marino.

Postremum caput in distributione
superius habitâ, est de testimoniis
aliquot minoris notæ. Nummus à Re-
gibus nostris sæpius cusus est aureus,
Nobilis rosatus dictus, qui in altera par-
te Navi in Mari fluctuante, Regeque
ense & scuto armato in ipsa Navi, ut in
Throno, sedente insignitur; ut ita im-
perii Anglorum exhiberetur Marini
symbolum. Nummi forma hujusmodi
est. Cujus autor primus extitit Edvvar-



us Rex tertius, cum classe numerosis-
simâ, navium scilicet undecies cen-
tum, Mare suum tuebatur; quo tem-
pore, ut aliâ, victricia per Gallias fere-
bat arma. Certè hac in re exemplum
ferè secuti sunt Reges nostri illud Cæ-
sar Allekti, qui Britannicum imperium us-
tulus

¹ Thom.
Walsin-
gham.
1359. sen
33. Ed. 3.

Etus (ut supra² ostenditur) ejusmodi² Cap. 5.
 nummo Imperium suum denotari vo-
 luit. Typus, quem adjecimus, est, puto,
 Edvardi IV. Et in Numismatum Re-
 gni Gallicani volumine in Galliis nu-
 per³ edito, habentur nummi aliquot³ Figures
 Regum Angliæ qui & Franciæ simul des Mo-
 Reges fuere. Sed ad sacri Angliæ patri- noyes de
 monii jus insignia illa Navis, Maris, En- France
 fis, Thronique, non omnino ad Fran- fol. 131.
 ciæ attinere, dubitare nequit, quisquis & 132.
 nec volam ejusce rei nec vestigium in
 numismatis Gallicanis, à Regibus tan-
 tum Francorum excusis, reperiri ob-
 servaverit. Quod in Zelandorum num-
 mis aliquot Maritimæ potestatis insi-
 gnia etiam, veluti Leo è mari emer-
 gens, atque id genus alia occurrunt; id
 sine nuperum admodum est, & non
 omnino dominii (si portus eorum &
 spatiola maris interiora insulis eorum
 inclusa excipias) sed vitæ generis situs-
 que populi tantum index. Nummi au-
 tem, quem diximus, Anglicani partis⁴ Apud
 averis inscriptionem (quæ in aureis Guil.
 nummis nostratibus adeo rara non est) Camden.
 scilicet *Iesus autem transiens per me-
 diterraneorum ibat*, ex Evangeliiis de-
 sumtam, alii⁴ opinari sunt symbolum
 Edit.

fuisse Chymistarum, qui, sanctissimi numinis & nomine & transitu ita profanè satis usurpato, reconditam artis suæ, quæ aurum nummis hisce sub Edwardo tertio conficiebat, majestatem adumbrari vellent; alii amuleti vicem obtinuisse, & cædi & vulneribus averruncandis. Certè verba illa in iis quibus tortorum quæstioni subjecti interdum, dolori allevando abigendoque, utuntur, locum habere ex Jurisconsultis aliquot scimus. Nec operæpretium est ea de re amplius heic disquirere. Partis verò nummi adversæ mentem versificator Anonymus, qui sub Henrici sexti tempora rhythmis scripsit *Anglicanis de Politia conservativa Maris*, ita explicat;

For foure things our Noble sheweth
to me,
King, Ship, and Sword, and Power
of the See.

Quatuor indicari ait in Nummo; Regem, Ensem, Navem, & Maris Imperium. Quin Anglorum imprimis interesse enixe suadet Mare (cujus Domini Reges Angliæ) diligenter custodire, sibiq; ut imperii firmamentum perpetuum atque præsidium maxime tueri.

Tan-

⁵ Paulus
Grillan-
dus,
Tract. de
Quæst.
& Tor-
tura, q.

4. num.

13. & 14.

⁶ MS. in

Biblio-
theca

Cotto-
niana

& vide

G. Cam-
den. loco
jam antè
citato.

Tantundem etiam ait monuisse Sigismundum Augustum, cum Henricum nostrum V, ad conciliandam inter eum & Carolum Francorum Regem VI pacem, invisebat. Verba ejus subjicere liceat.

The true processe of English policie:
Of utterward to keep this region
Of our Englonde (that no man may
Denie

Not say of sooth but it is one of the best)
Is this; that who seeth South, North,
East, and West.

Cherish merchandise, keep the Admirallie.

That we be Masters of the narrow See;
For Sigismund the great Emperour,
(With yet reigneth) when he was in
this lond

Whieh King Henry the first, Prince of
honour,

Here much glory, as him thought, he
found;

A mighty land which had taken in hand
To werre in France, and make mortality,
And ever well kept round about the See,

And to the King thus he said, My bro-
ther.

X; When.

(When he perceivd two towne Calys
and Dover) [other:

Of all your towne to chuse, of one and
To keep the Sea and soon to com over.
To werre outwards and your reiga to
recover,

Keep these two towne sure, and your
Majestie. [See.

As your twenne eyne, so keep the narrow
For if this See be kept, in time of warre
Who can here passe without danger
and wo?

Who can escape? who may mischiefe
differre?

What marchandie may for by be agoe?
For needs hem must take strewes every
foe,

Fladers and Spaine, and other, trust to me.
Or else hindred all for this narrow See.

Quæ rhythmis hæc diffusiora ha-
bentur, eorum sensum supra pauculis
contraximus. Verba reddere operæ non
est pretium. Idem etiam versificator;

But King Edward made a siege royall
And wanne the town; and in speciall
The Sea was kept, and thereof he was
Lord;

Thus made he Nobles coined of Red
cord. Id

Et est; *Edvardus* vero Rex obsidione urbem (Caletham) ipse praesens cepit. Custodiebatur interim *Mare*; atque ejus ipse erat Dominus. Unde nummos Nobiles dictos coepit. Alia item testimonia amplissima habemus hujus rei domestica cum vetustâ litterarum de eadem re Gentium recognitione mixta, quae proximè subjungantur.

CAP. XXVI.

Ab exteris, quorum maxime interest, Dominam Regem Anglia Marimum solenni, ex veteri instituto, velorum demissione recognosci. Et de Edictis, ea de re, bina Regum Galliarum.

AD Exteros devenimus. Quorum sane aliquos ex his quae superius si-
ve de limitibus navigationi à Rege Angliae praestitutis, si-ve de transitu per hoc Mare non semel petito differuntur, dominio huic adstipulatos esse satis est apertum. Sed bina sunt praeter ceteris testimonia insignia, eos sane (et vicinos & quorum maxime interest haec, ut oportet, potissimum spectes) universim idem fecisse. Horum alterum est solennis Velorum summorum Demissio quâ uti solet quaelibet navis cujuscunque gentis exterae, si prope Classem Regiam.

giam navemve aliquam ejusdem classis
 in mari hoc prætervehatur. Alterum
 est Libellus vetustus publicè editus, seu
 Actio instituta quâ Angliæ Regum in
 Mari dominium quamplurimæ gentes
 Extære olim simul, unoque cum An-
 glis ore, sub Edyvardo nostro primo re-
 cognoverunt. Quibus accedet etiam
 singularis ejusmodi Flandrorum, in le-
 gatione ad Edyvardum nostrum secun-
 dum professio. Demissionem autem
 illam velorum non solum in honorem
 Angli, sed & in imperii ejus demissi-
 que recognitionem in hoc mari fieri
 nemo puto dubitat. Certè dubitare ne-
 queunt Galli, qui, ejusmodi demissi-
 one, se olim volebant dominos maris
 nostri agnoscere, sed frustra. Scilicet tam
 frustra fuere in Edictis, etiam binis, ad
 demissionem ejusmodi omnium sibi
 exterorum stabiliendam, superiore se-
 culo promulgandis, quàm in Angli ter-
 ritorio marino ita temerè vindicando.
 De Edictis illis libro priorè locuti su-
 mus. Quorum neutrum vim aliquam in
 foro ibi obtinuit, ut decisum est in cu-
 riâ supremâ, quod & ibi adnotavimus.
 Etiam & verba quibus elevatur apud
 ipsam Ludovicum Servinum, genera-
 lem,

² Cap. 18.
 pag. 78.
² Ludov.
 vic. Ser-
 vin. Pla-
 cit. 11.
 tom. 2.
 1592.
 p. 262 b.
 edit.
 1609.

lem, tempore decisionis illius, Regis Galliarum advocatum, edictorum illorum autoritas, heic apponimus. Tam edictum Henrici Galliarum Regis secundus, seu anni MDLV, quam Henrici tertii, seu anni MDLXXIV, objiciebatur ab iis qui etiam extra oras Gallicanas (nam non tantum ad Mare Gallicis conterminum spectarunt verba edictorum) vel sibi, Regis Galliarum nomine, submitti volebant; unde & Hamburgensibus aliquot hoc facere detrectantibus vim intulerant, eosque ut dignitatem atque imperium Gallie non satis observantes in Mariæ ceperrant. Sed quantum ad hanc rem, inquit Servinus, dicendum est in contrarium, *que les ordonnances de ce Royaume, faisant injonction d'observer n'ont esté observées & ne le sont encores aujourd' huy; & on ne voit pas que celle de l'an 1555. ait esté verifiée en la cour de Parlement, ains les inchiemex en rapportens seulement un extrait des Grosse de Brumage* (quod satis quidem liquet ubi apud eundem³ objicitur edictum illud) *D'ailleurs lex erat obsoleta & ce que le monstre est la nouvelle ordonnance de l'an 1584. Car il n'eust esté besoing d'une nouvelle*

³ Servinus.
Placit.
citat. pag.
254^b.

nouvelle loy, si la vieille avoit esté gardée,
 & neanmoins la dernier n'a esté verifi-
 fée simplement: Mais comme elle estoit
 pour servir par personnes qui pouvoient
 lors, elle ne passa pas sans résistance, mais
 fut enregistré & publiée avec la modifica-
 cation requise par le Procureur general
 à la charge de l'exécuter, suivant les an-
 ciennes formes & selon que les officiers
 de l'Admirauté avoient fait: auparavant,
 sans rien faire de nouveau. E-
 ditum, quod objiciebatur, prius, à parti-
 bus nunquam admissum est. Nam in
 Scriptoriis Parlamentariis qui locus est
 ejusdem admissionis testimonii, ea de
 re nihil repertum. Posterius autem ad-
 missum quidem est, sed quantum ad
 iura aliquem effectum, sive tunc pri-
 mum sancienti introducendis, sive
 antea in morem recepti, plane reje-
 ctum est, idque exente procuratore
 Regio; qui sic illud, ut vides, temperati
 voluit, ut quod pristino more subnixum
 esset, id tantum vim, etiam post edi-
 ctum hoc in potentiorum aliquot gra-
 tiam ita admissum, sentiretur. Pruden-
 ter id factum est. Nam utrunque plane
 vicinorum, etiam exterorum omnium
 iura nimium advertebatur. Quod verò
 ita

ita sibi ipsis imperii & dominiū signum esse seu pignus voluere illi primò in edictis, quæ tamen post, iteratâ rei de liberatione, ut non sine injuriâ in vicinos emissa, rejecta jure (ut ostensum est) sunt; id sanè à tot sæculis Anglo perpetuò competiisse, & ab externis, ipsisque Gallis, præstari (ut quod præscriptione tam diutinâ subnitatur) solitum, argumentum, maxime apud illos, leve esse nequit, quo firmetur Anglo dominium quod tractamus. Certè usitatissimum fuisse hoc velorum demissionis jus Anglis ceterisque gentibus In- serveniens, asserunt omnes qui Mari as- facti; idemque vetustissimum esse at- que ante quadringentos abhinc annos receptum, inde liquet, quòd Joannes Rex Angliæ anno regni sui secundo (seu sub Christi m c c) Hastings, lito- nis Sufflexiani oppido, ex procerum as- sensu, sancivit, si præfectus regiæ clas- sis in expeditionibus navalibus (quæ o- mnes eo in ævo Mare Australius occupa- bant) *encontra sur la mer* (ita se ha- bent verba Normannica *) *aucunes* *nefs ou vessaulx charges ou voides, qui* *ne veuillent avaler & abaisser leurs* *ariefs, au commandement du Lieutenant* *du*

* M. S.
Commen-
tar. de
rebus Ad-
mirall.
fol. 28

*du roy ou de l'Admirall du Roy ou son
 lieutenant, mais combatant encontre
 ceulx de la flote, que, silz puent estre pris,
 quilz soient reputez come enemies, &
 leurs nefz vesseaulx & biens pris & for-
 faits come biens des enemies, tout soit
 que les maistres ou possessours d'iceulx
 voudroient venir apres & alleguer mes-
 mes les nefz vesseaulx & biens estre biens
 des amies du Roy nostre seigneur; & que
 la menye estant en iceulx soient chastiez
 per emprisonnement de leur corps par leur
 rebelleté par discretion; id est, obuiam
 habuerit in mari naves qualescunque
 siue onustas siue onere vacuas, qua uola
 sua iussu siue Praefecti Regii siue Ad-
 miralli eiusus legati, demittere nolue-
 rint; sed pralium inierint cum classia-
 rijs, nos, si capi poterunt, inter hostes cen-
 sendos; quin & naves eorum & bona,
 velut hostium, fisco applicanda. Idqua
 tametsi Naucleri seu Navium domina
 postea allegaverint easdem naves & bo-
 na esse amicorum domini nostri Regis.
 Personas autem, qua in navibus huius-
 modi fuerint reperta, carcere, pro arbi-
 tratu, puniendas esse ob rebellionem.
 Perduellio habita est, si navis qualiscun-
 que, velorum demissione, Imperium
 Angli*

Angli suo in mari non agnovisset. Nec amicitie quidem nomine tuendi erant, qui contra omnino facerent. Poenæ à Rege Angliæ adjectæ sunt, perinde ac si de crimine in insulæ suæ territorio aliquo admissio verba fierent.

CAP. XXVII.

Quamplurimarum gentium circumvicinarum, Domini Regi Angliæ Marini, in libello antiquitus publicè edito, seu Actione ab eis, simul cum Angli, in Reginerum Grimbaldum Franciæ classis præfectum instituta, recognitio. Etiam de implicata in ipsius defensione hujusmodi recognitione.

Alterum de plurimarum gentium Exterarum hæc recognitione testimonium est Libellus ille seu Actio olim à plurimis simul gentibus instituta, quæ Maris circumflui dominos Regem Angliæ decessoresque ejus esse uno professæ sunt ore, atque in judicium deduxerunt eos qui jus illud temerè violârunt. Quod ut ritè capiatur, rem integram fufus enarrabimus. Ex ædescente inter Edvardum nostrum primum & Philippum Pulchrum Franciæ Reges bello, ita interdum pacto conventum est, ut libera nihilominus utria-

utrinque forent commercia, adeoque cum mercatoribus hinc illinc quibuscunque induciæ; quoad cetera, armis intereà utramque invicem gentem (ut assolebat) infestantibus. Singulares e-

¹ Rot.
 Claus. 25.
 Ed. 1. in
 sched.
 annex.
 membra-
 na 26.
 Rot. Ale-
 mania ².
 22. Ed. 1.
 ad 31.
 Ed. 1.
 &c.
² Rot.
 Pat. 26.
 Ed. 1.
 part. 2.
 mem. 24
 in dorf.
³ Fedus
 integrum
 habetur
 in Rot.
 Aleman-
 nis, 31.
 Ed. 1.
 membra-
 na 2.

jusmodi induciæ *Sufferentia guerra* nuncupabatur; & flagrante aliàs bello, præficiébantur ab utroque Principe, qui de rebus contra has inducias patratæ cognoscerent & *secundum legem Mercatoriam* ² & *formam Sufferentia* judicia exercebant. Elapsis aliquot annis (quibus interdum induciis hujusmodi locus erat, interdum nullus) Fedus anno Christi M C C C I I I initum est. Is est Edvardi Regis tricesimus primus. Caput ejusdem federis primum est ³ ut non solum invicem amici essent Reges ipsi, sed etiam ut alter alterius jura omnimoda tueretur contra alios quoscunque, exceptâ Ecclesiâ Romanâ, atque ex Regis Angliæ parte, Joanne Duce Brabantix genero suo; ex parte verò Regis Franciæ, Alberto Rege Romanorum & Joanne Comite Hannoniæ. Tertium autem ejusdem est caput (nam primi & tertii capitæ in libello illo seu Actione usus est singularis, ut infra patebit) *Item ilest accorde qe l'un*

ne receptera, ne sustendra, ne confortera, ne fera confort, ne aide as enemies de l'autre, ne soffrera qu'ils eient confort, secours, ne aide, soit de gent d'armes ou de vitailles, ou d'autres choses queles q'elles soient de ses terres ou de son poiar, mais adiondera sur peine de forfaiture de corps & d'avoir, & empeschera a tot son poiar loiaument en bon foi que les dits enemies ne soient rescepts no confortes de terres de sa seigneurie ne de son poiar, ne q'ils en aient confort, secours ne aide soit des gentes d'armes, des chevaux, d'armures, de vitailles, ou d'autres choses queles q'elles soient. Sensus est, Ut ex amicitia hac contracta, neuter eos, qui alteri hostes essent, omnino foveret, aut suis in territoriis opem eis subministrari ullatenus pateretur. Sopito ad hunc modum bello, quoniam non solum complures ortæ erant querelæ de injuriis tam in Oceano apertiore, quàm in mari nostro, induciarum (quas memoravimus) singularum tempore hinc inde admissis, verùm & credendum erat alias ejusmodi, maxime ob inimicitias quibus Franciæ Rex & Comes Flandriæ tunc distraherentur, post fedus initum forsan orituras; ideo consti-
tuti

tuti sunt ab utroque Principe cognitores qui hasce audirent deciderentque. Et ab Anglo [†] sub id tempus Robertus de Burgershe Constabularius Castri Dorobornensis & Joannes de Banquell Seneschallus Pontivi, Baraldus de Sescas, & Arnaldus Anquein equites aurati; A Gallo Saquillius Dynasta, Mittonius Blanvillius, Bertrandus Jordanus & Guilielmus Ralastansius equites item aurati. Ut scilicet cognoscerent (sic Angli diploma) *des enterprises, mesprises, & forfaites en Treve ou en Sufferance, entre nous & le dit roy de France, d'un part & d'autre, es costeres de la mer d'Engleterre & autres per deçea & ausint per devers Normandie & autres costeres de la mer per de la; id est, de Usurpationibus, injuriis & delictis tempora siue federis siue sufferentia, seu induciarum ob commercii libertatem tantum, à Nobis & dicta Francia Rege initarum, alterutrinque commissis, siue in oris Maris Anglicanis aliisve quibuscunque citerioribus, siue versus Normanniam, atque aliis, qua ulteriores sunt, Maris oris.* Binis autem diplomatibus præficiabantur, quos memoravimus; ita ut alterum quatuor, quatuor itidem alte-

4 Rot.
Pat. 31.
Ed. 1.
membr.
16. ult.
lunsi.

alterum, suo ab utroq; rege pari nominato, complecteretur. Tempus utro-
 rumque est dies Junii ultimus, MCCCIII.
 Cognitoribus sive hisce sive aliis ejus-
 modi constitutis libellum conjunctim
 exhibent Prælatorum & Procerum An-
 gliz, summi item Angliz Admiralli,
 etiam & Civitatum oppidorumque per
 Angliam, totius deniq; gentis Anglica-
 nz aliarumq; Regi Angliz subditarum
 procuratores; quod ut fieri potuerit ali-
 ter atque ex ordinum omnium in pu-
 blicis comitiis autoritate, ne intelli-
 gendum quidem est. Cum hisce iti-
 dem junguntur Procuratores gen-
 tium per totam ferme Europam mari-
 timarum, veluti Genuensium, Catalau-
 norum, Hispanorum, Alemannorum,
 Zelandorum, Hollandorum, Frisiorum,
 Danorum & Norvvegorum, præter al-
 ios Imperio Romano-Germanico sub-
 jectos. Hi simul universi eo in libello a-
 ctionem instituunt in Reginerum Grim-
 baldum, qui, flagrante bello inter Phi-
 lippum Regem Franciz & Guidonem
 Flandriz Comitem, Gallicæ classis præ-
 fectus, in Mari hoc Mercatores in Flan-
 driam præternavigantes interceptos bo-
 nis spoliasset. Regem Angliz & deces-
 sores

fores ejus, à tempore quod omnem memoriam excedit, citra controversiam, ajunt actores hi simul omnes, *ratione Regni sui Anglia, supremo Maris Anglicani atque ejusdem insularum dominio ac imperio fuisse gavisos, prescribendo scilicet leges, statuta atque interdicta armorum naviumque alio ac mercatoris armamentis instructarum, cautiones exigendo, tutelam prabendo ubicunq; opus esset, atque alia constituendo quacunq; fuerint necessaria ad Pacem, Jus, & aequitatem conservandã inter omnimodas gentes tam exteras quàm in Imperio Anglicano comprehensas qua per illud transierint. Supremã eisdem item fuisse atque esse tutelam merumque & mixtum imperium in jure dicundo secundum dictas leges, statuta, prescripta & interdicta, aliisque in rebus qua ad summum imperium possint attinere in locis indicatis. Ad præfecturam Admiralorum à Regibus Angliæ constitui solitorum spectare jurisdictionem ex imperio ejusmodi exercendam. Dein capite, quod memoravimus, Federis nuper antè initi, primo, quo utriusque Regis jura invicem tuenda erant, adjecto, Grimaldum accusant. Eum, ajunt*

Magistrum esse Classis regis Francia. Appellare autem se Admirallum dicti Maris; eoque nomine constitutum fuisse se prætendere à Francia Rege, ratione belli in Flandras gerendi. Citra federis inisi tempus & contra ejusdem vim ac mentem. Admirallatus officium in dicto mari injustè eum occupasse & supra annum usurpasse ex Francia regis diplomati auctoritate; Anglos nimirum aliosque a littoribus gentium tam mercatores quam alios per mare illud transeuntes intercipiendo, bonis eos carceri traditos spoliando, ea Regis sui ministri in portibus constitutis tradendo, ut qua fisco applicanda. Atque eum hac à se sine injuriâ gesta esse, tum Regis sui diplomati auctoritate, tum interdicto Regis Angliæ quod juxta mentem cupitis, quod diximus, federis tertii, per ditiones suas promulgaverat (Interdicto scilicet, quo vetitum est, Regis Franciæ inimicos in Angli ditione foveri opemque sua ferri) subnixum, in scriptis coram cognatoribus audaciùs asseruisse, et que ita se tueri valuisse. Fieri hoc totum id grave damnum & præjudicium tum Regis Angliæ, tum Prælatorum, Procerum, & ceterorum universorum, qui conjunctim, ut ostensum est,

est,

est, agebant. Petunt igitur simul omnes, ut custodiâ liberati, qui carceri ita traditi essent, reddita item bona nullo jure capta jurisdictionem Admiralli Regis Angliæ (ad quem solum tam ex jure rerum ac loci, quàm personarum hujusmodi jurisdictione attinebat) subirent, atque ut, ex Cognitorum sententiâ, Reginerus Grimbaldus ipse damna actoribus resarciret, si nimirum solvendo esset; sin minus, tunc ut ad idem faciendum damnaretur Rex Franciæ, qui ejusmodi præfecturæ codicillis eum donâisset. Damnis autem resarcitis, tunc etiam ut Reginerus ob federis violationem pœnas daret, quales alios à simili facinore in posterum detertere possent. Quid dein fieret à cognitoribus, non satis liquet. Tanti sanè fuisse res videtur, ut pacto eam sopiri quàm in foro agitari satius forsan haberetur. Atqui interea manifestius nihil est, quàm Regi Angliæ heic à vicinis gentibus fermè universis Marini domini jus idque avitum & longævâ præscriptione firmatum, disertè agnosci; adeoque ut, pro suo arbitrio, tutelam, leges limitésque navigantibus in **hoc mari eoque quomodocunq; utentibus**

tibus dare posset, nec à vicinorum invicem inimicitias, juréve aliquo belli ad alios spectante, hujusmodi mutaretur, jus aut minueretur, aliter ac quocunque alio in territorio ejus ditionis. Atque observandum est, Flandros ipsos, quibuscum & Francis tunc intercesserant inimicitias ac bellum, minimè in actione illà socios fuisse, nec esse ritè potuisse. Nam ex federe jam dicto ab Anglo & Gallo inito, mutuae armorum operæ præstandæ erant invicem ad jura alterutrius tutanda. Mari igitur uti, ad Flandros hostes infestandos, ex federe Gallo est permissum. Non item ad eos intercipiendos qui ex aliis quibuscumque gentibus hæc transirent, aut ipsam Flandriam cum mercibus peterent. Et Paulus Æmylius ⁵ de hoc ipso tempore; ⁵ *De Gallus excidium Flandria minabatur.* *stu Franc.*
Anglus Flãdros texit. Eduvardus enim *lib. 8.*
is Franci Regis amicus erat, ut tamen Flandros everfos nollet. Sic voluit Rex noster cum sui juris utpote tutor, tum summus navigationis aliorum moderator. Nec verò prætereundum est ipsum Grimbaldum, classis Franciæ heic præfectum, non solum ex diplomatis præfecturæ suæ sive Regis autoritate potestatem

506 MARE CLAVSUM.
testatē hanc in mari hoc arrogāsse, sed
expressim Regis Angliæ interdictum
quod juxta tertium memorati fedus.
caput emanārat, in partes itidem, ut eo
se tueretur, perinde traxisse, ac si & ipse
minimē sine indultu quo, ex interdicti
illius vi, se gaudere existimabat, jure of-
ficium illud Admirallatus in hoc mari
se occupare potuisse simul agnovisset.
Nimirum interdicto illo vetitum est, ne
in Angli ditione (id est, *per my son potve*,
quæ Grimaldi verba fuerunt, ut in libel-
lo ipso infra exhibitō est videre) fove-
rentur Franci hostes, eisve auxilium ali-
quod præberetur. Atque ita expressim
interdicti vim objecerat Grimaldus si-
mul cum regis sui diplomate quo præ-
ficiabatur: ac si dixisset; hac potestate
utor, eā donatus quidem à Rege Fran-
corum qui me classi & rebus suis mari-
timis etiam præfecit. Ceterum Rex
præterea Angliæ, interdicto suo pro-
mulgato, vetuit ne cui in ditione sua
Francorum hosti omninō succurrere-
tur, juxta fedus inter Regem utrunque
contractum. Ideoq; cum ego nec per-
sonas alias, nec res præter hostiles, sal-
tem quæ in hostilibus sunt, ex jure gen-
tium interveniente, censendæ (nam
pro-

proculdubio id ab eo obtensum est; eos qui Flandris mercibus aliterve succurrerent, eujuscunque essent gentis, velut hostes intercipiendos) in mari ceperim, satis me opinor eo defendi quòd ipse Rex Angliæ edicto, juxta initum fedus, promulgato, nolit hostibus Franciæ in aliquâ ditionis suæ parte succursum. Unde nec hisce, quos in Mari cepi. Summa est, ne finxisse Grimbaldum ex marino aliquo Regis Francorum dominio Admirallatû suum potestatemve mandatam pependisse, sed omnino ex diplomatis Regis sui, federis, atque Regis Angliæ interdicti vi. Quasi ex eo federe interdictoque; ab Anglo palàm concessum fuisset sibi nullam, durante ejusmodi federe interdictoque, fore injuriam, tametsi Franci qualescunque hostes in ditione sua, seu, quod idem heic est, in Mari suo à Franci ministris interciperentur. Certè nisi ita intelligas Grimbaldum, non video quamobrem interdictum illud cum regis sui diplomate, ut se tueretur, modo in libello ostenso, omnino conjungeret, aut de Ditione Regis Angliæ per quod interdictum illud promulgatum est, verba ibi fierent; cum de rebus in mari tate-

tum gestis controversia oriretur. Si vero ita fuerit intelligendus, certe tunc is non solum non adversatus est avito in Mari Regis Angliæ juri, sed etiam idem satis agnovit, dum federis & interdicti accessione temporarium tantum eidem modum adjectum esse velle videtur. Adeo ut implicatam etiam tunc temporis Francorum ipsorum habeamus, in hoc eorum Admirallo, adstipulationem. Quomodo autem federis apices exponendi fuerint, locus heic non est differendi. Sed dominium Regum Angliæ Marinum in libello à tot gentibus recognitum tantum observamus. Etiam observatum sanè dignum est, sub eodem ipso tempore, scilicet paulo ante fedus initum, Anglum fidei professionem, quod Homagium appellant, nomine Ducatus Aquitanix, Pontivi comitatus, aliarumque quasi Gallis possidebat provinciarum, Franco præstitisse; hisce etiam, ex sententia Curix Parisiensis⁷, prorsus exutum quandoque antea fuisse; etiam &, sub centesimum qui præcesserat annum, Joannem Regem Normanniâ deturbatum; atque eam tamen Anglum postmodum, idq; ante federis & libelli hujus editionis

tempus.

6 Rot.
Almann.
30. & 31
Ed. 1. Du
Tillet en
le recueil
des Trai-
tes &c.
fol. 40. b.
7 Florile-
gus ann.
1293. 3.
Thomas
Wal-
singham.
an. 1294.
alii.

tempus, subinde infedisse; quæ omnia huc faciunt, ut animadvertamus, ubi de Maris Gallias & Britannias interluentis usu ac imperio controversia, quam memoravimus, illustrissima orta est, plenumque ejus dominium Regi Angliæ decessoribusque suis, titulo à tempore omnem memoriam excedente derivato, à tot gentibus est tributum, nullum interea omnino titulum sive ex Normanniæ sive ex Aquitaniæ possessionis jure obtendi quo maris alicujus partis dominium ullatenus subniteretur, sed ex solo jure Anglicani imperii universim petitum esse. Atque ex ipsa re palàm videtur, ea de quibus in libello conquerebantur illæ gentes, ab illo classis Franciæ præfecto maximè in mari Francorum Flandrorumque litoribus, quæ invicem Hostica erant, proximante gesta fuisse. Certè mare totum, de quo loquuntur, Anglo subjacere uno ajunt ore, idque ex solo Imperii Anglicani jure. Nec tuebatur se Grimbaldu, sive Franciæ regis domini alicujus marini obtentu, sive præscriptionis qua Angli titulus innixus est, velut non secundum veritatē aut jus avitum enunciata depulsiōne; nec omnino præte-

bat jus quod in mari illo Gallis contermino Angliæ reges haberent, id eis competere sive Normanniæ sive alijs cujuscunque Galliarum provinciæ nomine, veluti clientibus Regis Franciæ fiduciariis; quorum tamen omnium usus fuisset ei & commodus & perquam tempestivus, si ita se veritas habuisset. Unde haud parum firmatur itē id quod supra differuimus de adversi litoris, in Admiralli Angliæ summi præfecturæ seculorum recentiorum codicillis, nominibus pro Marini Regum Angliæ domini ejusque tutandæ provinciæ limitibus duntaxat sumendis. Quin & circa septennium ante libellum jam dictum cognitoribus editum, cum Francorum Rex ob injurias aliquot atroces subditis suis in hoc mari ab Anglis illatas, Regem Angliæ (quæ fiduciarius erat ei cliens seu Vasallus ratione Aquitaniæ aliarumque provinciarum quas in Galliis obtinebat) velut injuriarum non solum conscius, sed & fundum in jus voluit vocari, atque in Curia Parisiensi fisci; re fusius in citationis literis narratâ, nihil eis interseruit ille quo marinum aliquod dominium aut sibi omnino vellet arrogari aut Regi Angliæ minui; quod

quod satis est videre apud Florilegum ⁸ Anno
 qui annalibus suis earum exemplar in- 1293-
 tegrum attexuit. Idem etiam de eo-
 dem tempore, *In illo, inquit, tempore* ⁹ Anno
non erat Rex, neque lex Nautis posita, 1294-
sed quod quisque rapere, vel ferre vale-
bat, hoc solum esse dicebat; Quod planè
 denotat ingentem quidem de prædandi
 mareque infestandi licentiam; ita ni-
 hilominus intelligendam, ut incom-
 parabilis potentia Anglorum navalis,
 quæ regum ex more majorum mari-
 mum defenderet, in eadem interea (re-
 ge de prædationes suis, dum bellum fla-
 grabat, indulgentissimè permittente)
 maxime designetur. Nath' tum Francis-
 tum Hispanos ubertim tunc temporis
 captos in mari ab Anglis memorat ipse
 Florilegus. Etiam & classem sive Fran-
 cicam sive Normannicam navium du-
 centarum quæ per mare hoc Anglis di-
 ripiendis discurrerat, à sexaginta navi-
 bus Anglicis victam atque in Angliam
 deductam scribit sub id tempus Tho-
 mas ¹⁰ V Valsinghamus. Et autor alius
 recentior, robustior contemporaneus ¹¹ Men- 10 Anno
se Anni, inquit, 1297, ex o'iv, moer est 1297-
discordia inter viros quinq; Portuon ¹¹ Ms.
Anglia & viros Francia, commissum-
 JOURNAL Y 4 que

512 MARE CLAVSVM.
que est navale pratum in quo Anglici cum c. navibus ducentas naves Francia ceperunt, & ferè omnes naves Francia submerferunt seu occiderunt, propter quod Philippus Rex Francia Vasconiam à Rege Anglia auferre conatus est. Alii de his ejusmodi alia; unde facile est ediscere quid illud Florilegi fuerit, nec Regem nec legem in illo tempore Nautis esse positam. Suis scilicet laxarat habenas Angliæ Rex, velut æquoris hujus moderator, idque ut non solum hostes, verùm etiam eos, qui hostibus quomocumque succurrerent aliterve mari ac pro domini arbitrio uterentur, compescerent. De Flandrorum autem Domini Regum Angliæ marini recognitione pariter seorsim mox agimus; postquam libellum ipsum suo, id est Normannico, idiomate è sacris Scriniis proximè ob oculos posuerimus.

CAP. XXVIII.

*Libelli Superiora in Capite memorati,
Exemplar & Autoritas.*

In Arcis Londinensis archivo, ubi tabule publicæ annorum retrò amplius quadringentorum asservantur, fasciculus Membrararum habetur, quæ res aliquot

aliquot ad tempora Henrici tertii, & Edvardorum primi & tertii spectantes complectuntur. Prima cōtinet pactum inter Edvardum primum & Guidonem Comitem Flandriæ de signis Navibus per mare hoc adhibendis, quibus facilius, unde essent dignosceretur. Intertextuntur dein tria libelli, quem diximus, sive autographa sive exemplaria eodem tempore conscripta. Nam singuli (ut videtur) gentium, quæ in agendo socii fuere, Procuratores sibi habebant libellos singulos, utcunque simul omnium nomine conceptos. Unde & unius tergo adscribitur *De Baiona*; quasi Baionensium libellus iste seorsim fuisset editus. Superiori autem cujusque parti adjicitur *De Superioritate Maria Anglia & Jure Officii Admirallatus in eodem*, uti etiam pacto quod diximus inter Regem & Flandriæ Comitem. Etiam illis verbis, in libellorum uno, adjungitur *retinendis & confirmandis*. Cunctis ævi, ad quod materies spectat, caractere planissime exaratis. Nec de eorum fide quæstio ulla esse potest inveniendi, qui veteris scriptionis atq; ejusmodi tabularum ignarus non est. Sensum sanè totum, etiam & verba jam

anteà partim reddidimus. Ipfius autem libelli integrum exemplar, quemadmodum idiomate tunc Gallicano feu Normannico conceptus est, operæpretium duximus subijcere; quod ad hunc modum se habet.

A vous, Seigneurs, Auditours Deputez par les Rois d'Engleterre & de France, a redresser les dommages faits as gentz de leur Roiaulmes & des autres terres subgitez a leur seignuries, per mier & per terre, en temps de Pees & Treuves, monstrent les Procurors des Pralatz & Nobles, & del Admirall de la mier d'Engleterre, & des Comminalties des Citties, & des Villes, & des Marchaunz, Mariners, Messagiers, & Peleringes, & de tous autres du dit Roiaulme d'Engleterre & des autres terres subgits a la seignurie du dit Roy d'Engleterre & d'ailleurs, si come de la Marine de Genuë, Cateoigne, Espagne, Alemaigne, Seland, Hoyland, Frise, Denemarch, & Noryvay, & de plu-

plusieurs autres lieux del'Empire,
 que come LES ROYES D'EN-
 GLETERRE PAR RAISON DV
 DIT ROYALME, DV TEMPS
 D'ONT IL NY AD MEMOIRE
 DV CONTRARIE, EVSSENT
 ESTE EN PAISIBLE POSSES-
 SION DE LA SOVVEREIGNE
 SEIGNVRIE DE LA MER
 D'ENGLETERRE ET DES ISLES
 ESTEAVNS EN YCELLE, par
ordinance & establisement des lois,
estabutes, & defenses d'armes, & des
vesseaux autrement garnies que ves-
seaux de Marchandise, & de seurté
prendre & savegarde doner en tous
cas que mestier serra, & par ordinan-
ce de tous autres faits necessaries a la
garde des pees, droiture, & equite
entre toute manere des gentz taunt
distre seignurie come leur propre par
ille que s'passanz, & par souveraigne
garde & tote manere de consiance
& Justice haute & basse sur les dites
 lois,

lois, estatats, ordinances & defenses
 & par toutz autres faitz queux à le
 goyernement de fovereigne seignurie
 appartenir purront es lieux avant
 ditz. Et A. de B. Admirall de la dite
 nier deputez par le Roy de Engleterre,
 & toutz les autres Admiralls per
 meisme celui Roy d'Angleterre & ses
 Auncestres jadis Rois d'Angleterre,
 eussent este in paisible possession de la
 dite foverein garde, ove la conissance
 & Iustice & toutz les autres apertene-
 nances avantdites (forspris en cas
 d'appell & de querelle fait de eux à
 leur fovereigns Rois d'Angleterre de
 deffault de droit, ou de malvais jug-
 gement.) & especialment par empe-
 chement metere, & Iustice faire, seur-
 te prendre de la pees de toute manere
 des gentz usants armes en la dite
 nier, ou menant niefs aultrement ap-
 parallez ou garniez que n'appartie-
 noit au nief Marchande, & en toutz
 autres points en queux home peut
 aver

*aper raisonnable cause de suspicion
 vers eux de roberie ou des autres
 mesfaits. Et come les Maistres des
 Neifs du dit Royaume d'Engleterre, en
 absence des dits Admiralls, eussent
 este en paisible possession de conuistre &
 jugger des touz faitts en la dite mier
 entre toute manere des gentz selonc
 les lois estatuz & les defenses & Cu-
 stumes. Et come en le pimier article
 de l' Alliance nadgairs faite entre les
 dits Roys, en les traitz sur la darrain
 pees de Paris, soient comprises les pa-
 roles que s'ensuient en un cedula an-
 nexa a yresta. At non in schedulâ
 annexâ, sed in eâdem membra
 nâ descriptum est quod sequi-
 tur; unde non tam ipsos libel-
 los, qui cognitoribus edeban-
 tur, quàm sive formulas eorum
 archetypas sive exemplaria des-
 scripta hæc esse conjiciendum
 forrè est; uti etiam ex eo quòd
 Admittalli Angliæ nomen aliter
 ac*

ac per A. de B. non inseratut;
 quæ prima elementa non sunt
 nominis alicujus tunc temporis
 Angliæ Admiralti in factis Scri-
 niis reperti) *Premierement il est
 traicté & accord entre nous & les mes-
 sagers & les procureurs susdits, en
 nom des dits Roys, que iceux Roys ser-
 ront l'un à l'autre, desores en avant,
 bons, vrayes, & loyaux amys, & ey-
 dans contre tout home (sauve l'Eglise
 de Rome) en tiele manner que si a scun
 ou plusieurs quicunques ils fussent vo-
 loient depointier, empescher, ou trou-
 bler les dits royes es franchises; es li-
 berties, privileges, es drois, es droita-
 res, ou es custumes de eux & de leur
 royalmes, q' ils feront bons & loyaux
 amys & aydens contre tout home, que
 puisse vivre & morir à defendre, gar-
 dir & maintenir les franchises, les li-
 berties, les privileges, les droitures, &
 les custumes desusdites; Excepté par le
 dit Roy d' Angleterre, Monsieur Johan*

Duc

Duc de Braban en Brabant, & ses
heirs dessendans de lui & de la fille le
roy d'Angleterre, & excepte, par le
dite nostre seigneur le Roy de France,
l'excellent Prince Monsieur Aubert
Roy d'Alemaigne & ces heirs royes
d'Alemaigne, & Monsieur Iohan Count
de Henau en Henau. Et que l'un ne
serra en conseil ne en aide ou l'autre
perde vie, membre, estats ou honorz;
Monsieur Reynor Grimbaltz Maistre
de la Navie du dit Roy de France, que
se dit estre Admiral de la dite Mer
deputez par son seignure avant dit par
sa guerre contre les Flemminges, apres
la dite alliance faite & affirmée, con-
vre la forme & la fource de mesme
alliance & l'entencion de ceaux que
la firent, l'office de Admiraulte en la
dite Mer d'Engleterre, par commis-
sion du dit Roy de France, torcenois-
sement emprist & usa un an & plus,
en prenant les gentz & marchants
du Royaulme d'Engleterre & dail-
lours

lours per la dite mier passaunts oves-
 que lour biens, & les gens ainsi prises
 livre à la prison de son dit Seigneur le
 Roy de France, & leur biens & Mar-
 chandises à les Resceivors per mesme
 celui Roy de France à ceo deputez en
 les ports de son dit Royalme come à
 lui forfaits & acquises, fist amesner
 per son jugement & agard, & la
 prise & detenue des dits gens ove leur
 dits biens & marchandises, & son dit
 jugement & agard sur la forfait de
 eaux & acquest, ait justifie devant
 vos, Seignours Auditours, en escripts
 par my l'autorite de sa dite commis-
 sion sur l'Admiraulte avantdite, per
 lui aussi usurpée, & per my un defence
 communement faite per le Roy d'En-
 gleterre per my son poere (solonc la
 forme de la tiers article de l'Alliance
 avant dite, que contenc les paroles de-
 sussescripts) en requerant que de ceo il
 en fuisse quitz & absolutz, en grand
 damage & prejudice du dit Roy d'En-
 gleterre

gleterre & des Prelatz & Nobles &
 aultres dessusnomes, per quoi les dites
 procurours en les nauues de leur ditz
 Seigneurs, à vous Seigneurs Audi-
 tor. avantdits, prient que deliveran-
 se deuve & hastive des ditz gens,
 ovesque leur bien & marchandises
 ainsi prises & deteinues faites estre
 faite al Admirall du dit Roy d'En-
 gleterre à qi la conissance de cea ap-
 partient de droit, si come dessus est
 dist, ainsi q'il saunt destorbanze
 de vous & d'altri puisse de ceo conu-
 stre & faire ceo que appertient à son
 office avant dit, & que le dit Mon-
 sieur Reyner soit condemne & de-
 streint à faire deuve satisfaction à tous
 le ditz damages si avant come il pur-
 ra suffre, & in sa defaulte son dit sei-
 gneur le Roy de France, per qi il estoit
 deputez al dit office, & que apres deu-
 ve satisfaction faite as ditz damages
 le dit Monsieur Reyner soit si duement
 puniz pur le blemissement de la dite
 alian-

522 MARE CLAVSVM.
*alliance que la punicion de lui soit as
autres exemple par temps avenir.*

Hactenus libellus tot gentium Re-
gum nostrorum imperium ac domi-
nium maritum manifesto agnoscen-
tium; indeq; sibi tutelam potestium.
De hacre in historiis, sive Francorum,
sive Anglorum, aliorumve mentionem
non fieri mirum non est. Acta forensia
rarò satis in historias conjiciuntur. Sed
ipso eodem tempore Grimbaldum il-
lum classis Franciæ præfectum fuisse
scimus ex Francorum historiâ. Paulus
Æmylius¹ de Philippo Pulchro, *Sede-
cim triremes*, inquit, *è Liguria mercede
conduxit, præfecto Reginero Grimaldo.
Is in Oceanum circumvectus, mariti-
mam oram Flandria hosti infestam fecit.*
Idem ipse est Regimerus & Reginerus
sive Reinerus Grimbaldus. Et apud Li-
gures clara est ejus nominis familia. Sed
quia exterus erat & conductitius, ideo
(ut videtur) à Joanne Feronio in Ad-
miralorum Franciæ catalago præter-
mittitur. Johanni Tilio² *Reuerim Gri-
maldo* inter classium præfectos apud
Gallos vocatur. Is etiam est Admiral-
dus Regis Franciæ, quem scribit Joan-
nes

¹ De Ge-
stis Fran-
corum
lib.8.

² De Re-
bus Gal-
licis lib.
2.

nes de Beka ³ præfuisse trecentis & ³ *Chro-*
 quinquaginta *nic. Epi-* *scop. Vl-*
 Pulchro in subsidium Hollandorum ad *traject.*
 versus Flandros anno MCCCIV missis. *& Comit.*
 Sunt etiam in Gallorum archivis quæ *Hollandæ*
 ad lites inter Anglum & Gallum tunc *pag. 93.*
 ortas attinent. Et tamen in eis non re-
 peritur (si Tilio fides; qui tabularum
 ejusmodi publicarum indicem edidit)
 libellus iste seu ejusdem aliquod ex-
 emplar, habetur tamen in eis diploma
 ipsum, quo ab Anglo tunc præficiaban-
 tur Cognitores, quales diximus, ad res
 contra fedus patratas decidendas. Illud
 ad hunc modum à Tilio ⁴ designatur. ⁴ *Recueil*
Pouvoir donè par le Roy Edouard à des Trai-
deux nommez & accordèz de sa part &c.
pour avec les deux eleuz de la part du dit fol. 40.
Roy (Phélippe) d'enquerir & amender
les forfaites durant leur trefue, le der-
nier de Juin MCCCIII. Ou tresor; layette
Procuraciones, posse, & potestates An-
glia; K. Eundem habent diem & an-
 nū diplomata quibus Cognitores con-
 stitutos ad hanc rem fuisse ex archivis
 nostris superius adnotavimus. Neque
 obstat heic quòd ad querelas de latro-
 ciniis injuriisque aliis in mari ac terrâ
 invicem patrari à privatis solitis deci-
 dendas,

5 Rot.
claus.
21. Ed. 3.
part. 1.
mōbran.
25. dorf.
Rot. Frā-
cia 10.
Hen. 8.
&c.

dendas, ab utriusque litoris Principibus cognitores, uti & à Regibus jam dictis, pariter interdum ³ constituentur. Par inde in Mari jus constituentium utrique esse non melius elicitur, quàm alterum alterius Terræ esse dominum partiarium. Et Personarum, quæ in jus vocandæ, major ratio in ejusmodi cognitione habetur, quàm qualiscunque Territoriorum domini; quod scilicet aliunde prorsus dignoscendum.

CAP. XXIX.

Dominii Regum Anglia Marini, in Flandrorum ad Edwardum secundum legatione, Recognitio.

Hisce jam accedat Flandrorum ad stipulatio & ultronea professio in Parlamentariis Angliæ Comitibus sub Edwardo secundo Rege. Dum Roberti Comitis Flandriæ Legati de rebus in mari raptis conquerebantur, Regis Angliæ opem implorantes, raptas esse non semel dicebant supra mare Anglicanum versùs partes de Crauden intra potestatem Regis Angliæ, atque in Angliam adductas; ad Regem autem Angliæ pertinere criminis cognitionem pro eo quòd ipse est *dominus dicti Maris*, & *depradatio prædicta facta fuit supra*
pra-

prædictum Mare infra potestatem suam.

Quæ sunt tabularum publicarum verba. Sed eas, quantum ad hanc rem spectat, integras adjicimus.

¹ Rot.

Memorandum quòd cum super dampnis hominibus de regno Anglia per homines de potestate Comitum Flandria, & Flandrensibus per homines de regno prædicto, à tempore quo dictus noster Rex regni sui gubernacula suscepit hinc inde illatis, amicabiliter reformandis inter Consilium dicti domini Regis & Nuncios dicti Comitum in Angliam ex causâ prædictâ pluries missos, plures tractatus habiti fuissent, qui propter aliqua impedimenta, quæ evenerunt, effectum optatum non sortiebantur; tandem in parlamento dicti domini nostri Regis in Octabis sancti Michaelis, anno regni sui quarto decimo apud Westmonasterium convocato, quidam nuncii dicti Comitum venerunt ad tractandum super dampnis prædictis in formâ prædictâ reformandis. Et cum dicti nun-

Pat. 14.

Ed. 2.

part. 2.

mēbran.

26. in

dorso.

cii

cii ad tractandum de novo super huiusmodi dampnis per dictum dominum nostrum Regem admissi fuissent, ipsi nuncii, prout alii nuncii prefati Comitis, in tractatibus supradictis, inter cetera qua requirebant, ante omnia supplicabant, ut dictus dominus Rex ad sectam suam de potestate sua Regia inquiri & Iustitiam faceret de quadam depredatione quibusdam hominibus de Flandriâ nuper de vinis & aliis diversis mercimoniis suis supra mare Anglicanum, versus partes de Crauden infra potestatem dicti domini nostri Regis per homines de regno Angliæ (ut dicebant) facta; asserentes quod vina & mercimonia predicta eisdem Flandrensibus depredata, adducta fuerunt infra regnum & potestatem dicti domini Regis, & quod ad ipsum Regem pertinuit sic facere pro eo quod IPSE EST DOMINVS DICTI MARIS & depredatio predicta facta fuit supra dictum

Etum mare infra potestatem suam. Tandem in eodem Parlamento, habito super pramissis cum Pralatis, Comitibus, Baronibus & aliis proceribus dicti regni ibidē existentibus tractatu diligenti, de consilio eorundem concordatum fuit per dictum dominum Regem, quòd, pro bono pacis inter subditos terrarum Anglia & Flandria conservando dictus dominus Rex ex potestate suâ regiâ illa vice de bonis supra dictum mare Anglicanum versis dictum locum de Crauden depraedatis & infra dictum regnum adductis in locis ubi malefactores cum bonis sic depraedatis ad dictam terram Anglia devenerant, per Iustitios suos inquiri, & eandem depraedationem secundum legem & rationem audiri faciat & terminari; & quòd domini Navium, qua dicta depraedationi interfuerunt, & alii, qui depraedatores illos cum bonis sic depraedatis in toto vel in parte scienter receperunt, inde

inde onerentur & puniantur sicut participes depredationis supradictæ.

Ita Tabulæ illæ publicæ. Atque codicillis regis mandata est per provincias plerasquæ maritimas jurisdictio cognitoribus, qui damna resarciri facerent. Quoniam autem, præter fluminum ostia, quamplurimi sunt in adversis oris (maximè in Zelandicis; & sunt etiam in litoribus aliis vicinis) sinuosi Maris intermeantis flexus, quibus variatim ita intexitur Terra ut fieri commodè nequeat quin eâdem cum terrâ sic intexta ditione contineatur, ut corpus unicum, Mare itidem intermeans, quod non aliter fere atque flumen seu torrens non rarò ibi tum ripas determinat tum portus facit; ideo mentio etiam interdum fit intermeantis hujusmodi maris ut ejus quod censetur *intra jurisdictionem & flumen* seu fluctum Maris regionum adversarum; veluti *Maris Flandriæ*, seu (quemadmodum

¹ *M.S. in* legitur in vetustis schedis ² *quæ datus* archetypos literarum Henrici regis quinti tum ad Comitem Carolesium tum ad decuriones Ipræ, Gandavi ac Brugarum præ se ferunt) *deins la jurisdictio*

¹ *M.S. in*
Biblio-
theca
Cotto-
niana,
3. Hen. 5.

tion & l'estrem de la meer de Flandres,
 quod idem sonat. Nam demto mari
 sic intermeante aut veluti portus vicem
 præ litore adverso supplente, quod re-
 liquum est, seu Oceanus adversas illas
 regiones & Angliam interluens, Angli-
 cani juris, juxta ea quæ superius ostensa
 sunt, semper est habitus. Unde & planè
 somnio futilius est quod habet scriptor
 nuperus, ubi per portus Mardicci Na-
 vale dudum instauratum, *Britannici*
freti (hoc de quo loquimur innuens)
Imperium Hispaniarum Regi restitutum
vidisse se scribit. Et de Exterarum
 vicinarumq; Gentium, quarum maxi-
 mè interesse potuit, sententiâ atque re-
 cognitione Maritimi Regum nostrorum
 dominii, hætenus.

² *Jacobus*
Chiffle-
tius in
 Epist. de-
 dicato-
 ria ad
 Comitè
 de Oli-
 vares,
 Portui
 Iccio
 præfixa.

CAP. XXX.

De Regis Magnæ Britannia in Mari Hiber-
nico & quod occiduum est, domi-
nio seorsim agitur.

DE Anglicano mari, seu Britannico
 quod sacri Angliæ patrimonii pars
 est, generatim, sed maxime quæ sive Ori-
 entale est sive Australe, jam dictum
 est. De Occiduo, etiam Scotico & Sep-
 tentrionali, toto denique, quod est re-
 liquum, Britannico restat ut dicamus.

Z

Occi-

Occidui nemo non videt partem Angliæ præjacentem intelligi tam in libello illo cognitoribus à Regibus Angliæ & Franciæ ante trecentos triginta amplius annos à tot gentibus oblato, ubi *le Mer d'Engleterre* seu *Mare Anglicanum* toties occurrit, quàm in regio diplomate superius allato, quo Reges nostri Domini Maris Anglicani circumquaque indigetantur; ut quod ex Bractonio, de Excusatione forensi ejus qui in Hibernia fuerit, habetur¹, atque id genus cetera huc in supra allatis facientia prætereamus. Etiam & insulas, quotquot in vicio hoc mari, Britannicas dictas passim legimus, (ut sub initium hujus libri monitum est) perinde ac si freta interfluentia eas, non aliter atque flumina aut aquarum diverticula ripas, à Magnâ Britannia disjungerent, velut ejusdem ἀπορροήσεις seu *fragmenta*. Quo indicatur ipsa freta cum insulis, ut flumina cum ripis, territorii Britannici partem esse censendam. Atque huc imprimis spectat item illud in libello toties memorato, scilicet *raison du Royaume d'Angleterre*, seu *ratione regni Anglicani* dominos fuisse semper Reges Angliæ tum Maris Anglicani

¹ Cap. 24.

glicani (seu Britannici quâ Angliæ præ-
tenditur) tum Insularum in eo posita-
rum. Unde Mona insula (Mannia vulgò
dicta) quæ inter Boreales Angliæ & Hi-
berniz partes medio libramine (quæ
verba sunt Giraldi Cambrensis) porri-
gitur in hoc mari, inter continentes (si
quid video) Angliæ provincias antiqui-
tas numerata est, ut Vectis, ut Lundeia,
ut quæ sunt id genus aliz. Neque enim
aliud intellexisse videntur veteres illi,
quî ortâ controversiâ, utri circumstri-
pantium insularum, Angliæ seu Britan-
niæ majori an Hiberniz, jure hæc insu-
la in maris interfluentis medio posita
debuerit applicari, ad hunc modum li-
tem terminabant. Venenosos vermes
advehunt. Hos cum Insulam hanc ad-
mittere & fovere, uti Angliam & Bri-
tanniæ magnæ partem reliquam, Hi-
berniam contra eos necare observâs-
sent, *Britannia eam* (ita Giraldus Cam-
brensis² qui sub Henrico II floruit) *ap-
plicandam communis omnium censura
dixit.* Nam si aut Hiberniz aut An-
gliæ territorium, quâ agro, quâ Mari
constaret, adeò censuissent à Mona hac
disjunctum, ut quod interjacet Maris id
aut omnium hominum necessarò esse

² Topog.
Hiberniæ
Dist. 2.
cap. 15.

commune, aut aliis quàm five Hiberniæ five Britannicæ regibus vetere jure subjacuisse existimãssent, satis ridiculam sanè agitãsse videntur controversiam. Nam alia non potuit esse, puto, quæstio, quàm eà quæ de finibus est Angliæ seu Britannicæ magnæ, & Hiberniæ. Quæstionem autem de finibus inter vicinos dominos locum habere posse, ubi territoria utrorumque non sunt continua aut contigua, non intelligo. Si via publica intervenit, vel flumen publicum, quod ad neutrum vicinorum dominorum spectat, finium agundorum agi non posse, rectè docuit

³ Paulus. Et sanè postquam Quintus Fabius Labeo arbiter Nolanis & Neapolitanis de Finibus agri à Senatu datus, utrisque separatim regredi ita callidè persuaserat, ut in medio aliquantum agri relinqueretur quod populo Romano ipse adjudicavit, neutiquam inter eos de hujus agri finibus quæstio amplius oriri potuit. Quippe inter quos desuit esse confinium. Sed cum populo Romano postea (si quæ oriretur) erat utrisque agendum. Aliter sentiendum non est de quæstione illà utri terrarum applicari de jure debuerit. *Mona; inde potif.*

³ L. 4. §. 11. l. 5. & 6. ff. tit. Finium Regundorū.
⁴ Cicero de Officiis lib. 2.

potissimum natâ, quòd media Hibernici & Britannici juris territoria interjaceret, & ad ipsorum confinium. Nam ex argumento ab ipsius soli duntaxat naturâ deducto, sine civili dominii ratione (cujus mensuram tamen, velut Decisioni sortem, volebant heic esse ipsam soli naturam) non magis applicari debuerat sive Britanniz sive Hiberniz, quàm Norvvegiz, Hispaniz, aut Galliz, ubi perinde ac in Britanniz venenosa animalia nutriri nemo dubitat. Angliz igitur seu Britanniz applicari in decisione illâ verere est Britanico territorio ita continenter adjici ut verè & civiliter dici possit Mona provincia seu territorium Angliz seu Britanniz continens; cum nempe Anglicanum territorium ita usque in occidentas ejus partes (eo quod in Occidentem ab ipso confinio vergit, ad Hiberniam spectante) perpetuò per hoc Maxze prorendatur. Et temerè nimis Elizabethæ Reginæ legatis excidit in dissertatione: cum legatis Danicis de libera navigatione & piscatione in Mari Norvvegico, Bremæ habitâ; *Reges Angliæ tom. 2. pag. 273. edit. Lond.*

numquam prohibuisse, ac si inde probari voluissent nec piscationem navigationemve inter Islandiam & Norvvegiam à Dano prohibendam, quoniam neutri Maris domini, sed pari jure libera tantum utriusque possedissent. Sed & alia non minus temerè de maris communione ibi dicta sunt, ut antè aduertimus. De navigatione & piscatione in mari Norvvegico, mox plura. Ceterum ut ratio ex necessariâ maris communione petita perperam in Legationis illius dissertatione usurpata est, ita nec verum est id quod de mari Hibernico excidit. Scimus enim non solùm dynastas maritimos olim perduelles jus regium pluribus in Hiberniæ locis usurpantes, ob ipsam piscandi licentiam ab exteris vectigalia gravia exegisse, verùm etiam sanctione Parliamentariâ diserte fuisse cautum, ne quis exterus in mari Hibernico piscaretur, nisi impetratâ prius à Prorege, aliòve Regis Angliæ Legato seu Magistratu ad hanc rem legitimo veniâ, etiam ut exteri pro qualibet nave piscatoria XII doliorum aut plarium, præstarent quotannis tredecim solidos & quatuor denarios, & pro qualibet navi minore soli-

dos

*6 Stat.
Hibernic.
5. Ed. 4.
cap. 6.*

dos binos; ipsis navibus, armamentis, bonisque cunctis fisco applicandis, si forte præstationem hujusmodi seu hoc æquoris regnatoris imperium detrectarent. Sed integrum hac de re sancitum, è quo receptissimam Ordinum omnium Hiberniæ de regio heic jure sententiam ediscamus, inserero. Item at the requeste of the Commons, that where divers vessells of other landes fro one date to other gon, ge to fishe amongst the Kings Irish enemies in divers partes of this sand land by which the Kinges said enemies bee greathe advanced and strengthened aswell in vitualles, harnens, armor, as dyvers other necessaries, also great tributes of money given by every of the said vesselles to the said enemies from day to day to the great augmentation of their power and force against the Kings honor and wealth, and utter destruction of this said land,

thereupon the premisses considered, it is enacted and ordeined by aucthority of the said Parliament, that no manner vessell of other landes shall bee no time nor season of the yeere from henceforth, from the feast of the Nativity of our Lord Jesus Christe next coming, go in no part of the said land betwixt the said Irish enemies to no manner fishing without one speciall licence of the Lieutenant, his deputy or Justice of the land for the time being, or licence of another person having the Kings power to graunt such licence, upon paine of forfeiture of the shippe and goods to the King. And that whatsoever persons or person that find or impeche any of the said vessells, rumpants or forfeites against this act by the aucthoritie of the same, it bee lawfull to them so making any
claime

estate in behalfe of the King, and
 approving the said forfeitures by
 any of the said vessells to be made,
 that the King shall have thone
 moitye of the said forfeiture, and
 the saide persons or person shall
 have thother without anye im-
 pechment, and that all mannes
 vessells of other lands comming
 in the said land of Ireland a fish-
 ing, being of the burden of twelue
 tunnes or lesse, haveing one
 Drower or boate, everye of them
 to paye for the maintenance of the
 Kings warres there xiiij. s. iiii. d.
 by the year. And all other small
 vessells as scarfes or boates, not
 haveing Drower nor lighter being
 within the said burden of twelue
 tunnes, every of them shall paye
 twoe shillings going a fishing in
 the like manner. Provided al-
 wayes that no vessell fishing in
 the North parte of Wicklo, be
 charged.

Z 5 charged.

charged by reason of this act; and that the Lieutenant, his deputy or Justice of the land for the time being, shall have the foresaid summes and duties of mony so paid to be imployed the Kings warres for the defence of the said land; and that the Customers and Collectors of the same summes shall account before the said Justice, Lieutenant, or Deputy for the time being, or such Auditors that shall be for the same appointed by the King or them, and not before the Barons of the Exchequer in the said lande; and that none of the saide vessells so coming from other parts in the saide lande shall not depart out of the saide lande, till every of them pay their saide duties upon pain of forfeiture of the vessets and goods to the Kinge. Sensus supra redditur. Sunt etiam qui asserunt à Mariâ Regina nostrâ

nostrâ Hispanum veniam ad annos XXI impetrâsse? piscandi in Septentrionaliore Mari Hibernico, atque inde proventum mille librarum annuum Fisco Hibernico auctum. Certè & edicto venit ⁷ Jacobus magnus Britanniae Rex ne quis exterus, non impetratâ prius veniâ, in Mari hoc Hibernico piscaretur. *Questionata* autem illam de Mona insulâ, utcunque à Giraldo (qui sub Henrico I scripsit) memoratam, ortam nihilominus existimandum est seculis Anglo-saxonum vetustioribus, cum nempe quicquid Hiberniam & Britanniam interjacet, aut Hiberniae Regibus aut Britanniae parebat, id est eum utrisque sua seorsim erant in hoc mari territoria de quorum finibus ambigebatur. Certè Edvvinus Rex Northumbro-⁸rum, seu potius omnium Anglo-saxonum potentissimus, sub anno à Christo nato DCXXIX *Mevaniam insulas imperio subjuga-⁹vit Anglorum*, quod scribit Beda. Id est tum ⁹ Mevaniam quam Anglesiam vocamus, tum alteram quae Mona est de qua sumus locuti. Citeriore autem Anglo-saxonici imperii ævo, Norvvegi seu Dani, quorum latrociniis frequentioribus

⁷ Gerard.

Malinius

in lege

Mercato-

ria cap.

35. pag.

189.

⁸ Edict.

7. Jacobi.

6. Mar-

tii.

⁹ Hist. Ec-

cles. libri 2.

cap. 9.

ribus mare & hoc & boreale habebatur infestissimum, & hanc insulam & Hebridas involabant easque ducentos ferme annos obtinere. Adeo ut neque ad Hiberniam neq; ad Britanniam intrerea potuerit civiliter applicari hæc Mona. Ejus autem Reges, tam vicini Maris quàm Insulæ dominos tunc fuisse elicitur ex eorum Annalibus, ubi Godredum, cognomine *Crovan*, Monæ Regem comperimus sub anno salutis *MLXVI* subjugasse ¹⁰ sibi *Dubliniam* & magnam partem de *Lanuster*. *Scotos* verò ita perdomuisse, ut nullus, qui fabricaret navem, ausus esset plus quàm tres clavos inserere. Modum igitur ac legem rebus vicinorum navali- bus præscripsit; quod aliud non est, quàm ipso Maris dominio gaudere, ut in jam dictis est ostensum. Atque hinc forsan est, quòd vetustiora Regum Monæ insignia fuerit Navis cum velo complicato, adjecto titulo *Rex Mannia & Insularum*; ut ex sigillis eorum observat *Camdenus* ¹¹. Nam recentiora sunt illa, tres tibiæ humanæ, quæ passim obvia. Postea verò, subactâ ab *Henrico II* & *Joanne* Regibus *Hiberniâ*, atq; *Reginaldo* Rege *Manniæ* in *Joannis* Re-

¹⁰ *Chronic. Re- gnũ Mannia pag. 840.*

¹¹ *Bri- tannia, pag. 847.*

gis

gis potestatem ¹² redacto (cùm numerosissimâ classe hoc mare occupabat Anglus) non est cur omnino dubitemus quin in Angli etiam imperium circumvicinum simul Mare reciperetur. Neq; enim eo in ævo sui juris erat Rex Monæ. Sed subjugatus, solenni fidei professione præstitâ (quam Homagium vocant) in clientelam regis Angliæ concessit. Ceterùm & Scotorum imperio paulò post adjecit eam Alexander III Scotiæ Rex ¹³ præfectumque imposuit, qui quoties opus esset cum tredecim triremibus ac quingentis classariis subsidio ei foret. Hebridæ item, pulsâ Norvvegis, recuperavit & ad posteros transmisit. Dein rediit iterum ad Anglos Mona. Atque ii diu Hiberniâ cum eâ & territorio illo Marino potiù sunt. Septentrionalem autem hujus occidenti Maris partem, Hebridum & Scotiæ Reges, postquam Norvvegos Maris heic dominos expulissent, obtinere. Atque hinc est quòd, ut Scotia, Anglia, Mona hæc, Hebrides, & Hibernia præter ceteras quæ adjacent insulas, ita etiam ipse Oceanus Vergivius & Deucaledoniæ occidentem Scotiam pulsans, atque has flexibus sinuosis intermeans,

Regis

¹² *Chronic. Man-
nia anno
1210. &
Rot. cart.
14. Io-
hannis R.
mëbran.
1. in dor-
so.*

¹³ *Hector
Boëtius
Hist. Scot.
lib. 13.*

Regis Magnæ Britanniarum patrimonium nunc fit simul censendum.

Quinimò in aperti hujus & immensi Oceani parte occidentaliore, aliud est regis Magnæ Britanniarum jus, idque latissimè & per Americanum litus, porrectum. Cùm Elizabethæ Reginae auspiciis Humfredus Gilbertus, vir equestri dignitate, in Novum Orbem coloniam deducebat, ut simul etiam terras aliquot Imperio Anglicano jure subjacentes in oris Septentrionalis Americae orientalibus recuperaret; inducebatur ab eo, velut à procuratore, Regina in possessionem perpetuò sibi posterisque retinendam tum portus D. Johannis dicti (qui in Insula est, quam *Baccalao* vocant) tum universi tam Maris quàm Telluris spatium DC miliaria circumquaque¹⁴ occupantis. Solenni dein ritu Anglicano, quo prædiorum dominium transfertur, tradito nimirum ei ramulo & cespite, novum hoc regnum, ut Reginae beneficiarius accepit. Neque sane necesse erat ut aliter possessionem (unde Reginae & Posterorum dominium hoc natum) adipisceretur. Haud enim est exigendum, ut, qui¹⁵ fundum possidere velit, omnes glebas circumambulet

¹⁴ *Hactenus*
suit
in Peregrinat. &
expedit. Navali-
bus Anglicè con-
script.
tom. 2.
pag. 151.
¹⁵ *L. 3. ff.*
tit. de Acquir. rer.
tom.

let (quod bene monet Paulus) *sed sufficit quamlibet partem ejus fundi introire, dum mente & cogitatione hac sit, uti fundum usque ad terminum velit possidere.* Quod tam ad Maria, quàm ad Tellurem nondum occupatam attinere potest. Aded ut quemadmodum Siculus Flaccus ¹⁶ de agris occupatoriis, *Terra, inquit, nec tantum occupaverunt quod colere potuissent, sed quantum in spe colendi reservare,* simile etiam de Mari ita occupato dici queat. Quantum in spe utendifruendi reservatum est, & finitione designatum. Nec forsan initia vastissimi Maris hujus Americani dominiis acquisitæ à Gilberto possessioni debentur. Instauravit potius, & Regium Ius heic dilatavit. Nam & à Sebastiano Cabotio ¹⁷, sub Henrico septimo, Anglicano imperio Insula illa, *Baccalaos* dicta, adjecta est. Et postea inolevisse morem constat, ut Ministri aliqui Præfecti Regiæ classis, seu Admiralli Angliæ summi (cujus in provincia sunt Maria omnia, Regi Angliæ & Hiberniæ, quæ Angliæ & Hiberniæ, subdita) à piscantibus etiam in hoc mari vectigalia exigent; quod Regii seu Præficientis dominiis symbolum (puto) erat

¹⁶ De conditionibus Agrorum.

¹⁷ Diploma, quæ ad explorandas terras, nondum cognitæ, & Imperio Anglicano acquirendas, missus est, habetur in Rot. Franc. 12. Henr. 7.

erat expressissimum. Sed ne ejusmodi
 vectigalia in piscatorum detrimentum
 amplius præstarentur, publicorum Co-
 mitiorum lege sub Edvardo Rege VI
 cautum ¹ est. Quantum Maris coloniæ
 nostrates in Americam nuper deductæ
 sibi occupaverint, nondum satis explo-
 ratum habeo.

28 Stat.
 2. & 3.
 Ed. 6.
 cap. 6.

C A P. XXXI.

*De Regis Magnæ Britannia dominio in
 mari Scotico, Orientali maxime
 & Septentrionali.*

QUæ suprâ subinde occurrunt ex Ja-
 cobi Magnæ Britannia Regis edi-
 cto de Piscationis prohibitione, æquæ
 ad Maria Scotica circumquaque fusa
 attinent; unde & possessionem horum
 Marium & avitum dominium reten-
 tum agnoscas. Interdictum scilicet est
 exteris, maribus in hisce, piscari; licen-
 tiâ prius Edinburgi non impetratâ. Et
 in Scoticis sanctionibus Parliamentariis
 nō tam condantur Novæ, quàm instau-
 rantur veteres leges, quibus cautum est
 that all manner of fischeres, that
 occupies the sea and vtheres per-
 sons quhat sumeuer that hadde
 nis to slay hering, or quihyte fish
 upon

1^a Edit.
 7^a Jacobi
 R. Mar-
 tij 6.

upon the coast, or within the Isles
 or out with the samen within the
 Brites bring them to free ports
 &c. id est, ut piscatores ² qualescunque ² Par-
 mari utentes, aliique omnes qui hale- lam. 4.
 ces aut a sellos in oris Scotiis, aut intra Iacobi R.
 insulas aut extra eas intra astuaria ce- 6. cap.
 perint, eos in portus liberos inferant &c. 60. &
 ubi vaneant civibus ejusdem regni, Parlam.
 quhairby his Majesties customes 6. e; usdē
 be not defrauded, and his hienesse cap. 86.
 lieges not frustrat of the Com-
 moditie appointed to them be
 God under the paine of confisca-
 tion and mysell of the veschelles
 of them that cumes in the con-
 trair hereof and escheitting of all
 their movable guddes to our sove-
 raine Lords use, id est, ita ut nec ve-
 stigalibus suis Rex fraudetur, nec sub-
 diti ejus Maris usufructu à Numine
 ipsis prastituto careant, sub poena confi-
 scationis perditionisq; tum ipsarum na-
 vium eorum qui contra venerint tum
 bonorum mobilium omnium, adeò ut
 patrimonio regio applicentur. Ita ut ex
 singu-

singulari in Mari ipso jure, ususfructus hinc vendicetur. Aliter sanè non nisi five ad Regem Scotiæ five ad subditum ejus, quàm ad alium quemcunque jus ususfructus ille artineret. Quin de piscatoribus universis, non Scotis magis quàm exteris, fertur lex. Utpote ab ordinibus cunctis illius regni, qui jus territorium suum (regio scilicet subiectum) à majoribus seu ex possessione atque imperio diutino, ita didicerant ut dubitandi locus restaret ea de re nullus. Et de Piscatione in Orientali Scotia mari Jurisconsultus Scotus verba faciens, *Non possum*, inquit³, *præterea quòd ante seculum hoc post cruentissimam ex occasionibus maritimis discordiam inter Scotos Batarosque, res hunc modum composita fuit, ut Bataros in posterum abstinerent ab oris Scotia ad octuaginta saltem milliaria. Et forte vi ventorum in propinquum ferrentur, vectigal certum ante regnum ad Abredonia portum penderet ubi turris hac aliisque de causis existens fuit; id quod Batarum bona fide memoriam nostrorum memoriâ usque prætererunt, donec per frequentiora domicilia vectigal hoc cum juribus aliis com-*

³ Guil.
Wel-
woodus
de Domi-
nio Maris
cap. 3.

modisque compluribus, partim gubernatorum negligentia, partimque Barbarorum audacia evanuerunt. Ita ex federe, termini exterorum piscationi olim in hoc Mari præscripti. Septentrionalius autem, quod Scotiæ objacet, Mare Norvvegis & Danis insularum ibi dominis olim fermè parebat. Unde & Gothicè Orcadum incolæ etiamnum loquuntur. Insulas eo in Mari XXXI tenuit ante annos CCCCLX Rex insularum dictus, tali tributo de rege Northvvegia, quòd quando Rex innovatur, Rex insularum dat ei decem Marcas Auri nec aliquid facit ei in tota vita sua, nisi iterum alius Rex ordinetur in Northvvegia, quod scribit Robertus de Monto. Et de his Giraldus Cambrensis, *In Boreali Oceano*, ait ⁴, *trans Vleonium & Galvvediam sunt insula varia, scilicet Orcades & Inehades* (seu Leucades, quas Hebrides esse volunt aliqui) *& alia multa quarum ferè omnium dominium & subjectionem Norvvegienses obtinuerunt. Licet enim aliis regionibus longè propinquiùs adiaceant, Gens magis tamen ista scrutatrix Oceani præ omni genere privaticam vitam ducere solet. Unde & omnes eorum expeditiones*

⁴ In Append. ad Siebert. Gemblac. Ann.

1167.

⁵ Topograph. Hibernia dist. 2. cap. 11.

ditiones & bella navali certamine sunt. Hæc scripsit ille sub Henrico I L. Adeò ut interdum appendices illæ Regni Britanniarum Marinæ, Septentrionalibus in oris, ab exteris invaderentur.

6 *Historia Ecclesiastica lib. 10. pag. 767.*

Hinc etiam Ordericus Vitalis ^o de Magno Olavi Filio Rege Norvvegorum; *Magnam potentiam in insulis Oceani habebat*, quod ad Guillelmi secundi Regis Angliæ tempora spectat. Item etiam Ordericus. *Orcades, inquit, & Finlanda, Islanda quoque & Groenlanda ultra quàm ad Septentrionem terra non reperitur, aliaq; plures usq; in Gothlandiam Regi Norvicorum* (ita Norvvegòs appellat ille) *subjiciuntur & de toto orbe divitia navigio illuc advehuntur.*

Sic Norvvegorum olim tam in vicino hoc Scotiæ mari, quàm apertiori, imperium luculenter habemus designarum. Postmodùm verò cum inter Alexandrum Scotiæ Regem, tertium, & Magnum Norvvegiæ, quartum, uti & inter Robertum Brusium Regem Scotiæ & Haquinum Norvvegiæ, pacta inita erant de his insulis, ut ad Scotorum imperium pertinerent; fieri nequivit, quin dominii maritimi, quod circumvicinum Norvvego heic fuit, simul

7 *Ex tabulis Publicis, Ferrerius in Appendice Hist. Hætoris Boëtii subjuncta, pag. 388.*

cessio

cessio accederet. Possidebat tamen ple-
 runque Norvvegus ; & postea junctis
 Norvvegiæ & Daniæ regnis, Danus ; ul-
 que dum Christiernus primus Norvve-
 giæ & Daniæ Rex , cum Margaretam
 filiam in uxorem traderet Jacobo ter-
 tio Scotiæ Regi , insulis hisce prorsus
 renuntiaverit ; ~~que suum omne tum~~ ^{8 Mun-}
 in Orcadibus ~~nam~~ ^{ster. Cos-} in Zetlandiis insulis ^{mograph.}
 ceterisque exterioris partis maris Hy- ^{lib. 2. &}
 perborei in generum atque successores ^{Guil.}
 circa annum salutis M C D L X X transtu- ^{Camden.}
 lerit. Quæ de re, ipsa Joannis Ferrerii, ^{in Insulis}
 Pedemontani quidem , sed cui supel- ^{Brit. pag.}
 lex historica ab Henrico Sainclate ^{849.}
 Episcopo Rossensi ex Archivis Scotiæ
 subministrata est , verba adjicio. In
*mari præterea Deusaledonico, ad Cir-
 cium & Boream, sunt Orcadem insu-
 la, proximè ad littus Scoticum sita, nu-
 mero 28 hodie tantum habitata; atque
 supra Orcades ad centum milliaria &
 amplius. Norvvegiam versus reperiun-
 tur Zetlandia numero 18, qua hodie ab
 hominibus incoluntur & Scotia Regi pa-
 rent; de quibus magna fuit prioribus se-
 culis inter Scotos & Danos cœstio, pos-
 sessore tamen Dano. Has omnes Christiern-
 nus Danorum Rex, novi matrimonii*
gratia,

gratia, Iacobo Scotorum Regi, cum Margareta filia possidendas pacificè traderat, quousque vel ipse, vel posteri eius dotis nomine quinquaginta millia floreporum Rhenensium nondum dissolutorum Regi Scoto vel successoribus suis persoluant. Sic enim nos ipsi vidimus & legimus in Matrimonii domina Margareta Danorum Regis filia tabulis cum Iacobo eius nominis tertie Scotorum rege confectis, & utrisque regni sigillis decentior consignatis, anno Dom. 1468. &c. Postea verò quum Domina Margareta Regina peperisset filium suum primogenitum Iacobum Scotia Principem, Rex Danus facunditati filie sua congratulaturus, in perpetuum renuntiavit iuri suo de insulis maris Deucaledonici, nempe Orcadibus, Zetlandis & aliis quas sub hypotheca in matrimonio filia Regi Scotia cum ea tradiderat. Huius renuntiationis tabulas in archivis Scotorum principum asseruari audio. Atque ita demùm insulae istae marisque huius Imperium ad Scotiae Reges rediit, quo etiamnum gaudent. Domini etiam arram in hoc mari habent Reges Scotiae; nempe imperata piscatoribus, pro ipsa piscatione, vectigalia, de quibus

bus obiter in sanctionibus ¹⁰ eorum ¹⁰ Par-
Parlamentariis. lam. 6.

CAP. XXXII.

De Iure, quod Regi Magna Britannia, in vasto
& aperto Septentrionis Mari, com-
petit. Et Conclusio.

Maria
Regina
Scot. cap.
54.

DE viciniore Mari, quod Scotorum
territorium est, capite egimus su-
periore. Sed verò nec præmittendum
est heic Mare illud, quod in septentri-
onem latissimè panditur Frislandiam,
Icelandiam alias item insulas Dani Nor-
vegivæ imperio subjectas alluens. Nā
etiam & hoc Britanno tribuerunt ali-
qui. Albericus Gentilis ad illud Taciti;
Britannia septentrionalis nullis contrā
terris, vasto atque aperto Mari pulsan-
tur; vides, inquit², quāvis protendatur
Regis Magna Britannia Imperium lon-
gè in meridiem, Septentrionem, & Oc-
casum. Ac si quicquid ferè Maris Bri-
tanniis etiam in aperto Oceano ullibi
objaceret, Regis Magnæ Britannia di-
tioni pareret. De Septentrionali item,
quod in cognitas ibi terras porrigitur,
idem ferè agnovit subditus, non ita ob-
scuri nominis, Regis Dania in literis ad
amicum Anglum ante annos aliquot

¹ In vita
Iulii A-
gricola.

² In Ad-
vocat.
Hispanic
l. i. c. 8.

con-

conscriptis. Gutbrandum dico Thorlacium, Episcopum Holensem in Islandiâ; qui ad Hugonē Branhamum Harvicensis Ecclesiæ pastorem literis anno salutis MDXC V. datis ³ Britannos propè Maris illic diffusi dominos appellat. *Hodie, inquit, fama est vestris Britannis (quos ego prope Maris Dominos appellaverim) quotannis esse in Gronlandia negotiationes.* Sed negant heic Danorum Reges; & sibi, quâ Norvegiæ Reges sunt, septentrionalius hoc marè, quod Islandicum est, vendicant; idque ex jure, si non malè obtendunt, vetusto. Observandum est ad hanc rem quod occurrit in oratione Legatorum Erici X Regis Norvegiæ & Daniæ ad Henricum nostrum quintum habitâ, quæ ita se habuit; ⁴ *Invictissime Rex Angliæ, scire dignamini quòd gratiosissimus dominus noster Rex Norvegiæ &c. præfatus habet insulas aliquas, videlicet Islandiam, Feron, Hietland, & alias plures ad regnùm suum Norvegiæ pertinentes, ad quas nulli ab antiquo solebant accedere de terris alienis antiquè seu quavis ratione sive piscandi sive mercandizandi, sub pœna vitæ & membrorum; non magis homines regni Norvegiæ,*

³ *Hactenus in Peregrinat. tom. 1. pag. 590. Anglicè edit.*

⁴ *3. Hen. 5. seu anno Christi 1453. in Schedis Vetusstæ Bibliothecæ Cottonianæ.*

uogis, quàm aliarum terrarum, pra-
ter specialem licentiam regie Majesta-
sis. Nec de aliquo alio loco post obtentam
licentiam exire licebit, quàm de civi-
tate Bergensi, nec venturad eundem lo-
cum cessante inotivabili necessitate, ubi
eos custodias & alia jura ad Regium
fiscum exolvere oportebat juxta anti-
quissimam regni Norvvegia consuetu-
dicem, sine aliqua hominum in contra-
rium memoria potius observatam. Et
iam Christophorus Rex Danie & Nor-
vvegie anno MCCCXLV. indulgit Zi-
riczeensibus in Zelandia liberam in re-
gnum suum Navigationem, exceptis
Islandia aliisque in vicinis Insulis prohi-
bitis, quæ diplomatis verba sunt. Quin-
ex federe inter Henricum nostrum VI
& eundem Erricum Norvvegie & Da-
nie Regem, Hafnie icto, anno salutis
MCDXXXII. adductum est à Legatis
Regis Danie, Bremæ cum Elizabethæ
nostræ legatis ibi de libero hujus maris
usu anno MDCII. agentibus, caput hoc
in eandem ferè sententiam, Caveant
omnino Mercatores & alii quicunque
homines & subditi Regis Angliæ &
Franciæ; ne de cetero sub poena amissio-
nis vite & bonorū visitare presumant

5 Isaac.
 Pontan.
 in Histor.
 Danica,
 & Zuer.
 Baxhorn.
 in Apo-
 logia pro
 Navigat.
 Holland.
 6 Fed.
 Hen. 6.
 Anglia
 & Errici
 10. Da-
 nie R.
 1432.
 art. 6. ex
 tabulis
 legatio-
 nis Da-
 nicæ seu
 disserta-
 tionis
 Bremæ-
 lis 1602.
 in Biblio-
 theca
 Cotto-
 niana.

zeryas Islandia, Finmarkia, Halghlandia, seu alias quasunque terras prohibitas aut portus illegales in regna Dania, Suecia, & Noruegia. Etiam 80. annis aliquot ante interdictus est maris hujus usus tam mercatoribus quam Piscatoribus, nisi Northbarnam Regis Northvegie celeberrimū Emporium cum mercibus adirent. Atque eā de re habetur sanctio Henrici sexti Parliamentaria, quā per annos aliquos ejusmodi in eadem in Norwegi gratiam interdictum⁷ obtinuit. Adeo ut frequentia sint diplomata, quibus à Regibus nostris⁸ postea venia Islandiam, Finmarkiam, alias Norvegie & Suecie Regis provincias adeundi, Anglis indulgetur. Sed ipsa Lex, ejusvis ejusmodi indultis, pro Regis arbitrio, relaxabatur, sub Henrici Octavi in itis² est antiquata. Et de eo tempore Joannes Major, *quotannis*, inquit¹⁰, ad Islandiam, ultra circulum arcticum, Anglorum classis pro piscibus habendis proficiscitur. Ceterum utcumque de Bonrealioris hujus dominio fuerit statuerendum, ejusmodi nihilominus saltem servitus perpetua olim, in itis inter Norvegie & Anglie Regis pactis, ei imponebatur.

7 Stat. 8.
 Hen. 6.
 cap. 2. &
 Rot. Parliament.
 8.
 Hen. 6.
 num. 33.
 8 Rot.
 Francia
 18. Hen.
 6. m. 16.
 Rotul.
 Franc.
 12. Hen.
 7. Rot.
 Franc. 1.
 Ed. 5.
 & c.
 9 Stat. 1.
 Hen. 8.
 cap. 1.
 10 De Ge.
 stis Scotorum.
 lib. 2.

poneretur: ut ad Islandiam adveniendi & hoc mare attendi fructuque jus item perpetuum subditis Regis Angliæ etiam non permanger. Icto/entis Hafnia, inter Henricum Angliæ VI & Joannem II Danicæ & Norvegiæ Reges, federe

anno Christi M D XC. sancitum est quod mercatores & homines liberi, piscatores & quicumque alii Regis Angliæ & Franciæ subditis libere possint temporibus futuris in perpetuum ad Insulam Thyl, id est Islandiam (nam hanc Thulen esse putabant eas ævi plerique, ut & nunc etiam nonnulli) cum eorum navibus & bonis & Mercandisiis, victualibus & aliis rebus quibuscumque emendis, vendendis, piscandis, sive mercandifandi causa navigare, accedere & intrare ibique morari & moro mercatorio conversari, & ab eadem redire & libere reverti toties quoties eis placuerit absque prohibitione, molestacione vel impedimento nostro hereditumve nostrorum & successorum in regnis Danicæ & Norvegiæ vel officialium nostrorum quorūcumque, servandorum in illâ Insulâ cum in portibus ejusdem in quibus eos appellere contigerit, jura & Theolonia debita & consueva. Proviso semper

II Fed.
Danic.
II. Hen.
7. art. 4.
quod in
Tabulis
legationis
1602.
etiam
habe-
mus.

quod lapsa septennia post datam impri-
 sationem immediatè currente, nova iudican-
 tiam à nobis & successoribus nostris ac-
 gibus Dania & Noruegia petant &
 obtineant, ut sic de septennio in septen-
 nium, Mercatores & omnes predicti nos
 & successores nostros Reges Dania &
 Noruegia in impetratione nova licen-
 tia, in perpetuum recognoſcant. Tempe-
 re autem non finitum fuisse fœdus hoc
 sed ad hæredes successoresq; utriusque
 pertinuisse liquet, non solum patrum ex
 iam allatis, verum ex ipsâ præfationis
 formulâ, quam subungere visum est:
 Nos Iohannes Dei gratiâ Rex præmemo-
 ratus de unanimi consilio & consensu di-
 lectorum consiliariorum nostrorum &
 aliorum procerum & Nobilium regni na-
 stri Dania, cum Oratoribus Illustrissimi
 Principis Henrici Dei gratiâ Regis An-
 glia & Francie fratris nostri charissimi
 Iacobo Hutton Legum Doctore, Thoma
 Glarentio Armorum Rege, Thoma Car-
 zer & Iohanne Balix Mercatoribus de
 Linna, de Pace reformanda & perpetua
 concordia inter regna nostra firmanda
 tractari fecimus & annuimus: Qui
 quidè nostri Consilarii & Oratores cum
 prænominati Regis Anglie Fratris nostri
 charissimi

charissimi specialibus mandatis & plenissi-
 ma potestate de qua per literas ejusdem
 Regis Anglia nos certiores reddiderunt,
 constituti in civitate nostra Hafnensi,
 pacem perpetuam & inextinguibilem amiti-
 ciam & firmam concordiam inter Nos,
 Haeredes & successores nostros, factores,
 amicos & consanguineos; & Illustrissi-
 mum Principem Henricum Regem Anglia
 & Francia fratrem nostrum charissimum
 suum, haeredes, successores, factores, ami-
 cos & consanguineos, perpetuis futuris
 temporibus esse & fore conclusimus per
 hanc monitionem quae sequitur. Etiam & re-
 novatum est factus illud anno MXXIII.
 ab Henrico Angliae VII & Christiano
 II Daniae & Norvegiae Regibus, nos
 forma dissimili. Jus igitur est perpe-
 tuum, & ad haeredes Regis Angliae tra-
 smissum, ut Anglis suis liber sit Maris
 hujus septentrionalioris seu Mandici u-
 sus. At vero nos infrequenter nihilomi-
 nus ea de re intercessere hinc inde le-
 gationes, regnantibus Frederico II &
 Christiano IV Daniae Regibus, & Eli-
 zabetha Angliae Regina Reclamabant
 Daniam neque parti hujusmodi uti Ang-
 lis sine ulla nisi venia prius a Daniae
 Regibus impetrata, & ea quae quolibet

septennio (juxta fedus illud sub Joanne
 II & Henrico VII dictum) novata. Quia
 obviendebat Nicolaus Cragius Chri-
 stianus I. V. Legatus in Angliam anno
 MDLXXXI. pactum Haderstabienfe inter
 Fredericum II. & Elizabetham, anno
 MDLXXXII. initum, ac si eodem diserte
 cautum fuisset, ut denegati prohibita
 Regis Danicæ licentiâ, servitus hæc in
 Mari Islandico, Angliæ constituta ter-
 minaretur. Ceterum responsum est tum
 à Proceribus domi. tum à Regina. Le-
 gatis Bremam ad negotium hoc transi-
 gendum missis, jus hoc sive servitutem
 Marinam Angliæ tam temporis præscri-
 ptione, quam perpetuis fœderum pactis
 adeo confirmari, ut id quod de licentiâ
 petitione in pactis Joannis II & Hen-
 rici VII Regum occurrat, nõ eò omni-
 no pertineat, ut sive negatâ eâ sive non
 petita jus seu servitus illa minueretur,
 sed eò duntaxat ut Norvegicum in
 hoc mari jus idem quodcumq; ab An-
 gliis, solenni cujuslibet septennii peti-
 tione, recognoscerent. Neq; modum
 esse conditionem, seu Tempus servi-
 tutis adjectum, sed idem tantum modo
 locum ibi habere, ut seu fœderis Bene-
 ficii seu servitutis, constituta originis

memoria tantum subinde petitione in-
 stauraretur. Imò in literis Frederici se-
 cundi ad Elizabetham Reginam datis
 quarto Maii M.D.LXXXV. federis hujus
 clausula, quæ ad licentiarum petitionem
 spectat, verbis revocatum esse expro-
 fessum. Neque sanè ex fodere illo Haf-
 niensi jus omnem mari illo Anglis cõ-
 petere coepit, quicquid obtenderint
 Norvvegi. Etenim cum antiquitus Er-
 rici X legati apud Henricum nostrum
 V. de Anglorum in mari hoc piscatione
 conquirebantur, Anglus etiã ante
 sibi in mari illo jus aliquod fuisse non
 obscure (puto) innuit, dum in Norvve-
 gi gratiam hoc tantum tunc præstitit,
 ut Angli non aliter ibi per annum de-
 inceps futuram piscaturam exercerent
quàm antiquitus fieri consueverat; id-
 que edictis in portibus & urbibus ce-
 lebrioribus promulgari iussit. Tempus
 præfinitum & vetus piscandi consuetu-
 do pristinam jus aliquod aperte sonant.
 Ipsam autem edictorum en tibi for-
 mulam ¹² *Nullus de legibus domini nostri*
Regis quibusdam concinde causis ipsum
dominum nostrum Regem specialiter mo-
ventibus, ex nunc in unum annum pro-
ximè iam venturum ad partes Insula-

¹² *Vet.*
fohed. de
Temp.
Hen. 5. in
biblioth.
Cotton.
& Rot.
Claus. 30.
Hen. 5.
m. 5. in
dorso.

res Regnorum Dania & Norvvegia, & praesertim versus Insulam de Islande, piscandi causa seu alia accedere praesument, in praedictorum Regis Regnorum praedictorum, aliter quam antiquitas consuevit. Etiam Anglos eo in mari per annos complures antea piscaturam exercuisse liquet ex tabulis ejusdem Regis Parliamentariis¹³. Fedus autem illud Haderstabiense (de quo Cragius antea) non ad piscationem sive in Islandico sive in Norvvegico hoc Mari, sed ad Negotiationem & Mercaturam quam exercebat corpus Mercatorum apud nos Moscoviticum pertinet. Hoc enim duntaxat pactum est, ut libere subire possint corporis illius Mercatores, tempestatibus aut aliter roacti; littora & portus tam Islandicos quam Norvvegicos; hoc tamen reservato, ne sine speciali Regis Dania licentia, in portibus Norvvegicis seu Islandicis aut prohibitis, ulla ratione negotientur & mercaturam exercent, neve subditis Regis dictorum locorum ulla re contra Hospitalitatis iura molestis sint, ne ab omni maleficio prorsus abstineant; quae admodum Cragio responderunt Angliae Proceres. Verum de hac re luculenter

23 Rot.
Parlam.
3. Hen. 5.
part. 1.
membr.
5. n. 33.

-lenter omnia explicantur & copiose
 defenditur jus isthoc Anglorum in lite-
 -ris ab Elizabethâ Reginâ Cal. Septem-
 -bris anno MDXCIX ad Christernum IV
 -datis, quarum partem hac spectantem
 -insere est opéra pretium. *Ad requi-
 -sitionem Serenissimi Principis patris Sa-
 -renitatis vestra anno MDLXXVII Lo-
 -garum in Germaniam missis (ita Re-
 -ginæ literæ loquuntur) qui cum ipsius
 -deputata transiit de omnibus contro-
 -versis & præsertim de piscatione Ista-
 -diæ & Dore & Regia, ubi compertum est
 -Regem nitentium modo tractata Bior-
 -nalia Induciarum¹⁴, in qua uno con-
 -ventum fuit ne Angli ultra Hagalan-
 -diam navigarent. At ex parte nostra ex-
 -hibiti fuerant tractatus cum Regibus
 -Iacobo & Christierno, in quibus, septi-
 -mæ quæ præcesserant controversiæ, aliter
 -sua contribuerunt; & huic tractatui pa-
 -cis generalis postea facta, non præcepti-
 -bus induciis biennialibus standum erant,
 -Quod recognoscens Serenissimus Prin-
 -ceps pater vester potuit per literas suas,
 -ne controversiæ ista referat possit ad a-
 -liam disquisitionem. At ab eo tempore
 -nulla talis disquisitio facta est. Nihilominus
 -accepimus subditos nostros piscari-*

¹⁴ Sub
 Edouard
 do IV
 Angliæ
 R.

res captos & tormentis cruciatus & hostiliter tractatos fuisse. An iuste hoc factum sit iudicare omnes poterunt, qui a quo animo rationes nostras sunt expectaturi. Non negamus, quin cum Dominus Cancellarius Whittfeld & de Barnico ad Nos venirent (V. Whittfeldius & Barnicoyus legatione functi sunt in Anglia anno MDCVII) pretendisse eos verbis piscationem illam Islandicam & Norvegicam ab Anglia contra fœdera & pacta regneremus excipere. At cum probationem nullam praestiterint neque proficere potuerint, nos tamen authenticis instrumentis Regum Ioannis & Christierni habeamus in contrarium, quibus maxime fides adhibenda est, quàm iudicis allegationibus, res in aliud tempus rejecta est. Doctore quoque Gregorio responsura est, transactionem qua anno Domini MDCXXXI in Hadersleben cum Rege Frederico facta est, nihil ad hoc negotium pertinere; Ratione supra ostensa. Et paulò post. Quod verò ex Tractatu cum Rege Johanne pretenditur (fœdere Hafniensi; de quo supra) licentiam praepiscatione de septennio in septennium peti oportuisse (ad quod nos per quamplurimos fuissemus) responde-

*ius eius omissionis culpato non processisse
 ab Anglis, sed Danis. Nam usque ad
 tempus expulsionis Christierni Regis, cir-
 citer annum Domini MDXXI, septenna-
 die illa licentia petita fuit. Postea verò
 peti desinuit, propter incertitudinem ad
 ipsius legitime Regis successio spectata.
 Et à tempore dicta Expulsionis Chri-
 stierni Regis, neque Reges Fredericus
 abavus, Christiernus avus, neque Fre-
 dericus parens Serenitatis Vestra ullam
 talium petitionem licentia ut ferunt. Sed
 existimantes, sufficere priores tractatus,
 qui inter Reges & Regnantes fuerunt,
 post plurimum annorum prescriptio-
 nem (cum facis alioquin securi essent id
 nunquam attendendum iri propter quod
 petitio primò talis licentia iustitiam
 fuerit) nulli voluerunt innovare. Et id
 hanc finem Doctori Craigio monstrata
 fuerunt littera Frederici Regis Patris
 Serenitatis Vestrae quorundam Martii anno
 MDLXXV ad nos scripta, si Angli ab
 iniuria abstinerint, ipsos gavisuros li-
 beritate & solita clementia absque ulla
 mentione vel requisitione petitionis li-
 centia, quare nihilominus nos obtuli-
 mus vobis, Mercatores nostros secundum
 antiquam & per multos annos intermis-
 sione*

sano

Sam consuetudinem deinceps à vobis septennio in septennium petituros, quod oblationem certiores facti sumus Serenitatem vestram noluisse admittere. Neque enim voluit serenissima Regia Jurisdictionem & imperium Regis Daniæ & Norvvegiæ in hoc mari agnoscere, quàm ut integra interim aviti patrimonii pars minimè commenda) piscandi quam diximus, & vitus ibi (ut dictum est) constituta ac posteris retineretur. Aliæ fuere literæ & legationes de hac re anno MDCII^o. Sed ampliata lite, nihil finitum est. At verò & in Mari quod Islandiâ est multò Septentrionalius, imperium & dominium Regis Magnæ Britanniæ comperitur. Nimirum Groenlandensi. Hoc enim Mare nondum occupatum nec piscatorias apparatus, singulari Balænarum captivorum patrum memoriâ, quæstuosissimum primò reddidêre Angli qui Moscovici corporis Mercatores hâc navigabunt. Maris ita nondum occupati usus & eodem modi quæstus primò repertus, reperit tam corporis quàm animi possessio, id sibi alterius (ut heic Angliæ Principis) nomine vendicanti, ad modum ver-

25 Cam-
den. in
Annali-
bus Eli-
zab. 10m.
2. ann.
1602.
pag. 272.
Ed. Lond.

restitutionis dominium tribuit non
aliter atque aliarum quarumcunque re-
rum eandem possessionem prima & na-
turalis & civilis possessio. Unde Iaco-
bus Rex in literis, quibus V. Cl. & Or-
natissimi Henrici Vottoni Equitis
Aurati in Hollandia Legati sui alio-
rumque procuratorum fidem atque eâ
de re agendum testatus est, *Piscationes*
in Mari Boreali, propè Groenlandia li-
tora nobis solum ex vestris iuris acquisi-
tas, meritissimo appellavit. Ut vero tan-
dem concludamus; quicquid hactenus
de Regum Magnæ Britanniæ Jure ac
Dominio Marino atque vitâ eorum, in
Oceano, Sacri patrimonii arcâ disse-
ruimus, id totum complectamur car-
mine eâ de re olim ab ipso viro præ-
stantissimo Hugone Grotio (de cujus
scriptis Juridicis, quâ ad Maris sive Do-
minium privatum, sive Communio-
nem attinent, superiore in libro dixi-
mus) ad JACOBUM Regem Angli-
cano regno inaugurandum, elegantif-
sime conscripto.

¹⁶ 29. Se-
ptembris.
1614. ex
earun-
dem ex-
emplari
in Bi-
bliotheca
Cot-
toniana.

— *Tria, inquit*¹⁷, *scæpta Profundi*
in Magnam coire Ditem.
Et dein Oceanum, à Luna agitari soli-
tum, allocutus,

¹⁷ *Sylva-*
vum lib.
2.

SUMM

Sunt animas à Rege suo, molieris le-
gatus (lentes

Sidera, nec cala populos quocumque ca-

Sole, per immensum quatuor circumvol-

ueris orbem

Quis det Iura Mari. —

Et

— *licet omnia casus*

Magna, factis, uterque, Iacobo promissa,

est potestas

Cum Terris Pelagoque mator, via

Paulo item post,

— *Rerum Natura creatrix:*

Divisit populos, & metas ipsa notavit.

Sia Iuga Finem, sic olim Rhodus &

Alphas

Imperii mensura fuit: Te flumine nullo

Docuit, nulla nimbosi uertitis arce:

Sed totam complexa parens hic termi-

nat ipsa

Substitit atque uno voluit sub limite

claudi.

Te sibi seposuit, supremo in gurgite

Nereus

Finis hic est, qui Fine caret. Qua meta

Britannis

Littora sunt alius; Rogique accessio

ranti est,

Quod ventis velisque patet. —

Et

Et

Et verum certè est, juxta testimoniorum superiùs adductorum cumulum, ipsa vicinorum Principum (qui Transmarini sunt) litora seu Portus, Britanici Imperii, quod Marinum est, Metas esse sive Australes sive Orientales; in aperto autem & vasto Septentrionis atque Occidentis Oceano, post diffusissima æquora quæ Anglo, Scoto, Hiberno occupata sunt, eas esse constituendas.

F I N I S.

Gratia & Gloria Deo Servatori.



Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

2 1 2 1 2

Faint text line below the numbers.



12

76 -



Digitized by Google

